P. TERENTII AFRI
COMOEDIAE
SEX,

Secundum Editionem Westerhovianam,
cum Notis VETERUM SCHOLIASTARUM,
WESTERHOVII & ALIORUM, selectis.

OPERA ET STUDIO
GUDMUNDI MAGNAEI, Islandi,
qui & multa de suo adjecit.

ACCEDIT
Index Verborum & Phrasium copiosus.

TOMUS PRIMUS.

Cum Privilegio Sacr. Reg. Majestatis.

HAVNIAE, MDCCLXXXVIII.
Sumtibus SEVERINI GYLDENDAL.
Lipsiae apud FABER & NITSCHKE in Commissis.

L. S.

PAUCULA quaedam, & parva quidem in ſe, verum quae mea & tua haud parum intereſſe arbitror, agere tecum volo, ſuper hujus Editionis ratione.

Primum igitur omnium ſcias, omnem TERENTII Textum ad Exemplar Editionis ARN. HENR. WESTERHOVII, quae prodiit Hagae-Comitum An. MDCCXXVI. fideliter & accurate eſſe expreſſum: Sunt tamen loca perpauca, in quibus, ſenſu ſic & Contextu poſtulantibus, interpunctionem mutavi. Sunt &, ubi nihil variavi quidem, ſed, aliter tamen legi & diſtingvi poſſe commodius, in Nota monui. Ordinem Comoediarum diſcedere a vulgari, (nam eas omnes, quae ex Regis imperio in ſcholis publicis tradendae ſunt, primo loco poſui, ita ut continua ſe excipiant ſerie; Reliquis duabus ultimum locum adſignavi,) nemo, ſpero, improbabit; cum res eodem redeat, atque ego hoc conſilio ſpectaverim commoditatem utentium. Quid, quod huic meae diſpoſitioni quodam modo favet PETITUS, de ordine Comoediarum TERENTII? qui EUNUCHUM & ADELPHOS editas eſſe demum poſt iſtas Quatuor, quas praemiſi; ſed ita tamen ut HECYRA ſecundum, HEAUTONTIMORUMENOS tertium locum occuparit, plauſibilibus monſtrat argumentis.

 Notas

Notas ſubjeci Textui, DONATI & WESTERHOVII in primis ſuo merito collocandas, ſelectas a me diligenter; In quibus tamen non uno modo verſatus ſum: Nam interdum, idque ſaepius, ipſa eorum verba expreſſi, ſive integram Notam ſive partem ejus tantum adferrem; atque hoc eo conſilio feci, ut Lectorem me fraudarem fructu Latinitatis, qui ex utriuſque ſtilo capi poteſt haud aſpernandus: Interdum autem ſententias modo eorum propoſui meis verbis, non ſubnotatis eorum nominibus, quae alias ſemper notavi vel literis initialibus D. & V. vel plenius Donat. & Veſt. EUGRAPHII & CALPHURNII notas parcius adtuli, ipſis tamen plerumque eorum verbis, & adſcriptis nominibus. Uterque horum Scholiaſtarum, ut aetate, ita auctoritate quoque & utilitate longe infra DONATUM poſitus eſt; quamquam CALPHURNIUS, ſi non DONATI Commentarium in HEAUTONT. hodie nuſquam inveniundum excerpſit, ſeu compilavit, certe ſuo, in hanc TERENTII Fabulam, ob ſubtiliſſimam & implicatiſſimam Epitaſin, & defectum Donatianae facis, omnium Terentianarum ad intelligendum longe difficillimam, ſuo, inquam, in hanc Commentario monſtravit, ſe in Veterum Scholiaſtarum, ſaltem DONATI Lectione haud mediocriter eſſe verſatum, ejuſque ſtilum & methodum commentandi imitari conatum. EUGRAPHIUS maximam partem operae ſumſit in Terentii Fabulis ad antiqua praecepta oratoria examinandis & exigendis; quae res parum eſt ex uſu hodierno; atque ego adeo pleraque id genus de induſtria omiſi, cetera, quae explicando Poëtae eſſe viderentur, excerpens.

Eadem

Eadem temperantia adhibui Notas LINDENBROGII, five ut WESTERHOVIUS eum vocitare folet, LINDENBRUCHII; quae integrae poft Eugraphianas ad calcem Editionis Wefterhovii erant excufae. Scio equidem hafce Viris Doctis in magno effe pretio; fed id qui, nefcio. Doctum fuiffe hominem fateor; at Doctrinam magis fuam, & Lectionem in fcriptoribus Graecis & Latinis maxime aetatis Ferreae, fuo in Terentium Commentario oftentaviffe, quam Terentium explicuiffe, mecum fatebitur, quifquis rem recto penfitaverit examine. Quae tamen pauca in hoc Commentatore ex ufu fore Lectoribus Terentii arbitrabar, ea nomine ejus fubfcripta in Notas Textui fubditas inturli. Commodius id aliquantò, fpero, Lectori, quam Wefterhovius fecerat in fua Editione.

FAERNI porro, BOECLERI, & TANAQUILLI FABRI Notas ex Editione Hackiana excerptas hic vifere eft hac illac interfperfas: & Faerni quidem aliquod meritum cencetur in Textu TERENTII ex Mff. concinnando, verfibus dimetiendis, Varietatibus Lectionum adnotandis, phrafibus autem raro neque id optime exponendis. BOECLERI tamen meritum in Varietatibus Lectionum colligendis, Oeconomia Comica & Artificiis Comicis acute obfervandis & luculenter monftrandis, tum locis aliquot obfcurioribus & intricatioribus, illuftrandis ac enodandis multo eft infignius. Tanaquillus Faber homo fuit Doctus & Elegans, fed ad carpendum alios & fuam fententiam venditandam, tum etiam ad Textum Auctorum interdum ex fuo ingenio mutantum, praeter neceffitatem, aliquanto proclivior. Verumtamen quaedam

Terentii loca dextre exposuit, & Dictiones idoneis Auctorum exemplis adstruxit.

Verum, cum TERENTIUS bonâ sui parte destinatus esset in usum rudiorum, &, ut aliorum modo memoratorum Notas taceam, ne DONATI quidem ipsius & WESTERHOVII Notae, quantumvis in se praeclarae, huic fini facere viderentur satis; imo multa occurrerent in TERENTIO, quae morarentur ambiguitate sua, & super vero sensu suspensos tenerent, vel eos qui aliquanto longius in his literis essent progressi, (quam ego, ut id ingenue fatear, de me cepi conjecturam: nam mihi haerenti ad pluscula, dictis Interpretibus vel prorsus omissa, vel non satis apte exposita, veniebat in mentem, idem aliis etiam posse venire); Cum ergo ita res esset, visum erat mihi operae pretium, Interpretes etiam Minorum Gentium in subsidium vocare, qui quanquam non doctrina, certe utilitate, suarum Notarum, praedictis illis Majorum Gentium Interpretibus, comprehensis etiam eo nomine, quos in sua Praefatione longo ordine recenset WESTERHOVIUS, dubiam, meo quidem animo, palmam faciunt. Isti autem, quos Minorum Gentium voco, sunt FARNABIUS, ejusque morte intercepti Notarum in Terentium continuator MERICUS CASAUBONUS, tum JO. MINELLIUS, & N. CAMUS, qui Terentii Editionem in Usum Delphini concinnavit, & qui mihi a praecipua Operis sui parte PARAPHRASTES DELPHINI appellatur. Horum igitur Notas & Paraphrasin saepicule advocavi non dissimulatis Nominibus, (nisi tamen in Andria quandoque invenire est Minelliana sine nominis mentione; sed non-

dum

dum etiam certam inieram rationem, quomodo id genus Interpretibus vellem uti; ejus autem quam postea cepi, non poenitet.) nonnumquam etiam in exponendo Auctoris sensu errâsse ostendi. Minellium praesertim & Farnabium quod attinet, vera in utramque partem de eorum Notis in Auctores judicasse mihi videtur Vir maximi judicii CHR. AUG. HEUMANNUS in Conspectu Reip. Liter. pag. 303. quo harum contemtores vel sinistros censores ablego. Paraphrastae Delphini minus quidem est meritum, verum is tamen nonnulla Terentii loca dubia feliciter expedivit, e. gr. Heaut. IV. 5. 50.

Quod autem praeter Laudatos Interpretes, nonnunquam allegavi etiam AUSON. POPMAM, in Libro *de Differentiis Verborum*, ANTONIUM SCHORUM, *de Phrasibus Linguae Latinae*, & JAC. PERIZONIUM, *Annotationibus ad Sanctii Minervam*, eô me ab nemine malam gratiam spero inivisse. Neque Danis praesertim & Islandis hominibus ingratum fore credo, sicubi *Phraseologiam Terentianam Danicam*, quae, Superiore ut videtur Seculo, auctore nescio quo, non illepide concinnata est, eam in partes adduxi.

Meae ipsius Annotationes, ubi res id exigit, ab Ceterorum distinctae sunt, vel Asterisco (*) vel, in prima parte Libri, signo Parentheseos sive duobus semicirculis, quibus Eorum notae includuntur. In his autem meis Annotationibus strictim exponuntur Voces (ne Interjectionibus quidem neglectis) & Phrases; quarumdam usus minus vulgaris, pondus & vis ad rem vivide significandam apta, elegantiaque non protrita indicatur, & ad imitandum commendatur: Adferuntur quaedam adversus Criticos

justo morosiores: Monentur de paucis juniores, ne iis temere utantur, quod obscurae sint aut ambiguae, & de quarum sensu nondum certi quicquam decretum sit: Figurae, quandoque Alii id facere neglexerunt, ostenduntur. Loca Pöëtae sensus difficilioris ventilantur sedulò, & variae eorum intelligendorum rationes ex conjectura proponuntur: Aliorum Interpretum sententiae sub examen vocatae, prout suadere visa est ratio, vel adprobantur vel reprobantur: Artificia Comica Poëtae, & Decorum Comicum, quod servat Poëta in Personarum Verbis & actionibus, characteri earum congruenter, subinde monstrantur: Denique per omnia, pro tenui meo ingenio & eruditione, in eo a me elaboratur, ut, quantum ejus fieri potest, intelligi queat Poëta, & quam maximam ex ejus Lectione utilitatem & jucunditatem capiant harum literarum studiosi amatores. Ceterà, quid in universum praestiterim, toto hoc opere, cum dilectu alienarum Annotationum, tum meis propriis, id vero res & tempus docebunt.

Bono & utili consilio WESTESHOVIUS dederat notulas in Donatum & alios Veteres Interpretes Terentii; qua eos vel corrigit, vel illustrat, vel Auctorum Classicorum, sicubi ab iis allegantur, loca indicat. Idem ego institutum sequutus, ejusmodi cum Ipsius tum Meas animadversiunculas, aut uncinulis clausas exhibui inter Ipsas Veterum Interpretum Notas, statim ante vel post verbum, sententiamve, quò pertinent: Aut talibus Veteris Interpretis sententiis anteposui Asteriscum (unum, vel duos, prout res postulabat), rescribens eundem Asteriscum, postquam Nota Vet. Interpr. erat perscripta,

ſcripta, & tum demum ei obſervationem, quam deſignare debebat, adponens. Quod te admonendum duxi, Mi Lector, ne neſcius eſſes, quid ſibi iſtae Interpoſitiones aut ſigna vellent, atque ita inter legendum Notas turbarere. Leviculum a me errorem fateor eſſe admiſſum in ſcriptione nominis WESTERHOVII per unum *V*. quod notum eſt in ore Germano valere *F*. ſed abreptus eram conſuetudine Latini Sermonis, qui duplum *V* (*W*) non agnoſcit, & noſtrorum hominum qui V. Latinorum eloquuntur, ut W. Germanorum, quod & ipſos Latinos feciſſe mihi non eſt dubium. Sed revertor ad inſtitutum:

A primo mihi conſilium erat (gratum fortaſſe quibusdam, at minus, ut arbitror, utile) TERENTIUM cum quam pauciſſimis & breviſſimis Annotationibus dare, quales ad ANDRIAM viſuntur; verum poſtquam in HEAUTONTIM. proceſſerat opus, monuit me Vir Illuſtris & Sapiens (quem hic nominare nihil attinet), Librum cum hiſce Notis inſervire nemini, atque adeo a nemine lectum iri aut expetitum, praeterquam pueris ſolos: dandum eſſe operam, uti Notae forent utiles & expetibiles omnibus, tam doctioribus, quam rudioribus. Rem veram, & juſtam, viſus eſt mihi dicere; mutavi igitur rationem, neque mutatae poenitet: quamquam Liber hac ratione in aliquanto majorem molem excreverit; quod neminem mihi vitio vertere aequum eſt, cum omne genus Lectoribus aliter recte conſuli non quiverit. Cogitare autem deberent homines, quanto minoris molis minoriſque pretii, atque adeo quanto parabilior, haec Editio ſit Weſterhovianâ, quam tamen ſi ubertate Anno-

tationum & utilitate non ſuperat, ſaltem aequiparat. Notarum vero Andrianarum defectus & jejunitas ſuppletur quadam tenus in Indice, ſicubi ejus rei data eſt occaſio; quò, quum quid deſiderabitur, recurrere ne graveris, Lector.

Index autem hic Verborum, Phraſium, & Sententiarum, complectitur, ſpero, omnia, quae in Terentio ſunt obſervatu digna, reſectis omnibus, quae ex nullo videbantur eſſe uſu, ceteris ſumma cum ſedulitate collectis, locis ubi exſtant accurate citatis. Ceterum profiteor, & prae me fero, in hoc Indice conſcribendo, perraro ſequutum eſſe me rationem WESTERHOVII, quantumvis praeclara illi viſa ſit, uti videre eſt ex ejus Praefatione. Nam quid, amabo te! refert, Nominum & Pronominum per omnes Caſus, Verborum per omnes Modos, Tempora, Perſonas, Numeros, conſarcinâſſe farraginem, e. gr. *Pater, Patris, Patri, Do, Das, Damus?* &c. Iſta res ambigi poteſt, laborioſiorne ſit, an infructuoſior. Vocum varii ſignificatus, Variae inter ſe copulationes, varii poſitus, tum quicquid in *Terentio* ullam Sententiam aut Phraſin elegantiorem, rudioribus non ſtatim obſervabilem, ſapiebat, ſolicite a me ſunt in hoc Indice conſignata. Eum vero ordinem plerumque ſequor, ut primum ab ſimplicioribus, vulgarioribus, maxime propriis, vocum acceptionibus incipiam, ſenſim deſcendam ad uſus earum minus vulgares, & translatos. Et in ceteris laborem mihi aliquantum levavit *Syntaxis* WESTERHOVII, quam ſaepe ſeorſum ſubnectit Nominibus & Verbis, rarius Adverbiis, Pronominibus & aliis minoribus Particulis rariſſime; in quorum ultime memoratorum Indice,

ex

ex meo instituto, utiliter consignando, quantum laboris exantlaverim, quantum molestiae devoraverim, ipse mihi optime sum conscius, & cordatus etiam quisque aliquam de iis incommodis capere poterit conjecturam. Distinctionis causa saepe in Indice explicui, uno verbo aut duobus, voces pro varia earum acceptione, & usu, non etiam numquam vim Verborum & Phrasium (cum in Indice,) tum etiam in ipsis Notis) exprimere conatus sum, Danico aut Islandico Sermone; quod ultimum neminem debet offendere cum Liber hic etiam sine dubio editus sit in usum Islandorum; Linguam autem Islandicam (puram illam veterem in primis dico) potius magnifacere deberent Homines Eruditi Dani & Germani, quam eam contemnere, cum sine ejus beneficio multa in suo patrio Sermone recte & solide nequeant intelligere.

Quod superest, vale, Mi Lector, hoc meo Labore tuo bono utere, meisque hallucinationibus, sicubi incidere possunt, ut sumus homines, humaniter ignosce. Correctionem Erratorum subtiliorum post Indicem pete. Scripsi Hafniae Prid. Id. Febr. An. MDCCLXXXVIII.

G. M.

PRAE-

quaeris? Usque adeo omnibus numeris absolutum exegit opus, ut quamlibet post se praeclara ingenia a simili scribendi genere deterruisse videatur. Hic igitur quum dudum mihi in deliciis esset, jamque per plusculos annos Adolescentibus in disciplinam meam traditis, exemplo insignium Decessorum, in quibus Cl. PETRUS NANNIUS facile familiam ducit, quamquam is, Miscell. Lib. II. cap. 6. dolet, sibi nunquam eam adfulsisse felicitatem, ut scriptum aliquem Terentium videret, exponeretur; ausus tandem sum vires meas, si quae eae sunt, periclitari, quodque multum legendo & indagando in Adversaria relatum servabam, ad ἀκριβέστερον examen revocare, atque in dias luminis auras mittere, ut ita & otii mei ratio constaret Amplissimis maxime Viris, quorum munere hasce partes sustineo, &, si quid possem, prodessem etiam publice. Neque sane ausus fuissem, nisi auctoritas Clarissimi Viri, JACOBI PERIZONII, quo ante quatuor jam lustra harum Literarum Doctore uti mihi contigit, eodem anno, quo fato suo functus est, accessisset. Ex illo igitur tempore magis etiam attendere animum coepi, & quidquid TERENTIO illustrando facere videbatur, undique cum cura conquirere. Tum vero stimulabat me

 pror-

prorſus egregia illa Ciceronis vox, qua is A. Licinium Archiam defendens aliquando uſus, *Ego vero fateor,* inquit, *me his ſtudiis eſſe deditum: ceteros pudeat, ſi qui ita ſe literis abdiderunt, ut nihil poſſint ex his ad communem adferre fructum, neque in adſpectum, lucemque proferre.* Manifeſto autem in me injurius fuerit, qui eo me animo tantum moliri opus exiſtimaverit, ut Excellentiſſimorum in hoc doctrinae genere Virorum laudes obſcurare, aut cornicum, quod ajunt, oculos configere parem. Non ſum ita Suffenus. De memet modeſte, de Hominibus Eruditis ita uti par eſt, ſentio. Neque enim eorum mihi unquam placuit conſilium, qui in contumelia aliorum ſibi laudem eunt quaeſitum. Neque crediderim vel olim fuiſſe, vel eſſe nunc, qui omnia Terentiana ita a ſe eſſe conſiderata autumet, ut exhauſtam ſibi cunctam vim & venuſtatem vere gloriari audeat; nedum ut ego id de me praedicare ſuſtineam. Uſque adeo verum eſt, quod ROB. STEPHANUS in Praefat. ſuae Editionis cenſet: *Si quis hic omnia requiret exactiſſima, huic* DONATUS *ipſe, qui id praeſtet, a mortuis erit excitandus.*

Accipe nunc, Lector Erudite, quibus praeſidiis inſtructus ad Comicorum Latinorum Principem edendum acceſſerim. Primum

mum de Codicibus Mss. quos magno numero a me laudatos vides, exponam: post Editos, quibus maxime usus sum, commemorabo; tum, a quibus Interpretibus multum profecerim, profitebor: demum, quos vivos, sicubi haesitabam, consuluerim, enarrabo. Quibus ordine expositis, de DONATO, CALPHURNIO, & EUGRAPHIO addam. Primum suo sibi jure vindicant locum quinque Codices Mss. Leidenses, quorum lustrandorum mihi copia facta ab Illustribus Academiae illius Curatoribus, eorumque Collegis Amplissimis, Urbis Lugduno-Batavae Coss. Horum quidem Codicum incipit primus a versu quarto & quinquagesimo, Act. I. Sc. 1. ANDRIAE; videturque manu pervetere exaratus, in membrana. Creditur autem olim fuisse Cl. Viri ANTONII OISELII. Paucae in eo sunt vocum distinctiones, pauca scribendi compendia, plusculae autem initiales literae omissae. Secundus variis figuris exornatus usque ad mediam HEAUTONTIMORUMENON, in fine adscriptum habet: *Calliopius recensui. P. Terentii Afri Comoedia Phormionis Explicit. Amen.* Et hic Liber in membrana exaratus est, habetque distinctiones quamplurimas. Tertius est versibus junctis, & morae prosae orationis scriptus, iti-

 dem

dem in veteri membrana. In hoc multae ſunt adſpirationes, ex. gr. *Holim*, *Hoſtium*, *Michi*, *Nichil*, tum benè multae vocum & ſyllabarum notae; Quartus eſt ſcriptus per Theodoricum de Palude An. MCCCCXLII, atque adeo naſcente jam Arte Typographica, etiam in membrana. Additum in fine:

Finito Libro ſit laus & gloria Chriſto.

Scripta autem ſunt omnia verſibus junctis. Quintus codex eſt antiquus in membrana, cui Titulus: *Liber Eographii Argumentatorii Commentarii Andriae.* Progreditur ad Phormionem, etſi folia ſint lacera, nec adpareat finis EUNUCHI, aut initium HEAUTONTIMORUMENI. Tum ſequitur TERENTIUS integer, cui additur in fine: *P. Terentii Afri Comoedia Phormio bono ſcolaſtico Explicit feliciter.* TERENTIUM Priſcianus excipit, De Metris Fabularum TERENTII, & aliorum Comicorum. Hujus tantum tria folia ſuperſunt. Idem hic liber in plures Scenas diſpeſcit nonnullos Actus, quam quidem fit vulgo. Qui vero JUSTI LIPSII fertur Codex Mſ. is a me excuſſus eſt antequam ex auctione publica addiceretur Leidenſi inſtructiſſimae Bibliothecae; cùm parte Mſ. alterius, ejusdem Cl. Viri. Sequuntur Libri tres, duo priores Academiarum Trajectinae & Oxonienſis, hic quidem è Biblio-

theca

theca Thomae Bodleji Eqvitis, cum tertio Markiano, qui quadringentorum fere annorum aetatem praeferens è supellectile Libraria Excellentissimi Ehrencronii emptus a Nobilissimo Viro, Henr. Hadr. van der Mark, van Leur, JCto, antehac ad B. Mariae Ultrajectinae Canonico. Horum mihi Varias Lectiones suppeditarunt Clarissimi atque Amicissimi Viri, CAROLUS ANDREAS DUKERUS, ABRAHAMUS GRONOVIUS, & EDUARDUS ZURKIUS. His accesserunt alteri tres, Typographorum meorum opera mihi conciliati, sed paulo serius, & parte operis jam typis exscripta. Horum Codicum primus, ut reliquos aetate, ita lectionis praestantia vincit. Medius forma est minima, primus & tertius maxima: omnes tamen in Membrana. Iste antehac Illustris Graevii, visus mihi ante aliquot annos apud Cl. Virum, JOH. THEOD. SCHALBRUCHIUM, Lycei Amstelaedamensis Professorem, & Scholarum Rectorem, sed usibus meis negatus, demum post ejus fata in solidum mihi tributus: ille communicatus mecum a Nob. Viro, JOH. DE WIT, Amplissimi Viri JOH. DE WIT, urbi Dordracenae nuper a Secretis, Filio, Summorum quondam apud Batavos Virorum, JOH. & CORN. DE WIT Nepote: hic e Bibliotheca insigni,

Viri Nobiliſſimi, THEODORI BOENDERMAKERI, Canonici S. Martini apud Ultrajectinos, coëmtus. De aliis Libris manu exaratis, quibus GABRIEL FAERNUS, PHILIPPUS PAREUS, FRANCISCUS GUYETUS, JOHANNES HENRICUS BOECLERUS, ſed & plures alii dudum ſunt uſi, quoſque partim in partes vocavi, dicere nihil attinet. Nolim tamen exiſtimes, ita religioſe a me excuſſam Librorum omnium, quos laudavi, ſcripturam, ut omnes apices perſequendo nihil, quod a vulgata lectione abiret, non obſervatum dimiſerim. Ea mihi, ut verum fatear, inanis futura opera, obſcuraque viſa eſt diligentia, incertiorem factura Lectorem, quam is fuerat dudum. Quid quod ridendos paſſim propinarem publice bonos cetera Codices, ſi ſingula, quae in manifeſto cubare mendo nemo ſanus negaverit, identidem exſcribere, atque ad nauſeam uſque repetere voluiſſem. Non igitur me ſeculi faſtidium, ſed certa deterruit ratio. Quod ne gratis dixiſſe videar, eorum, quae mihi potiora ſectanti ultro ſe ingeſſerunt, bonam partem Tecum hic communicare viſum eſt. En igitur abſurdas optimorum Codicum lectiones: AND. Act. I. 1. 138. *Sine ut eveniat.* Act. III. 3. 24. *Inſperatae nuptiae hoc atque invito Pamphilo.* Act. IV. 1. 59. *Hem*

Hem sed mane. Act. V. 1. 19. *Objurgantem ancillam.* EUN. Act. I. 2. 35. *Abreptam e Samo.* Act. II. 3. 7. *O fortunatum senem.* Ibidem 24. *Reddunt creatura junceas.* & 45. *Scilicet desine.* Act. III. 1. 6. *Est istuc datum profectum.* Act. III. 5. 37. *Dianae misisse.* Act. IV. 6. 31. *Animo potenti.* Act. V. 2. 8. *Miserrimus feci fugitando.* HEAUT. Act. II. 1. 16. *Quod deinde ei, recte est.* Act. III. 3. 31. *Quantum tibi operis Di dant.* Act. V. 1. 1. *Idcirco scio.* ADELPH. Act. I. 2. 64. *Quum placeo.* Act. III. 2. 35. *Patrem ita obsecratum.* Act. III. 3. 23. *Congruum istum.* Act. IV. 2. 23. *Non puduit se.* & 28. *Referre non audebam.* Act. IV. 3. 14. *Et certo scio, quia nescis eas.* HEC. Prol. Alt. 17. *Et inde terendo.* Act. I. 2. 15. *Consilium contemplasse.* & 40. *Utcunque maxime.* Act. III. 3. 47. *Excitatum reddidit.* Act. IV. 4. 41. *Derelinquunt viri.* PHORM. Act. II. 1. 3. *Reverti saltem non pudore.* Act. III. 2. 39. *Quam addideras huic praeconstituta.* Act. IV. 1. 20. *Quod si scit, ut me excutiat.* Haec & sexcenta alia si singillatim suis locis adnotassem, enimvero vererer, ne operam lusisse me quis merito diceret. Neque tamen affirmare liquido ausim, nihil in tot Codicibus, tam difficilis saepe lectionis, quod quidem dignum fuerit observatu, meam industriam fugisse. Quamquam, ne id fieret,

me fecisse sedulo, id scio. Sed &, ne Cl. DUKERI otio abuterer, satis habui, si, de quorum lectione addubitabam, quod commodo ipsius fieri posset, ea loca ad Codicem Trajectinum, chartaceum illum, & Anno MCCCCLIV scriptum, exigeret. Idque ultro mihi oblatum, summaque fide praestitum, grato memorique animo agnosco. Ubi porro minoris interesse videbatur, suppressis nominibus, Msstorum tantum mentionem feci. Atque haec quidem de Mss. nostris bis senis, cum parte tertii decimi dicta sunto.

In Codicibus editis facile reliquis palmam praeripit princeps illa editio Anni MCCCCLXIX. triennio superans aetatem illius, quam Cl. Mich. Maittaire primam vocat. Hanc ego usibus meis concessam a capite ad calcem percensui ante quam Illustrissimo Sunderlandiae Comite ex auctione publica insano pretio addiceretur, atque in Angliam portaretur. Vidit ibi, usus que est Cl. Vir FRANCISCUS HARE, laudans in nupera sua TERENTII Editione. Sed miror, videre potuisse, quod meam, pluriumque oculorum aciem fugerat, numerum illum, quem dixi, non typis impressum, sed calamo adscriptum fuisse. Addit tamen, nescire se, an omnium princeps sit; certe quidem antiquissimam esse fatetur. Librum hunc excipit

cipit Anonymus, pervetuſtus ille, cui nec Loci, nec Typographi nomen, neque adeo numerus anni eſt additus. Sequitur Editio Tarviſiana, impreſſa per Magiſtrum Paulum Ferari, & recognita per Magiſtrum Aluiſyum Strazarolum, An. MCCCCLXXXI. Sequuntur Venetae binae, Annorum MCCCCXC & MDXII. Argentina, Anni MCCCCXCIX. Baſileenſis ex officina Frobeniana, Anni MDXXXVIII. Lugdunenſis MDXI. Pictavienſis, ſine anno adſcripto; Baſileenſis altera, Anni MDXLVIII. Pariſienſes duae, ex officina Rob. Stephani, quarum prior Anno MDXXXVI. in forma maxima, altera Anno MDXL in minima prodiit. Haec quidem rarior videtur, paucisque, qui poſtea Terentium ediderunt, adhibita. Porro Lugdunenſis, more proſae ſcripta, Anni MDXX. Veneta, Anni MDLIX. apud Paulum Manutium, Aldi Fil. Rurſus Veneta, Anni MDXXI. ex officina Aldi; Antverpienſis, Anni MDLX. praeter Daventrienſem, Gryphii & Juntarum, cum nonnullis aliis. JOS. SCALIGERI Editionem diu fruſtra quaeſitam videre mihi non contigit; neque ſane quid compertum ſatis de ea habeo. Sunt, qui vidiſſe ſe, ſunt &, qui aliquando poſſediſſe mihi affirmarunt. Alii nunquam prodiiſſe contendunt. Plures tamen conſulere

 ſuper-

supervacuum visum, ne mole & numero obruerer.

Eorum autem, quotquot seu in integrum Comicum nostrum, seu in selecta ejus capita commentati sunt, ne quos non adhiberem in consilium, cavi sedulo. Neque enim faciendum existumavi, ut omnes omnium Interpretum Animadversiones denuo ederem; cum quod magna eorum pars non adeo rara sit, ut merito desiderari dicatur, tum quod ita plusculae res plus vice simplici repetendae fuissent, nostraque haec Editio nimia mole oneranda. Quamquam Hominibus Eruditis, qui aliter instituunt, quorundam integras, aliorum selectas Observationes edendo, nihil detractum volo. Ne de delectu quidem litem moveo; ne me Aedilitatem gerere sine populi suffragio velle quis clamitet. Ut autem FR. LINDENBRUCHII Observationes integras in TERENTIUM & DONATUM seorsim ederem, non una me movit ratio. Oppido eruditas esse videbam, minus tamen, licet repetita Editione, vulgo obvias. Tum misere nimis habitas, atque, si Auctores laudatos, eorumque verba spectes, pessime editas dolebam. Visum igitur fuit mihi faciundum, ut binas tanti interpretis Editiones inter se contenderem, quodque ab altera deerat,

erat, id adderem ex altera; sed & ut loca perperam passim operarum errore citata, emendatius ederem. Egregiam in utraque re operam mecum navarunt Amicissimi Viri, ABR. WIELINGIUS, & ABR. DE ROW infra amplius laudandi. Porro autem insigni mihi adjumento fuerunt, quae suis Codicibus adscripserant summi Viri, GERARDUS FALKENBURGIUS, JANUS GRUTERUS, FRANCISCUS GUYETUS, THEODORUS PULMANNUS: quos mihi Codices omnes, praeter primum, qui ex Editione MATTHIAE BERGII Brunsvicensis prodiit Lipsiae, Anno MDLXXIV. & servatur in Bibliotheca publica Lugduno-Batava, indefessa cura conciliavit Vir optimus Thomas Johnsonius, Typographorum meorum alter. In iis enim non pauca minime vulgaria, certe ante hunc diem ἀνέκδοτα reperi. Licet enim BOECLERUS dudum ediderit GUYETIANA, multis tamen partibus plura ejusdem Eruditissimi Viri reliquit inedita. Usum autem Boeclerum eodem hoc Codice, tanto magis mihi fit verisimile, quod quae edidit, ita eadem sunt cum glossis MSS. ut verbum de verbo expressum videatur. Quae edere neglexit, quaque nunc primum a me eduntur, ita erant minutis literulis scripta, ut mirandum non sit, si tantus Vir,

tan-

tantisque negotiis districtus, eorum sensui indagando supersedit. Nunc vero foliorum margines ita putredine exesi sunt, ut aegre admodum literarum vestigia vel ab acerrimo oculo satis deprehendantur. Quamquam, dicam enim, quoniam mentio de GUYETO incidit, acerbior ille mihi, licet cetera elegantioris literaturae, videtur Criticus, quam par est, & plus aequo morosus Aristarchus, planeque immisericors, delens atque expungens non jam voces versusque singulos, sed integras Scenas ita notans obelo, & decussatis lineis, in illo, quo usus sum, Codice perstringens, uti in Editione Boecleriana transverso illinendas calamo censet. BOECLERUS vero cum praeclara multa habet, tum in artificio Comico investigando & aperiendo regnat. Quod de GUYETO dixi, is ob nimiam licentiam merito ab Elegantissima DACERIA vapulat, ad Phorm. V. 7. 29. Digna sunt Doctissimae ANNAE verba, quae commemorentur. Ita illa: *Ces trois dernieres Scenes sont peut-être les plus belles de tout le* PHORMION. *Cependant Mr. Guyet leur a declaré une si cruelle guerre, qu'il les retranche tout d'un coup, sans faire quartier à un seul vers. On ne peut s'empecher de dire, que c'est-là un degout d'un homme malade, plutôt, que d'un Critique judicieux & delicat.* Quod est:

est: *Possint tres hae novissimae Scenae fortassis haberi pro elegantissimis in omni* PHORMIONE. *Placuit tamen Guyeto bellum atrox illis indicere, atque ita omnes uno quasi ictu resecare, ut ne uni illarum versui parceret. Id vero magis nauseantis hominis, quam acris & elegantis Critici judicium est.* Redeo ad institutum. Non neglexi etiam, quae rei Literariae facile Princeps, J. FR. GRONOVIUS in TERENTII Fabulas auditoribus suis in scholis privatis dictarat. Et mihi haec saepenumero multiplici usui fuisse, nullus diffiteor. Parce tamen usus sum, neque commisi, ut evulgando ejusmodi scripturae genus talis Viri fama quid detrimenti per me caperet. Excerpere igitur potiora malui, quam sine discrimine omnia, etiam ea, quae insignis ille Doctor, si etiam nunc per fata liceret, amplius considerandа censeret, edere. Porro quaecunque ANTESIGNANUS, BARLANDUS, BARTHIUS, CASAUBONI, COLERUS, DACERIA, MARCELLUS DONATUS, ERASMUS, TANAQ. FABER, GEORG. & FRANC. FABRICII, FABRINI, FAERNUS, FARNABIUS, GLAREANUS, GOVEANUS, GRONOVII, GUIDO JUVENALIS, JANUS GUILIELMIUS, LAMBINUS, LATOMUS, MALLEOLUS, MARSUS, MURE-

RETUS, NANNIUS, PALMERIUS, PAREUS, PETITUS, PULMANNUS, RIVIUS, SCALIGERI, HENR. STEPHANUS, TURNEBUS, VICTORIUS, WEITZIUS, WILLICHIUS, ZWAARDECRONIUS, alii, aut pluribus verbis, aut ſtrictim ad Noſtrum obſervarunt, ita excuſſi, ut, ſi quid in commentarium meum conveniret, inde transferrem, utererque pro meo. Paſſim tamen mea mihi vineta caeſa deprehendent, quibus volupe erit, quidquid id eſt, quod obſervavi, cum doctiſſimorum Virorum, quos laudavi, ſcriptis contendere. Ita vero reddidiſſe me quod debebam, praeclariſſimis ingeniis opinor, ne me falſo quis furti crimine arguat, & aliorum laborem meam laudem facere dictitet, quod non identidem nominaverim, quos vel auctores, vel duces ſequutus ſim. Laudavi autem paſſim, quantum ſatis eſt. Accidit enim haud raro, ut dudum ante quid obſervaverim, quam ab aliis intelligerem occupatum. Segniter quid a me deſcriptum, aut aliunde repetitum ne quis vere diceret, neu in eorum numero me haberet, qui ubi vident, ſe cantando, quod lepide ait Varro in Menippea, ex ara excantare nihil poſſe, deripere incipiunt, operam dedi.

Plu-

Plusculas vero difficultates ad Illustrem Amplissimumque Virum, CORNELIUM VAN BYNCKERSHOEK, Supremae Hollandorum, Zelandorum & Frisiorum Curiae cum maxime Praesidem Splendidissimum, meaque laude majorem, retuli. Atque is quidem Vir Summus, quae est illius in Literarum Cultores propensa voluntas, in me certe quidem prope singularis, ad cuncta quam humaniter respondit. Sicubi igitur ejus verba videbis interposita, velim scias, id esse factum auctoritatis gratia.

Quod in OBSERVATIONIBUS maxime ad DONATUM frequens vides ABRAHAMI WIELINGII nomen, hujus mihi Consultissimi Amicissimique Viri in DONATO sexcentis mendis obsito e conjectura restituendo insignis opera fuit. Scilicet quum aliquando ad Amplissimum Virum SAMUELEM HULSIUM, Haganae Civitatis Consularem, praedivitis & sane rarae Bibliothecae possessorem inviserem, rogaremque, uti, si quae praesidia meis usibus apta haberet, ea mihi ne negare vellet, Μουσῶν θυρίδες ἄφθονοι, respondit Vir Humanissimus, lustrandorum Librorum copiam facit, moxque Catalogum percensens praestantissimas quasdam Editiones mihi seponit. Ego interea cupide omnia circumspiciens incidi

cidi in DONATI Codicem Mſſ. quantivis pretii. Et hujus mihi uſura eadem liberalitate facta, ut ſi quam inde veteri Interpreti opem ferre poſſem, id facerem. Ibi tum Eruditiſſimus Wielingius, cognito meo conſilio, quaecunque ſibi ad DONATUM obſervata eſſent, ultro mihi obtulit. Inde igitur non contemnenda OBSERVATIONIBUS noſtris acceſſio eſt facta. Sed & alterum ejusdem DONATI Librum nactus ſum, itidem manu exaratum, junctum Codici illi Mſ. Boendermakeri, quem laudavi ſupra. Haec ego κειμήλια quanti fecerim, faciamque, verbis exprimere non poſſum; tanto magis, quod nullum ſibi divitis Academiae Oxonienſis, aliosque Britannorum loculos perluſtranti repertum Donati ſcripti exemplum mihi affirmavit Doctiſſimus ABRAHAMUS GRONOVIUS. Atque o utinam integer ſupereſſet DONATUS! Ita vero multa in Comicorum Principe, quae etiam nunc quaſi in interiore angulo recondita latent, dudum illuſtrata cerneres. Verum, ut nunc eſt, contenti ſimus hoc Catone. Accidit nimirum optimo Interpreti, quod accidiſſe olim pluribus non peſſimae notae Scriptoribus merito dolent Eruditi, ut nimirum bona ſui parte mutilati ad nos pervenirent. Quid ERASMUS quidem de noſtro

ſtro hoc DONATO cenſuerit, vel Titulus Editionis Frobenianae indicat, in quo haec leguntur: *Habes hic, Amice Lector, P.* TERENTII *Comoedias, una cum Scholiis ex* DONATI, ASPERI *&* CORNUTI *Commentariis decerptis.* ASPERI quidem vel DONATUS, vel quicunque alius meminit ad Adelph. IV. 2. 20. ANNAEUS CELSUS & HELENIUS ACRON, Grammatici, qui TERENTII Interpretes fuerint, laudantur CHARISIO. De horum, ſed & de CAPRI, PROBI, aliorumque aetate dicere nihil habeo. Quid porro de judicio & auctoritate Grammaticorum ſtatuendum ſit, ediſſerit Illuſtriſſimus Scaliger ad Virgilii Copam. PETRUS vero NANNIUS Miſcell. Lib. I. c. 6. *Aliquis indoctus*, inquit, *indoctiſſimis verbis paraphraſin ſcripſit in* DONATUM. *Id jam mundo obtruditur pro* DONATO. Loquitur autem de Commentariis in Virgilii Aeneida. Idem vero alibi de Terentianis agens *indoctiſſimum nebulonem* vocat, *qui pro Aelio Donato ſe venditaverit.* Nihilo mitius de eo judicium tulit TANAQUILLUS FABER, ad Phaed. I. 4. *Dicam audacter, ſed vere, non magis Servium hodie habemus, quam* DONATI *in* TERENTIUM *Commentarios. Excerpta tantum ſuperſunt, & ſaepius a mala manu.* Temere loqui credis? *Quod demon-*

 ſtrare,

ſtrare, addit, *ſi quis ſibi poſtulet, tam equidem id poſſim facile, quam oſtendere,* δὶς δύο εἶναι τέτταρα. Quamquam eaedem res in DONATO nonnumquam bis terve repetitae, nonnumquam contrariae, ERASMI judicium firmare videntur. Ubi autem qui ante hunc diem prodierunt Libri, Commentarium DONATI turpiter & inſcite prorſus luxatum lancinatumque turbato ordine exhibebant, quod innumeris locis factum, qui volet, reperiet, emendatum nunc, reſtitutumque exhibeo.

JOANNES CALPHURNIUS ille BRIXIENSIS quisquis demum fuerit, LAURENTII VALLAE aetate, id eſt, Seculo quinto decimo, vixiſſe videtur, cujus diſerte meminit ad Heaut. IV. 5. 10. Hic cum praeter Commentariolum in unam illam Fabulam nihil Terentiani, quod ſciam, reliquerit, & haud raro quam proxime ad ipſum DONATUM accedere videatur, dignus mihi viſus eſt, qui junctim cum DONATO ederetur. Simul autem cavere volui, ne Latiniſſima TERENTII pars reliquis magis nuda prodiret publice. Si quis vero CALPHURNIUM poſſediſſe DONATUM etiam in HEAUTONTIMORUMENON contendat, non valde repugnaverim. Certe quidem pluſcula Donatiana in eo inveniri, plus

ſemel

ſemel monui in OBSERVATIONIBUS. Ita NICOLAUM PEROTTUM, Sipontinum Pontificem, Phaedri elegantiſſimam Fabulam; cujus Lemma eſt; *Arbores in Deorum tutela*, olim pro ſua obtruſiſſe erudito orbi novimus. Alia de eodem ſive ex Paulo Jovio, ſive ex Henrico Stephano refert Vir Cl. TH. JANS. AB ALMELOVEEN in Syllabo Plagiariorum. Quod autem & in Mſ. Boend., & Editis quibusdam vetuſtiſſimis haud pauca offenderem addita illis, quae CALPHURNII feruntur in Editionibus Vulgatis, ita quaeque ſuis locis addidi, ut, qualiacunque haec ſint, aſteriſcis notata facile à reliquis diſcerni queant.

Ut porro ea, quae EUGRAPHIUS, ſive is EOGRAPHIUS vero nomine vocandus ſit, in Noſtrum vel notaverat, vel notanda diſcipulis praeceperat, huic Editioni quam maxime integra adderentur, operam dedi. Perpauca admodum, neque fere quidquam, praeterquam in Prologos Terentianos Fragmenta hujus Scriptoris, Decimi, ut videtur, id eſt, obſcuriſſimi Seculi, e ſuo Codice primus omnium dederat GABRIEL FAERNUS, nuper repetita, & novae Editioni Terentianae adjecta a FRANCISCO HARE. Haec vero bona parte poſt FAERNUM e Libro Mſ. auxit FRIDERICUS LINDEN-

BRUCHIUS. Sed vel ita ingentes lacunae, hiatus vasti restabant, HECYRA integra, praeter utrumque Prologum, integrae item Phormionis Scenae deerant. Cum id dolebam, neque unde suppetiae tam misere habito adfectoque Interpreti petendae essent, exputabam, commodum incidi in duplex exemplum, quod servatur in Bibliotheca Leidensi, lacerum alterum, alterum multis partibus integrius; illud quondam IS. VOSSII, hoc DIONYSII PETAVII. In illo legebatur: *Sc̄i Petri Beluacensis.* In hujus fronte adscriptum erat: *Rufinus in Commentario de Metris Evanthium Sacerdotem in Terentium citat.* Porro autem: *Abbo Floriac. Abbas in Epistolis meminit Eugraphii.* Abbatem autem illum Floriacensem Seculo X. floruisse constat. Unde de Eugraphii aetate conjectura fit. Visum igitur fuit faciundum, ut ad utrumque illum Codicem & vulgatas Editiones exigerem, & quae ab his aberant, inde transscriberem. Fateor, vel sic multa in eo superesse, quae medicam manum desiderent; sed qualemcunque EUGRAPHIUM edere, quam nullum malui, maxime cum hujus instituti mei summos, quos laudavi, Viros, auctores haberem; ut, si tanti est EUGRAPHIUS, Eruditiorum conjecturae & emendationi locus esset.

Quae

Quae ipſe nonnunquam adſperſi leviora ſunt, quam quae magnopere laudari merentur. Neque enim perpurgando illi Augiae ſtabulo otium ſuppetebat. Cum enim nullo diſcrimine Terentiana Eugraphianis miſta corruptiſſime legerentur, iis utcunque concinnandis ſatis moleſtiarum profligandum, ſatis taedii devorandum fuit. Unde nemo, ſpero, mirabitur, ea ad quae diutius adhaerebam, intacta a me fuiſſe relicta. Sicubi tamen Ciceronem, Virgilium, alios abs Eugraphio laudatos reperiebam, eundem ei honorem, quem DONATO & CALPHURNIO habui, loca ſubnotavi, novam acceſſionem uncinulis inſerui.

Sequitur, ut de INDICE VERBORUM ET PHRASIUM addam. Hunc nova prorſus methodo adornatum vides, ſed & ſolito copioſiorem. THESAURUM LATINITATIS TERENTIANAE eſſe volui. Quot poenarum facies hic unus labor habuerit, facile agnoſcent, quotquot unquam ſimile quid tentarunt. Vides hic in Nominibus & Pronominibus ita Generum & Caſuum ordinem ſervatum, eam in Verbis Modorum, Temporum, ſed & Numerorum & Perſonarum rationem habitam, ut quaevis dictio Terentiana facillima ſit inventu, & tantum non diverſitate literarum

ad primum intuitum ſemet ipſa oſtendat; hic porro THESAURUS ad exemplar Nizoliani illius in Ciceronem adornatus, praefiſcine dixerim, BOECLERI Chreſtomathiam, KOCKERTI Syllabum utilitatis ubertate multis partibus ſuperare videatur. Neque tamen diffiteor viam mihi muniiſſe ad hanc rationem inſtituendam Codicem quendam Mſ. perquam liberaliter uſibus meis ſuppeditatum ab Ampliſſimo Viro, ADRIANO MOERINGIO, Reip. Goudanae Senatore, & cum maxime Collegio, quod Amſtelaedami eſt, rebus Indiarum Orientalium curandis Adſcripto, Excellentiſſimi Viri CORNELII MOERINGII, ejusdem Reip. dum fata ſinebant, Conſularis, & Foederatae Belgicae nomine ad Potentiſſimum Daniae Regem Legati Filio. Verum ita paſſim in eo Codice turbatus erat ordo, ita multa deerant, ita denique ſenſus plerumque laborabat, non Auctoris quidem, credo, ſed neſcio cujus, qui a manu fuerat, culpa; ut, niſi ἀκριβῶς a capite ad calcem recenſeretur, emendaretur, &, uti nunc quidem prodit, optima ſui parte augeretur ille INDEX, publice edendus non videretur. Quae vero meam curam, in tam vario argumento, ut fit, fugerant, ſumma ſua cura, & induſtria prorſus ſingulari, ex AU-

GU-

GUSTINO GAMBARELLIO, aliisque addidit Experientissimus Vir, ABRAHAMUS DE ROUW, Affinis conjunctissimus, Fratrisque loco mihi habitus & dilectus. Idem, qui ejus in me amor est, si quae in COMMENTARIO laudaveram Auctorum loca, quod usu didicisset, facillimum in Libris Capitibusque citandis esse lapsum, singula, quod ipse prius feceram, denuo ad Scriptores ipsos excussit, & sicubi me hallucinatum deprehenderet, restituit. Id publice fateri, hominis ingenui esse duxi. Et nullus dubito, quin velint vel primae classis hac nostra aetate Viri, suis Operibus similem operam ab amicis, rerumque gnaris hominibus navari: ita enim praestantissimos quosque Libros emendatius multo, saltem quod ad hanc rem attinet, prodire cerneres. Illud igitur paullo post initium ANDRIAE coeptum, Editionem quidem nostram hactenus multo curatiorem fecit.

De verbis autem ipsius TERENTII, ea maxime ad FAERNI Editiones exhibui; non ita tamen, ut, ubi ratio manifesto aliud suadere videbatur, nunquam secus legendum edendumve existumaverim. Ne quis credat, me GUYETI, Codices MSS. quibus usus est FAERNUS, ad HEC. II. 2. 16. sugillantis auctoritate motum, a tanti Viri lec-

tione nonnunquam recessisse. Qui vero e tam grandi vetustissimorum Codicum, tamque varia confusorum versuum varietate verum & genuinum aliquando Terentium nobis daturus est, nae, is magnus Apollo fuerit. Nec Bembinus ille Liber, quamlibet prisci aevi, semper satis placet FAERNO. Quid quod GUYETUS ad EUN. I. 2. 20. Terentianas Fabulas jam ante Ciceronis aetatem, id est, proxime Terentii obitum, interpolatas ac depravatas fuisse censet? quodcunque fuerit, Ciceronem non longe adeo a TERENTII aetate remotum, corrupto jam exemplo usum esse, vero admodum fit simile.

Causas ignorantiae metricae in primis abolitam Romae sub Augusto antiquitatis memoriam vocat in *Senario* suo Cl. CHR. WASIUS, Tragicosque juxta ac Comicos veteres Bibliothecis in Urbe publicis dejectos; quando Auctores vero honore fraudatos denuo describere operae pretium non fuerit Librariis. Sed quum nec Lucilio Magni Pompeji magno avunculo parceretur, quum a Nova Poësi Ennii sterquilinium, Attii veternus, Pacuvii verrucae cum fastu repellerentur, & exoletorum verborum foetores procul furcillarentur, Terentiano saltem metro parcere debuerat fastidiosum seculum,

culum, & ſatis habere naſcentis Eloquentiae jam inde a primis incunabulis & vagitibus per ſingulas aetates incrementorum veſtigia confudiſſe. Habebit igitur, in quo ſe exerceat Vir Cl. RICHARDUS BENTLEIUS, ſi, quod ad Horat. Serm. II. 5. 79. pag. 513. profitetur, aliquando novam TERENTII Editionem ad priſcos numeros adornaturus eſt. Sane qui rationem metricam in Terentio certis legibus innixam adſtrictamque dare volet, TERENTIUM ipſum, forte & LAELIUM, & SCIPIONEM ab inferis excitet neceſſe eſt: Niſi crebras ſynaloephas, epiſynaloephas, colliſiones, eliſiones, ſexcentas licentias alias probe cognitas habeat, atque inde verſus catalecticos, acatalecticos, brachycatalecticos, hypercatalecticos conſtituat; niſi inter ſcribentis Poëtae, interque Hiſtrionum verba, ſed & Interpolatorum audaciam, demum inter innumera fere Variantium Lectionum divortia, a titubantis calami lapſibus orta, certiſſimum ubique, quod mihi quidem ἐν ἀδυνάτοις ſemper viſum fuit, diſcrimen indigitet, & quodnam potiſſimum iter inſiſtere oporteat, quaſi divinus Mercurius oſtendat, fruſtra futurus eſt, quicunque opus hoc moliri unquam volet. Fuerint haec olim apud ſeculum Comicum nota Latinis auribus; fuerint hae

 deli-

deliciae prolutis illis labris, Attico melli, Tuſco lepori adſuetis; enimvero alia noſtrae aetatis hominum ratio eſt; eſſetque alia, opinor, ſi maxime Scriptores Metricos, & περὶ τῶν ἐν ποιήμασι ταραχῶν, cum Graecos, tum Romanos longa dudum non deleviſſet dies. Dicam etiam amplius, facilius fuerit Taraxippo equorum in Hippodromo currentium pavores averruncare, quam ulli Scenico Numini Hiſtrionum offenſiones ſeu procurare, ſeu tollere. Aut igitur neſcio cui durae & caſcae licentiae indulgendum, aut bene multa ita in alias formas varianda, ut TERENTIUM in TERENTIO quaeras. Horum utrum minus neceſſe ſit, dicam quaſi a Cenſore rogatus, EX ANIMI SENTENTIA, Non video. Metri quidem mentionem facit DONATUS ad PHORM. I. 4. 48. & alibi nonnunquam; is vero, ſi GUYETUM ad AND. IV. 1. 3. audimus, *Rei metricae plane imperitus fuit.* Jam vero MURETUS ad AND. III. 2. 1. *Sunt hic aliquot,* inquit, *verſus, quorum dimenſionem explicare ex veteribus Libris non potui, ex ingenio nolui.* Idem, Var. Lect. III. 3. exiſtimat, Hiſtriones in recitandis Fabulis quaedam de ſuo addidiſſe, ut oratio quotidianae ſimilior videretur; atque hinc factum, ut verſus Terentiani ſaepe videantur metro laborare. PAL-

ME-

MERIUS autem ad PHORM. V. 7. 77. versus quosdam justo longius excurrere censet, non sine magna gratia, ut talia extra numerum censeantur. FAERNUS testatur, se versum tertium & vigesimum, Act. II. Sc. III. PHORMIONIS, tum versum quartum & quadragesimum Act. V. Sc. VII. ejusdem Fabulae pedibus metiri non posse. Alii ad alia adhaeserunt. Neque P. ANTESIGNANI, singulis versibus, tanquam proprios pedes ad oram adscribentis, sed inter Erasmum & J. C. Scaligerum semper dubii & fluctuantis nimia diligentia rem satis expedivit. *Profecto tanta*, verba sunt JAC. PERIZONII ad Sanct. Minerv. pag. 417. *invaluit licentia, ut vix inde quid certa ratione probare, vel refutare queas.* Et si, quod sua jam aetate dicebat Cicero, Comicorum Senarii propter similitudinem sermonis ita abjecti sunt, ut nonnunquam in his numerus & versus vix intelligi possit, quid, amabo, aliis Carminum generibus, quibus Comoedia referta est, fiet? Viderunt id, qui temporibus Prisciani metra in TERENTII Comoediis esse negarunt. Quanquam quis id in universum affirmaverit? Neque tamen cum Quinctiliano plus gratiae habituras fuisse crediderim, si intra versus trimetros stetissent. Grave enim videtur judicare de judicio talium

Viro-

Virorum, ad quorum ſcientiam cum in Poëtica, tum in Latini ſermonis elegantia, quotquot tot quidem ſeculis poſt haſce Artes tractarunt, vel etiam nunc tractant, vix comparandi ſunt, ne quid gravius dicam. Ita igitur ſtatuo, & arcanum Artis Metricae priſci illius aevi dudum eſſe deperditum, & verſus Comicos omnino ita abjectos eo conſilio, ut a ſermone vulgari parum aut nihil abirent, eoque haud raro miſcerentur. Vitam enim imitati ſoluta oratione potius inter ſe confabulari, quam numeris adſtricta, videri voluerunt. Idem tamen Cicero Parad. III. 2. *Hiſtrio*, inquit, *ſi paullum ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior aut longior, exſibilatur & exploditur.* Quod qui fieri potuerit in Scena Nova, ubi alternis tantum ſedibus Spondei recepti, vix intelligas; nedum, ſi de Veteri ſermo ſit, ubi Tragicos, Satyricoſque Jambis Trochaicisque verſibus plures immiſcuiſſe Spondeos novimus. Quid quod numeri rebus paſſim parum conveniunt, variumque Carminum genus in eodem, idem in diverſo negotio adhibetur? Si tamen ea Carmina ſunt, unde niſi diverſiſſima pedum & metrorum genera vix exſculpas. Neque ſemper, credo, dignitas nobis videtur in tardis Spondeis, neque exar-

de-

descens affectus in incitatioribus Dactylis. Illud confidenter dico, nisi quis multo maximam literarum partem Comicorum, & maxime PLAUTI & TERENTII aetate aliter scriptam, aliter pronunciatam, vel omnino in sermone suppressam, quod nunc Gallis & Britannis perquam familiare est; ostenderit; sed & quae illius corruptae pronunciationis ratio fuerit, examussim indicaverit, nequidquam Licentiae Comicae Regulas nobis concinnabit. Si enim promiscue syllabam contra quantitatis vulgatae, diphthongi & positionis naturam corripere fas sit, quod contendit Cl. HARE; si non, *Estis vos*, sed *ête vous*, cum hodiernis Gallis, *Yo* pro *Ego*, cum Hispanis dixisse priscos Latinos credimus cum Cl. WASIO, quid sonuerit viva Seculi Plautini & Terentiani vox, sane aegre ex ipsis per se literis confici posse patet. Et quotusquisque est, qui non videat, eadem ratione cuncta vel Ciceronis, cui in ipsis orationis fulminibus saepius jambi exciderunt, vel cujuscunque alterius Scriptoris opera ad metrum redigi posse? Adeo ardua res est, ad calculum revocare, quo pacto quid in veteri orchestra ad tibiam cantari & saltari sit solitum. Vidit id, & ingenue professa est Elegantissima ANNA, cujus verissima in fine Praefationis verba sunt:

ſunt: „ On pourroit faire beaucoup de remarques ſur l'arrangement de mots, qui aſſes ſouvent ſont autrement places dans ces Manuſcrits, que dans les imprimes; mais cela feroit ennuyeux; nous n'avons pas aujourd'hui l'oreille aſſes fine pour juger de cette difference. Et pour ce qui eſt de la meſure des Vers, il nous ſieroit mal de vouloir faire les delicats ſur une cadence, qui etoit tres peu ſenſible du temps meme de Ciceron, & que les plus grands connoiſſeurs ne demeloient qu'avec beaucoup de peine. „ Quod eſt: *Poſſint multa notari ſuper ſerie vocum, quae frequentiſſime alia eſt in his Mſſ. alia in Libris impreſſis; ſed id odioſum foret: non ſunt nobis nunc ſatis delicatae aures, quae ſtatuant de hoc diſcrimine. Et quod attinet ad menſuram verſuum, parum nos deceret, de numeris arbitrari velle, quorum cognitio jam inde a Ciceronis aetate vix ſatis cognita fuit, quoſque vel peritiſſimi Viri non niſi difficulter expediverunt.* Lucubrentur ſane, mordeant ungues, extricent, quam velint, Viri Docti, quibus otium eſt, tum demum vera eorum gloria praedicabitur, ubi utilitatem ejus, quod fecerint, adprobabunt, fortunaſque Graeciae in eo verti, demonſtrabunt publice. Enimvero tueatur quis rite ceteras partes, & facilis intricatiſſimi metri jactura

tura erit; satis se superque viva morum imagine, stilique elegantia commendabit TERENTIUS. Ego igitur ne quid adversus Legem Corneliam, quae est de Falso, committerem publice, meque turpiter darem, de Metro perparce disserui. Neque enim est nostrum, quae super eo argumento inter Erasmum, Scaligerum Patrem, Antesignanum, Glareanum, Goveanum, Scioppium, Tanaq. Fabrum, Joachimum Camerarium, Guyetum, alios, quanquam uti non aequales, ita nec per omnia pares, satis acriter sunt agitatae, componere lites. Quo saepius autem TERENTIUM lego, eo magis fit mihi verisimile, elegantissimum Scriptorem honestate verborum delectatum salebras versuum superare, quam quidquam de recto compositionis tramite deflectere maluisse. Et profecto, quantum decoris Virgilius ex Homeri imitatione consequutus est, tantum e Menandri expositione TERENTIUS, aut plus eo. Contra si qui sentiunt, nil sentiunt. Audiant haec vel Volcatii Sedigiti Manes, palmam Terentio debitam, Caecilio dantis. Ducatur sane huic laudi auctore Horatio, *gravitate* vicisse, modo de *Arte* lis nulla moveatur Nostro. Quanquam quis in Socco gravitatem Cothurni magnopere admiretur? Certe quidem tenuitatem sermonis

monis in Comoediis Graecis Quinctilianum laudasse novimus. Unde dubium nullum est, mansurum TERENTIO suum honorem, Latinis dum manebit pretium Literis.

Tum alterum est, quod mihi parum etiam expeditum usque adhuc videtur a Viris Eruditis, & vereor, ut unquam satis expediatur. Scilicet AFER noster ita e MENANDRO, APOLLODORO, DIPHILO, multa transtulit in suas Fabulas, ut veteris Graeciae mores passim notare videatur; ita Romanis Romane scripsit, ut Romanorum sui aevi instituta non raro tetigisse adpareat. Verum haec ubique qui certissimis argumentis discernere quiverit, videre me nondum memini. Est, ubi Donatus ipse dubitat, & nihil expedit.

*[*Quod hic* Westerhovius *monuit de Effigie* Terentii *in sua editione exhibita, omittere visum est.*]

Atque haec fere erant, quae Te antea scire volebam, Erudite & Benevole Lector, quam ad Comicum nostrum lustrandum accingereris. Ita in eo exponendo brevitati studui, ne quid perspicuitati decederet. Sicubi seorsim a Viris doctis sentiendum videbatur, eorum existimationi, uti par erat, consului. Si quae obscuriora, & usque adhuc non satis explicita, offendi, modeste sen-

ſententiam interpoſui. Quid in univerſum praeſtiterim, Eruditorum eſto judicium. Meliora ſi quis dederit, TERENTIO quidem gratulabor, mihi gaudebo. Magna dicendi copia eſſet, ſi id nunc agerem, qui pro levibus cauſis plumbeas eras geſſerint, liteſque acerbiſſimas exercuerint; ſed & qui de graviſſimis rebus amice inter ſe & perquam familiariter diſceptaverint. In his quidem ſi plures hodie ſua nomina profiterentur, non adeo illiberaliter praeſtantiſſimorum Virorum famam & exiſtimationem publice lacerari cerneres, &, quod merito indigneris, a puſillis quandoque & jejunis animis; multo autem melius rei conſuleretur Literariae. Quid enim tanta induſtria elaboratum vel abs peritiſſimis Hominibus reperietur unquam, in quo non aliquid vitii reſidere deprehenderint alii? Ad Protogenis tabulam pictam, ubi inerat effigies Jalyſi, integro ſeptennio abſoluta, primum quidem obſtupefactus dicitur Apelles, mox vero gratiam operis deſideraſſe. Idem Librorum ferme omnium, ſi a Sacris diſcedas, fatum eſt. Reprehendant igitur & me Viri Eruditi, quam velint, modo conviciis abſtineant, & erudiant ſimul. Licet enim neque indoctiſſimis ſcripſerim, neque doctiſſimis, non tamen recuſo, ut olim Lucilius, quo

d minus

minus omnes mea legant. Stili ne quando poenas publice darem, cautio fuit. Neque enim aegre feret, ſpero, JO. CLERICUS, Vir Clariſſimus, quod Criſi ſuae in TERENTIUM & DONATUM non acceſſerim. Plurima ejus merita lubens agnoſco, & mirans laudo. Hominem tamen ſe eſſe, quin meminerit, cui in tam vario ſtudiorum genere facile ſomnus obrepat, dubium mihi nullum eſt. Zoilos autem, Momos, Μωροσόφυς, homines moroſis & moris moribus moratos, qui ſuſpenſa nare, adducto ſupercilio ad aliena omnia nauſeant, quibuſque meliores carpere, in quovis loco vellicare, & turpi faſtu prae ſe contemnere, quin, ut ſapere videantur, coelum ipſum vituperare, id demum eruditionem ſuam oſtentare eſt, non moror; faſtidioſum genus hominum, nihil dignum ex ſeſe gignentium, aliorum laboribus inſidiantium, ſuo Genio relinquo, & faſtidio ultro; neque adeo contra eos aram mihi aut precatorem parabo.

PAEDA-

PAEDAGOGIS
PHILIPPUS MELANCHTON
S. P. D.

CUM *Typographus hic Terentii Comoedias recudere pararet, rogavit, ut ſe in optimo auctore edendo recognoſcendoque adjuvarem. Ego vero tametſi non ſatis inſtructus eſſem veteribus exemplis, quibus in tali re opus erat: tamen homini amico, in ſanctiſſimo negotio nolui deeſſe. Nam mihi quidem praeclare mereri de Repub. videntur, qui hoc genus auctoribus edendis, publicis ſtudiis conſulunt. Praeſertim autem hoc tempore, cum in perniciem literarum pene conſpiraſſe chalcographi videntur: non mediocris gratia debetur iis, qui nonnullo rei familiaris periculo in veteribus tranſſcribendis ſumptus faciunt. Paſſim enim novis & inſulſis libellis magno numero quotidie prodeuntibus, luculenta veterum ſcripta opprimuntur. Porro vix alius liber eſt, quem perinde omnium manibus teri referat, atque has* Comoedias. *Nam praeterquam quod honeſtiſſima civilium morum exempla*

hic proponuntur, ad parandam dicendi facultatem mirifice conducunt. Vincit enim proprietate sermonis facile omnes Terentius, quae virtus in oratione citra controversiam prima est. Deinde ea in exponendo ac narrando copia, ea dispositio argumentorum, ea in sententiis ac salibus venustas est prorsus, ut perfectius ne quidem ipsas Athenas, quas in hoc genere regnasse ferunt, quicquam facere potuisse credam. Quare hunc auctorem edentibus non inviti operam dedimus. — — . Me vero non poenitebit hujus operae, si qui me auctore magis amabunt Terentium. Chrysostomum ferunt tantopere delectatum esse Aristophanis lectione, ut semper in manibus haberet, dormiens etiam pro pulvino uteretur. Nec dubium est, quin alendae locupletandaeque facundiae causa tam sedulo legerit. Quanto pluris Terentius fieri meretur, cujus Fabulae cum obscoenitate vacant, tum sunt aliquanto quam Aristophanicae, nisi valde fallor, ῥητορικοτέραι. *Proinde paedagogos omnes adhortor, ut hunc auctorem summa fide studiis juventutis commendent. Nam & ad judicium formandum de communibus moribus, mihi quidem plus conferre, quam plerique Philosophorum commentarii, videtur. Et non alius auctor loqui elegantius docebit, aut utiliore genere orationis puerilem linguam imbuet. Beatas Respublicas, si hoc genere literarum dedolata juventus, ad*

majo-

majores res gerendas accesserit! Nunc cum nullae literae, nulla scientia neque religionis, neque virtutis sit in his, qui tenent Respublicas, videmus eorum inscitia, omnia sacra & profana, divina atque humana misceri.

EX

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

DEDICATIONE.

NON *ex alio Scriptore [quam Terentio sc.] melius discitur Romani sermonis puritas; nec est alius lectu jucundior, aut puerorum ingeniis accommodatior. Caeterum id praestabit Ephorini praeceptoris dexteritas, ut & ad eloquentiam & ad mores sit utilis. Quemadmodum enim bona prudentiae pars est, nosse varios hominum mores & ingenium: ita decorum & tractatio affectuum, qui cumprimis adferunt jucunditatem orationi, Graeci vocant* ἦθη, *ex nullo Rhetorum melius discitur. Porro quum inter orationis partes praecipua sit argumentorum inventio, ad hanc quoque facultatem in omni causarum genere parandam, Terentiana lectio conducit plurimum. Nec enim sine causa Criticorum suffragia artem huic auctori tribuere,*

buere. Plus enim exacti judicii est in una Comoedia Terentiana, absit Nemesis dicto, quam in Plautinis omnibus. Sed in tali auctore, velut in tabula quapiam Apellis, magni refert, quis adsit commonstrator. Qui si contingat egregius artifex, haec lectio non solum valebit ad exhilarandum animum, non tantum ad emendate loquendum, non modo ad uberiorem dicendi facultatem, verum etiam non parum adferet philosophiae moralis, quam unam Socrates existimavit esse perdiscendam homini, qui cupiat beate vivere.

EX
DEDICATIONE
PETRI VICTORII
AD
C. BORROMEUM
CARDINALEM.

IPSE *non parum hoc lepido nobilique Poëta* [Terentio] *delector: putoque ipsum valde utilem esse, & ad Latinam Linguam puriter perdiscendam, & ad vitam hominum suaviter excolendam. Nam quin accurata lectione Terentii mores emendentur & politiores integrioresque reddantur, si quis consilium illius finemque*

que attendat, corrigique se patiatur, dubitandum non est: sunt enim fabulae ipsius (quantum ratio ejus poëmatis fert) honestae ac graves, remotaeque ab omni turpitudine verborum factorumque: talem autem ipsum fuisse natura moribusque facile suspicari possumus: cujus rei etiam indicium est, quod ille usus est consuetudine sanctissimorum moderatissimorumque suae aetatis Virorum: qui non tantopere ipsum dilexissent, nec in amicitiam suam irrepere passi essent, nisi similis ipsis parque ingenio ac vita fuisset. Facit etiam (nisi fallor) ut merito ille hominibus gravibus carus atque jucundus esse debeat, quia proposuit sibi ad imitandum Menandrum: cunctasque suas Fabulas, una aut altera excepta, ex eo Poëta expressit: de cujus ingenii suavitate salibusque ita multa & doctissimi & honestissimi Viri memoriae prodiderunt, ut non mediocriter dolendum sit illum e manibus ereptum esse. — — — . Qui Menandrum probant, summisque laudibus in coelum efferunt, iidem manifesto Terentium commendant: illius enim Graeci Latinus hic imago simulacrumque est, vel potius ille ipse expressus, in aliumque sermonem (hoc enim fere tantum discriminis est) conversus. Quod intelligitur etiam testimonio quodam Ciceronis, versibus notato: legitur autem illud apud Donatum, in ipsius Poëtae vita. Nec tamen me fallit nonnulla in vertendo mutasse Terentium,

quibusdamque in rebus judicium quoddam suum adhibuisse: ut illud, quod e simplicibus duplices fere cunctas fabulas fecit. Qua in re cum placere voluerit spectatoribus, qui plerumque gemina compositione rerum, duobusque simul ad exitum perductis argumentis capiuntur, discessit non tantum a mente & quasi praescripto Menandri, verum etiam a sententia Aristotelis, arbitrantis alterum illud melius esse: judicantisque uno in argumento, unaque in persona manere Poëtas oportere: sive Tragoediam sive Comoediam scribant. Nam quaedam etiam ipsum variasse, instituta nonnulla ad consuetudinem moremque Romanorum hominum convertentem, apud eundem etiam veterem Grammaticum lectum est. Neque tamen hoc quin verum id sit quod diximus facit, nullo inquam alio in loco planius spectari posse lepores venustatesque Menandri, quam in Fabulis Terentianis. Ut taceam majores virtutes ab ipso acceptas: quemadmodum cum Graecus ille fingat in meretriciis amoribus adolescentium libidinem exerceri solitam, nec feminae ingenuae pudicitiam expugnatam arte ulla in scenam referri, si quando tamen virgini civi stuprum infertur, numquam non inde nuptias nasci solitas: ut ex principio illo malo turpique, res bona atque honesta proficiscatur. Quod accurate, ut apparet, servavit Terentius, neglectum ab recentioris memoriae

riae

riae Poëtis, qui passim & his a bonis moribus alienis, & aliis turpioribus adhuc amoribus Comoediam inquinant, & ne dum vitam expoliant & corrigant, potius ipsam foedant, & omni dedecore contaminant. Est igitur omnibus his de causis, aliisque nonnullis minime obscuris, Terentius amandus, in sinuque frequenter habendus: ac profecto bene omnis opera ponitur, quae in ipso illustrando celebrandoque collocatur. — —. Ordo Fabularum communis pervulgatusque — fortasse verus non est, quod suspicari licet, etiam ex fastis. In Bembi certe libro ADELPHI *postremum locum tenent. — —. Perge igitur graviora illa studia colere, & disciplinam propriam Christiani hominis, summique Antistitis amplexari: nec tamen imaginem humanae vitae, accurate expressam a Terentio, & puram ipsius orationem, despice: putatoquo cum ipsum legis, & si multo minores personas in fabulis his invenies, tenuesque demum homines, de rebus privatis humilibusque inter se loquentes,* P. Scipionem, C. Laelium, L. Furium *loquentes audire: qui (ut memoriae proditum est) a Poëta personam mutuati, quae domi luserant ipsi, otii honeste consumendi causa, in scenam Terentii nomine postea deferebant.*

PUB. TERENTII
AFRI CARTHAGINIENSIS
VITA.

Auctore SUETONIO TRANQUILLO, *aut, ut aliis videtur,* AELIO DONATO, V.C.

[*Cum Varietatibus lectionum* FRID. LINDENBROGII, *&* *Notulis* TANAQ. FABRI *selectis.*]

PUBLIUS TERENTIUS AFER, Carthagine natus, servivit Romae Terentio Lucano Senatori: a quo ob ingenium & formam, non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse *Fenestella* docet: quum inter finem secundi belli Punici, & initium tertii (1) natus

(1) Ex calculo plausibili Tanaquilli Fabri, cujus rationes longum est huc transscribere, natus est Terentius anno urbis Romanae DLX, id est, novem annis ante mortem Plauti, totidem annis ante ortum Scipionis Aemiliani, undecim autem ante obitum Scipionis Majoris, qui, primus Africanus dictus est.

tus sit, & mortuus: nec si a Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset; nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, coepto. Hic cum multis Nobilibus familiariter vixit: sed maxime cum (2) Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Quod & ipsum *Fenestella* arguit, contendens utroque majorem natu fuisse. Quamvis & *Cornelius Nepos* aequales omnes fuisse tradat, & *Porcius* suspicionem de consuetudine per haec faciat:

(3) ***Dum*** (4) *lasciviam nobilium & fucosas laudes petit:*
Dum Africani *vocem divinam inhiat avidis auribus:*
Dum

(2) Tanaquillo Fabro recte intelligitur Scipio Minor, seu, Aemilianus, & ipse Africanus deleta Carthagine appellatus, teste Livio, Lib. XLIV. Idem Faber etiam censet, Laelium hic memoratum, esse prioris Laelii (Scipionis Majoris amici) filium.

(3) Versus lepidissimi sunt, & sane digni qui & iterum & iterum legantur, & amentur diu. Iste, profecto, Porcius, horum versuum auctor, homo fuit suavissimi ingenii, & quem Gratiae nascentem placide & amanter viderant; sed, malum, ille nobis periit, & tot hodie venena, pestes, & carcinomata Poëtarum supersunt. *Tanaqu. Faber.*

(4) Ne quis existimet *Lasciviam* hoc loco id esse quod in sermone nostro sonat; nam *Lascivia*, hic quidem, nihil aliud significat quam lusus liberiores, jocos, convivia. *Tanaqu. Faber.*

Dum ad Furium se coenitare & Laelium pulcrum putat:
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum (5) rapi
Ob florem aetatis suae: ad summam inopiam redactus est.
Itaque e conspectu omnium abiit Graeciam in terram ultimam
Mortuus est in Stymphalo Arcadiae oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Scripsit Comoedias sex. Ex quibus primum *Andriam* cum Aedilibus daret, jussus ante *Caecilio* recitare. Ad coenantem cum venisset, dictus est, initium quidem Fabulae, quod erat contemptiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens, legisse: post paucos

(5) *Rapi*, Absolutum est, neque ab alio verbo regitur; alioqui contra rationem faceret Poëta. *Rapi* autem est, rheda aut equo vehi; Horatius, ubi de illo suo itinere agit, Serm. 5. lib. 1.

Quatuor hinc rapimur viginti & millia rhedis. *Idem.* Potest tamen, ut *Rapi* hic regatur a, *Pulcrum putat*, & τὸ *Pulcrum* ad verbum *Credit* ex priori subaudiendum sit.

paucos vero versus invitatus, ut accumberet, coenasse una, deinde caetera percurrisse, non sine magna Caecilii admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas aequaliter populo probavit. Quamvis *Volcatius* de enumeratione omnium ita scribat:

Sumitur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis die acta est: Meruitque pretium quantum nulla antea cujusquam Comoedia, id est, octo millia nummum: propterea summa quoque (6) titulo adscribitur. Nam *Adelphorum* principium *Varro* etiam praefert principio Menandri. Non obscura fama est adjutum Terentium in scriptis a Laelio & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit: nunquam enim nisi leviter se tutari conatur, ut in Prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, assidueque una scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis universis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.

Videtur

(6) *Titulus* hoc loco *Didascaliam* significat. Ergo, ut hodie editur, mutila est. *Tanaq. Faber.*

Videtur autem ſe levius defendiſſe, quia ſciebat Laelio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem; quae tamen magis & uſque ad poſteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro ſe ait: *Pub. Africanus, qui a Terentio perſonam mutuatus, quae domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* Nepos auctore certo comperiſſe ſe ait, C. Laelium quondam in Puteolano (7) Kal. Martiis admonitum ab uxore, temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium, dixiſſe; non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: Deinde rogatum ut ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Santra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adjutoribus indiguerit, non tam (8) Scipione & Laelio uti potuiſſe, qui tunc adole-

(7) Cur Kalendis Martiis? quia eo die regnum matronarum erat. Vid. Ovid. in Faſtis, & Horatii Oden, cujus initium eſt:

Martiis coelebs quid agam Calendis. Idem.

(8) Et tamen *adoleſcentulus* ille annum jam tunc viceſimum agebat. Sed & Salluſtius ulterius multo adoleſcentiam produxit; qui Pontificatum Maximum Cajo Caeſari mandatum ait cum adhuc *adoleſcentulus eſſet.* Quot annos autem natus erat Caeſar? poteras dixiſſe XXXVI. & id oſtendet Manutius, ni credis. *Idem.*

adolescentuli fuere: quam C. Sulpitio Gallo, homine docto, (9) & qui Consularibus Ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, Consulari utroque, ac Poëta. Ideo ipsum non Juvenes designasse, qui se adjuvisse dicerentur: sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Comoedias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, causa evitandae opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Graecorum instituta moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus urbem est, neque amplius rediit. De morte ejus *Volcatius* tradit:

Sed ut Afer sex populo dedit Comoedias,
Iter hinc in Asiam fecit. (10) *Navim cum semel*
Conscendit, visus nunquam est. Sic vita vacat.

(11) *Q. Consetius* redeuntem Graecia periisse in mari dicit cum Centum & octo Fabulis con-

(9) Mſ. Reg. *cujus consularibus.* Lindenbrog.

(10) Mſ. Danielis. *Navim ut semel.* Idem.

(11) Lindenbrogius edidit *Q. Cosconius*, cum antea vulgo ederetur, *Consentius.* testatur autem *Cosconium* laudari a Varrone de Lingu. Lat. lib. V. Porro Faber existimat has centum & octo Fabulas numquam a Terentio fuisse scriptas; id enim, inquit, nec vitae tempus patitur, nec, si vel seculum explesset Terentius, centum & octo Fabulas e Menandro convertere potuisset, nisi ab Orco Graecus Poëta remissus fuisset qui novas denuo faceret.

conversis e Menandro. Caeteri (12) mortuum esse in Arcadiae Stymphalo, sive Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coss. morbo implicitum acri, dolore ac taedio amissarum (13) fabularum, quas in navi praemiserat, ac simul fabularum quas novas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quae post Equiti Romano nupsit. Item hortulos XX. jugerum, via Appia ad Martis villam. Quo magis minor, *Porcium* scribere,

nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles
facillime.

Eorum

ceret. Nam ex his Comoediis, quae hodie leguntur, quatuor sunt Menandri: Menander autem, uti ex Suida & veteribus magistris constat, CVIII. aut ad summum CIX. quamquam alii CV. tantum prodiderunt, scripserat; at ex illis jam quatuor conversae fuerant a Terentio. Haec Faber.

(12) *Mortuum — in Arcadiae.*] Alii, *In Arcadiae Stymphali sinu.* Ausonius ad Ursulum, Epist. XVIII. vers. 15. de senario numero:

Protulit in scenam quot dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui jacet qui jacet in gremio.

Lindenbrog. Ex rationibus autem Fabri mortuus est Terentius anno Urbis DXCIV. aetatis XXXV.

(13) Ante Lindenbrogium lectum fuerat, *Satyrarum*, quod ille ne titivilitii quidem putat; verissimam autem lectionem censet, *Sarcinarum*, quam omnes scripti codd. praeferant, excepto uno, in quo fuerit, *Fabularum.*

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Hunc *Afranius* quidem omnibus Comicis praefert, scribens in Compitalibus:

TERENTIO *non similem dices quempiam.*

Volcatius autem non solum Naevio, & Plauto, sed (14) Licinio quoque postponit. *Cicero* in (15) Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
(16) *In medio populi sedatis vocibus effers;*
(17) *Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

Item, C. CAESAR.

Tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander,

e *Pone-*

(14) Mſ. *Livio.* Lindenbrog.

(15) Ego, quantum conjectura possum assequi, sic existimo; Hic M. Tullii Ciceronis liber nihil aliud continebat nisi Epigrammata in viros claros, quocunque in genere praestantiae sibi nomen parassent. Itaque cum de multis aliis prius dixisset Cicero, ab his verbis incepit: *Tu quoque.* At Julius Caesar, qui Ciceroni aemulabatur, idem argumentum aggressus est. Sic itaque & ipse incepit: *Tu quoque.* Sunt qui existimant hos versus a Grammaticis confictos olim fuisse; non arbitror: sunt enim nimium Latini, & nimium ingenui. *Tanaq. Faber.*

(16) Mſ. Dan. *In medium nobis sedatis* &c. Lindenbrog.

(17) Mſ. *Quiddam come.* Al. *Quidquod.* Idem.

Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac (18) *deſpectus parte jaceres!*
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Haec *Suetonius Tranquillus.*

Nam duos Terentios Poëtas fuiſſe ſcribit *Metius*, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter (19) libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis Fabulas edidiſſe Terentium, *Valgius* in Actaeone ait:

Hae, quae vocantur Fabulae (20) *cujae ſunt,*
Non has, qui jura populis (21) *recenſens dabat,*
Honore ſummo affectus, fecit Fabulas?

Duae

(18) Mſſ. Dan. *Deſpecta.* Lindenbrog.

(19) Vides *libertum* & *libertinum* pro eodem ſumi, quamvis alter ab altero diſtet uno gradu; Horat. *Namque eſt ille, pater quod erat meus.* Sed & ſic locutus fuerat Plautus; quod, credo, Juris Interpretes annotaverunt. *Tanaqu. Faber.*

(20) Sic Lib. Dan. al. *Cujus.* Lindenbrog.

(21) Ita, ob ſenſum & metri rationem, ex quibuſdam Libris ſcriptis legendum cenſet Faber, pro, *recenſentibus. End' ibus* [i. e. *in iis*] edidit Lindenbrogius ex Mſſ. Danielis; notans tamen vulgo legi, *petentibus*, item, *recenſentibus.*

Duae ab Apollodoro tranſlatae eſſe dicuntur Comico, Phormio & Hecyra: quatuor reliquae a Menandro, ex quibus magno ſucceſſu & pretio ſtetit Eunuchus fabula: Hecyra ſaepe excluſa, vix acta eſt.

ELOGIA VETERUM
DE PUB. TERENTIO.

VARRO, *Parmenone*. NONIUS *in Poſcere*.

In argumentis Caecilius poſcit palmam; in ethesin Terentius; in ſermonibus Plautus.

CICERO *de optimo genere Oratorum cap.* 1.

In re enim, quod optimum ſit, quaeritur: in homine dicitur, quod eſt. Itaque licet dicere, & Ennium ſummum Epicum Poëtam, ſi cui ita videtur; & Pacuvium Tragicum; & Caecilium fortaſſe Comicum. Oratorem genere non divido: perfectum enim quaero. Unum eſt autem genus perfecti, a quo qui abſunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius, ſed in eodem non ſunt pares.

Et infra, cap. 6.

Iidem Andriam & Synephebos, nec minus Terentium & Caecilium, quam Menandrum legunt.

Lib. VII. *Epist.* 3. *ad Attic.*

Secutus ſum, non dico Caecilium, *Mane ut ex portu in Piraeeum;* (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cujus fabellae propter elegantiam ſermonis, putabantur a C. Laelio ſcribi:

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeum.

Et idem: *Mercator hoc addebat, captam e Sunio.*

In Laelio, ex perſona Laelii.

Neſcio quomodo verum eſt, quod in Andria familiaris meus [Terentius] dixit:

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Et mox.

In obſequio autem, quoniam Terentiano verbo lubenter utimur, comitas adſit.

HORATIUS *lib.* II. *Epiſt. ad Auguſtum.*

Ambigitur quoties, uter utro ſit prior; aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Attius alti;
Dicitur Afranî toga conveniſſe Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte:
Hos ediſcit, & hos arto ſtipata theatro
Spectat Roma potens.

OVIDIUS *Triſt.* II. 357.

Nec liber indicium eſt animi; ſed honeſta voluptas
Plurima mulcendis auribus apta ferens.

Accius

Accius esset atrox; conviva Terentius esset;
Essent pugnaces, qui fera bella canunt.

VOLCATIUS SEDIGITUS, *apud* A. GELL. *Lib.* XV. *cap.* 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus;
Palmam Poëtae Comico cui deferant.
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi:
Ut contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do Comico.
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
Dein Naevius, qui servet pretium, tertiu' est.
Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

VELLEIUS PATERCULUS, *Lib.* I. *cap.* 17.

Dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium, Terentiumque & Afranium subpari aetate nituerunt.

FAB. QUINCTILIAN. *Lib.* X. *cap.* 1.

In Comoedia maxime claudicamus; licet Varro dicat, Musas, Aelii Stilonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent: licet Caecilium veteres laudibus ferant: licet Terentii scripta ad

Scipionem Africanum referantur: quae tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.

Idem Declamat. IX. *ſive Gladiator.*

Terentium, quem inter ceteros captivos, ſecundo Punico bello, Scipio Africanus vinculis exſolverat, memoriae tradidere majores, inſigne receptae libertatis pileo teſtante in triumpho ducis eſſe conſpectum.

PLINIUS *lib.* I. *Epiſt.* 16.

Legit mihi nuper epiſtolas, quas uxoris eſſe dicebat, Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi.

A. GELLIUS *lib.* VII. *cap.* 14.

Vera autem & propria hujuſcemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro eſſe dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. XVII. *cap.* 21.

Neque magno intervallo poſtea Q. Ennius, & juxta Caecilius, & Terentius, ac ſubinde & Pacuvius, & Pacuvio jam ſene Accius, clariorque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

AUSONIUS *in Protreptico ad Nepotem.*

Tu quoque, qui Latium docto ſermone Terenti

Comis,

Comis, & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

LACTANT. *de Falſa Sap. cap.* 4.

Nemo enim poteſt de ſe recte judicare. Quod nobilis Poëta teſtatur:

Ita comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena ut melius videant, & dijudicent,
Quam ſua?

HIERONYM. *in Chronico, Olymp.* CLV. *ad an.* 3.

P. Terentius Carthaginienſis Comoediarum ſcriptor ob ingenium & formam libertate donatus, in Arcadia moritur: qui primam Andriam antequam Aedilibus venderet, Caecilio (Acilio) multum ſe miranti legit.

Idem: de optimo genere interpretandi.

Terentius Menandrum, Plautus & Caecilius veteres Comicos interpretati ſunt: numquid haerent in verbis? ac non decorem magis & elegantiam in tranſlatione conſervant, quam veritatem interpretationis?

Idem ad Suniam & Fretellam.

Hanc eſſe regulam boni Interpretis, ut idioma alterius linguae, ſuae linguae exprimat proprietate: quod quidem & Tullium

in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra Aeſchinem oratione feciſſe convincimus, & Plautum, Terentium, Caeciliumque, eruditiſſimos viros in Graecis Comoediis tranſferendis.

Idem ad Paulinum.

Habet unumquodque propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones: Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poëtae aemulenter Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

PLAUTUS OROSIUS *lib.* IV. *cap.* 19.

Scipio jam tunc cognomento Africanus, triumphans Urbem ingreſſus eſt, quem Terentius, *qui poſtea Comicus, ex nobilibus Carthaginienſium captivis pileatus, quod indultae ſibi libertatis inſigne fuit, triumphantem poſt currum ſecutus eſt.

* Livius Lib. XXX. 45. non Comicum hunc intelligit, ſed ad Q. Terentium Culeonem Senatorem Rom. refert, qui pileo capiti impoſito ſecutus eſt Scipionem triumphantem. Certe de alterutro Quinctiliani etiam locus ex Declam. IX. intelligendus eſt. *Weſterhov.* Ex rationibus Tanaquilli Fabri, prior Scipio anno Urbis DLII. triumphavit; at cum ab Aemiliano capta fuit Carthago, Poëta noſter jam fato functus fuerat; ſique adhuc in vivis erat, quod contra eſt, Romae tunc florere debuit. Hinc adeo, ut & ex auctoritate Livii modo allata, ſtatuit Faber, hanc Oroſii fabulam, quoque illam vertas, ſtare non poſſe.

SI-

SIDONIUS APOLLINAR. *Carm.* XX.

Quid vos eloquii canam Latini,
Arpinas, Patavine, Mantuane,
Et te, Comica qui doces, Terenti,
Et te, tempore qui ſatus ſevero,
Grajos, Plaute, ſales lepore tranſis?

RUFINUS *Grammaticus Antiochenſis.*

Agnovit metrum ſervatque Terentius artem;
Nam Prologos trimetro didicit componere verſu,
Scenarumque Actus primos pede claudit eodem.

SERVIUS *in illud lib.* I. *Aneid. Verſ.* 414.
Talibus incuſat.

Sciendum tamen eſt, Terentium propter ſolam proprietatem, omnibus Comicis eſſe praepoſitum; quibus eſt, quantum ad caetera ſpectat, inferior.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *lib.* II.

Ἤϑη, ut ait Varro de Latino ſermone lib. V. nulli alii ſervare convenit, quam Titinnio & Terentio. Πάϑη vero Trabea, inquit, & Attilius, & Caecilius facile moverant.

ISIDOR. ORIGIN. *lib.* I. *cap.* 39.

Fabulas Poëtae quaſdam delectandi cauſa finxerunt, quaſdam ad naturas rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati ſunt. De-

Delectandi causa fictas, ut eas quas vulgo dicunt, vel quas Plautus & Terentius composuerunt.

Ex TERENTII VITA, *quam e Codice Mſ. Oxonienſi deſcripſit* ABRAHAMUS GRONOVIUS.

Scripſit *Terentius* nitidiſſimo ſtylo ſex Fabulas, ex unaquaque unum librum determinans, quas licet multi negent [*deeſt fortaſſe:* verſibus ſcriptas eſſe], mentiuntur, teſte Priſciano, qui de Metris Terentianis loquitur, & inſuper in libro Grammaticae ſaepe dicit, cujus genere metri conſtat [*corr.* conſtet] exemplum, quod ponit, nec non etiam teſte Ruphino in eo libro, quem de Metris ſcripſit: ipſe quoque nihilominus in Prologis ſe Poëtam vocat. Omnes quidem ejus libri permaxime jambico metro conſtant, licet non uniformi. Prologi vero omnium librorum ternario jambico catalectico compoſiti ſunt, ſex pedibus pro tribus computatis. Nam diverſa ſunt genera jambici metri. Eſt enim monometrum, quod conſtat duobus jambis: eſt dimetrum, quod quatuor: eſt trimetrum, quod ſex: eſt tetrametrum, quod octo: eſt pentametrum, ſed raro invenitur: in quibus iſta lex obſervatur, ut ſemper duo jambi pro uno pede com-

computentur, ob celeritatem temporis, quam occupant, teste Horatio in libro Poeticae. — —. Illud etiam animadvertendum, has Fabulas non ab ipso recitatas esse in Senatu, sed a Calliopio clarissimo Viro, satisque erudito, [*advertenda reliqua, quamquam vix est, ut vera sint.*] cui ipse praecipue adhaerebat, cujusque ope sustentabatur, & auctoritate audiebatur.

Ex antiquo Cod. Mſ. in Bibliotheca Regis Gall.
Natus in excelsis tectis Carthaginis altae
Romanis ducibus bellica praeda fui.
Descripsi mores hominum, juvenumque, senumque,
Qualiter & servi decipiant dominos:
Quid meretrix, quid leno doli confingat avarus;
Haec quicunque legit, sic, puto, cautus erit.

DE AELIO DONATO.

HIERONYM. *in Chronico Olymp.* 284.

Victorinus Rhetor & Donatus Grammaticus praeceptor meus, Romae insignes habentur: e quibus Victorinus etiam statuam in foro Trajano meruit.

Idem

Idem Apolog. adverſus Rufinum.

Puto quod puer legeris Aſpri in Virgilium & Salluſtium Commentarios: Vulcatii in Orationes Ciceronis: Victorini in Dialogos ejus, & in Terentii Comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Virgilium, & aliorum in alios; Plautum, Lucretium, Flaccum, Perſium, atque Lucanum. Argue interpretationes eorum, quare non unam explanationem ſecuti ſunt, & in eadem re quod vel ſibi, vel aliis videatur enumerent.

HIERONYM. *in Eccleſ. cap.* I.

Comicus ait: *Nihil eſt dictum, quod non ſit dictum prius:* unde & praeceptor meus Donatus, cum ipſum verſiculum exponeret, *Pereant*, inquit, *qui ante nos noſtra dixerunt.*

DE EUGRAPHIO.

*GERBERTUS *quondam Scholaſticus ad Airardum Epiſt.* VII.

Petitionibus tuis annuimus: noſtra ut exſequaris negotia, velut propria monemus. Plinius emendetur, Eugraphius recipiatur.

* Gerbertus hic poſtea P. P. factus, Sylveſter dictus fuit, vixitque ſub Othone II. Imp. circa A. C. DCCCCXCVIII. Vid. Faſcicul. Tempor. Onuphrius Panvin. in Chron. Eccleſ. & alii. *Weſterhov.*

P. TE-

P. TERENTII
ANDRIA.

PERSONAE.

PROLOGUS.
BYRRHIA, *servus Charini.*
CHARINUS, *adolescens, amans Philumenam.*
CHREMES, *senex, pater Philumenae.*
CRITO, *hospes ex Andro.*
DAVUS, *servus Simonis.*
DROMO, *lorarius.*
GLYCERIUM, *quae & PASIBULA, amica Pamphili, filia Chremetis.*
LESBIA, *obstetrix Glycerii.*
MYSIS, *ancilla Glycerii.*
PAMPHILUS, *adolescens, filius Simonis.*
SIMO, *senex, pater Pamphili.*
SOSIA, *libertus Simonis.*

PERSONA MUTA.

ARCHILIS, *ancilla, adstetrix Glycerii.*

C. SULPITII APOLLINARIS
PERIOCHA
IN TERENTII ANDRIAM.

SOrorem falſo creditam meretriculae,
Genere Andriae, Glycerium vitiat Pamphilus;
Gravidaque facta, dat fidem, uxorem ſibi
Fore hanc; nam aliam pater ei deſponderat,
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Davi ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam
Hanc Pamphilo dat, aliam Charino conjugem.

AELII

AELII DONATI
V. C. ORATORIS URBIS ROMAE
ARGUMENTUM
IN P. TERENTII ANDRIAM.

Chremes Atticus, pater Pasibulae & Philumenae, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse falso crederet, relictam Athenis, nec visam postea multo tempore, tanquam unicam sibi putabat Philumenam: quam Charinus adolescens Atheniensis adamabat unice, & sibi petebat uxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio ultro desponderat: qui Pamphilus contra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supradictam, alteram Chremetis filiam, sub nomine Glycerii, latenter sic amavit, ut ex ea filium suscepisset inscio patre. Qua re intellecta, commotus Simo pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum Pamphili, multis modis a Davo ipse deluditur servo: periculoque Charini & Pamphiio motus error in Fabula, usque ad eum finem ductus est, dum Athenas veniens Andrius quidam Critl, rem aperiat, & nodum Fabulae solvat: per quem agnita Pasibula recipitur a parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena vero Charino despondetur, & traditur exoptanti. —— Primus Actus in Andria, narrationem Simonis apud Sosiam con-

 tinet

tinet argumenti: quod populus hac occaſione perdiſcit: mox querelam apud ſe Davi de domino, & ejuſdem cum domino verba, & rurſus ejuſdem ſervi deliberationem, quid rerum gerat. Secundi Actus haec ſunt: Charini verba primo cum Byrrhia ſervo, & poſt cum ipſo Pamphilo de nuptiis Philumenae: Davi interventus, & cum eo diſputatio de nuptiis Pamphili: Pamphili ſermo cum patre, dolo conſentientis in nuptias: Byrrhiae verba: Davi callida oratio adverſum ſenem. Tertio Actui haec attribuuntur: Myſidis cum obſtetrice colloquium, Davo ac Simone audientibus: partus Glycerii ſuſpectus ſeni: & Davi apud eum fraudulenta ſermocinatio. Simonis verba cum Chremete de nuptiis: Davi perturbatio ac Pamphili. Quartum Actum per haec intelligimus. Prima Charini verba ſunt, indignantis velut fidem ſibi non ſervatam a Pamphilo: tum Myſidis verba apud Pamphilum, ejuſdemque queſtus: Davi adminiſtratio doli adverſus Chremetem. In quinto Actu: Simonis & Chremetis prope jurgium, diſputatio; tum detectio fallaciarum Davi; tum indignatio patris adverſus filium; tum Critonis interventus: & per eum cognitis rebus in tranquillum res acta, ducentibus uxores, quas concupiverant, Pamphilo & Charino.

PUB-

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS
ANDRIA.

PROLOGUS.

POETA, quum primum [1] animum ad scribendum appulit,
Id sibi [2] negoti credidit solum dari,
Populo [3] ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum [4] aliter evenire multo intelligit:
Nam in Prologis scribundis [5] operam abutitur; 5
Non [6] qui argumentum narret, sed qui malevoli
[7] Veteris poëtae maledictis respondeat.

Nunc,

1. Comoedias scribere constituit.

2. Pro *negotii* propter metrum.

3. Ut quas fecisset fabulas eae populo placerent. Figura Syllepsis.

4. Multo aliter evenire.

5. Archaice cum Accusandi casu; utitur ea alium in finem quam fas fuit & constituerat; quem finem mox subjungit.

6. *Qui* hic est pronomen, & habet vim Conjunctionis *ut*.

7. Lucii Lavinii, v. ut Daceria mavult Luscii Lanuvini: *Veteris* dixit per contemtum.

Nunc, quam rem vitio dent, quaeso animum advortite.
[8] Menander fecit [9] *Andriam & Perinthiam:*
Qui [10] utramvis recte noverit, ambas noverit. 10
Non [11] ita dissimili sunt argumento, sed tamen
Dissimili [12] oratione sunt factae ac stilo.
Quae convenere in Andriam, ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.
Id isti vituperant factum atque [13] in eo disputant, 15
[14] Contaminari non decere fabulas.
Faciunt, nae, intelligendo, ut nihil intelligant;
Qui cum hunc accusant [15] Naevium, Plautum, Ennium
Accusant, quos [16] hic noster auctores habet:
Quorum aemulari exoptat [17] negligentiam 20

Potius

8. Atheniensis poëta Comicorum princeps.

9. Andros insula in Aegaeo mari, Andria mulieris nomen inde ortae, & nomen Comoediae cui haec mulier occasionem dedit; Perinthus urbs Thraciae; hinc Perinthia nomen mulieris patronymicum, & Comoediae.

10. Alterutram.

11. *Ita* pro valde. Donatus.

12. Orationem in sententiis dicunt esse, stilum in verbis, argumentum in rebus. *D.*

13. Super eo struunt argumentum suum; v. sic ordina; disputant *in eo* id est *per id* contaminari, &c.

14. Corrumpi vitiari.

15. Naevius poëta Rom. Comicus Plauti Syncronus; vide hunc in *Milite* A. II. Sc. II. 56. 57. & confer ibi notam Douzae. Plautus satis notus; Ennius vetustissimus poëta Rom. praeter Tragoedias & Comoedias historias quoque carmine scripsit; hujus vero operum nisi fragmenta non extant.

16. Terentius hos ita sibi praeeuntes habet, ut eorum vestigiis tuto possit insistere. Vesterhovius.

17. Liberum & solutum scribendi genus.

Potius quam [18] istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant, porro moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Favete, adeste aequo animo, & rem cognoscite,
Ut pernoscatis, [19] & quid spei sit relliquum, 25
Posthac [20] quas faciet * de integro Comoedias,
Spectandae, an [21] exigendae sint vobis [22] prius.

18. Lucii & sui similium; quae careat auctoritate veterum *V.*

19. Etiam, simul quid in posterum sperandum sit.

* Quod barbare dicunt, *de novo. V.*

20. Fig. Syllepsis ut supra.

21. Rejiciendae.

22. Potius.

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

SIMO. SOSIA.

Si. Vos isthaec intro auferte: abite. Sosia,
Adesdum: paucis te volo. *So.* dictum puta:
Nempe ut [1] curentur recte haec. *Si.* [2] immo aliud. *So.* Quid est,
Quod tibi mea [3] ars efficere [4] hoc possit amplius?
Si. Nihil [5] isthac opus est arte ad hanc rem quam paro; 5
Sed

1. Diligenter coquantur *D.*

2. *Vocula corrigendi*; potius.

3. Virtus *D.* Peritia & industria.

4. Praeter hoc.

5. Isthac arte i. coquinaria *V.*

Sed [6] iis quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. *So.* exspecto quid velis.
Si. Ego postquam te emi, a parvulo ut semper tibi
Apud me justa & [7] clemens fuerit servitus
Scis. Feci, e servo ut esses libertus mihi, 10
Propterea quod serviebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi.
So. In memoria habeo. *Si.* [8] haud muto factum.
So. gaudeo:
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo,
Et id gratum fuisse [9] advorsum te, [10] habeo gratiam. 15
Sed hoc mihi molestum est: nam isthaec commemoratio,
[11] Quasi exprobratio est immemoris beneficii.
Quin tu [12] uno verbo dic, quid est, quod me velis.
Si. Ita faciam. Hoc primum in hac re [13] praedico tibi;
Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae. 20
So. Cur simulas igitur? *Si.* rem omnem a principio audies;

Eo

6. Artibus subauditur *D.* nota locutionem; *ars v. virtus sita est in aliquo* pro ea praeditus est.

7. *Clemens* non modo de homine sed & de conditione hominis dicitur *V. clemens servitus;* in qua etiam de justo multum remittitur. *D.*

8. Non poenitet me facti. poterat vero si libertus ingratus fuisset, eum in servitutem retrahere. vide Val. Max. II. 6. 6. & Tacit. Annal. XIII. 26. *V.*

9. Tibi. *V.*

10. *Gratiam habemus* animo & voluntate.

11. Quasi exprobrat mihi quod immemor sim beneficii. *V.*

12. Breviter, sine ambagibus.

13. Praedicantur non modo futura, sed & quae in dicendo praemittuntur.

Eo pacto [13] & gnati vitam, & [14] consilium meum
Cognosces; & quid facere in hac re te velim.
[15] Nam is postquam excessit ex [16] ephebis, Sosia,
Liberius vivendi [17] fuit potestas: nam antea 25
Qui [18] scire posses, aut ingenium noscere,
Dum aetas, metus, magister prohibebant?
So. ita est.
Si. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant; aut equos
[19] Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos: [20] 30
[21] Horum ille nihil [22] egregie praeter caetera
Studebat; & tamen omnia haec [23] mediocriter.
Gaudebam. *So.* non injuria: nam id arbitror
Adprime in [24] vita esse utile, ut NE QUID NIMIS.[25] [35
Si. Sic vita erat: Facile omneis [26] perferre ac pati;
Cum quibus erat [27] cunque una, iis se [28] dedere;
Eorum

14. Propositum.

15. Vocula elegantem usum habet in transitione. *is* Pamphilus.

16. Ephebus, quasi ἐφ' ἥβης pubertati proximus.

17 Subauditur *ei.*

18. *Scimus* quod certum est; *noscimus* quod adhuc incertum desiderâmus (considеramus *corrigit* V.) D. *scire posses*, eleganter, pro *sciri posset* v. *scire posset quis.*

19. Pro alant v. alendum.

20. Subaudi; item, v. audiendum.

21. Subaud. quae nunc enumeravi.

22. *Egregium* dicitur quod ex grege eligitur; hic valde nimis D.

23. Temperate, cum modo & modestia.

24. Moribus; v. aetate id est in commercio humano inter homines.

25. Deest *agas.* D.

26. Enallage Infinitivi pro Imperf. Indicativi.

27. Tmesis, pro quibuscunque; quam & apud optimos prosaicos invenetis.

28. Totum se ad illorum nutum & arbitrium convertere.

Eorum [29] obſequi ſtudiis; Advorſus nemini:
Nunquam praeponens ſe illis. ita facillume
Sine invidia laudem [30] invenias, & amicos pares.
So. Sapienter vitam [31] inſtituit: namque hoc tempore 40
Obsequium amicos, veritas odium parit,
Si. Interea mulier quaedam, abhinc triennium
Ex Andro commigravit [32] huc viciniae,
Inopia & [33] cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma atque [34] aetate integra. 45
So. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
Primum haec pudice vitam, [35] parce, ac duriter
Agebat, [36] lana ac tela [37] victum [38] quaeritans.
Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens,
[39] Unus, & item alter; ita ut ingenium eſt omnium 50
Hominum ab labore proclive ad [40] lubidinem;
Accepit conditionem, dein [41] quaeſtum occipit.

Qui

29. Commodis inſervire.
30. Enallage perſonae vide v. 27.
31. Format attemperat.
32. In hanc viciniam.
33. Erat vero in legibus Atticis ut cognati curarent viduas & orbas V.
34. *Integra* eſt *aetas* quae in flore conſiſtit cui neque addendum iam ſit neque quicquam adhuc imminutum D. quid ſi notet pariter aetatem eandem & annos ſimplices V.
35. Frugaliter & laborioſe.
36. Lanificio.
37. Non modo cibum, ſed & caetera ad vitam neceſſaria.
38. Quotidie quaerendo vix inveniens D.
39. Plures D.
40. Otium & vitae jucunditatem.
41. Probavit quod offerebatur *Eugr.* *Conditionem* de Vitae genere (meretricio ſc.) intelligit V.
41. *Quaeſtus* artificium v. inſtitutum vitae, rei faciendae cauſa, (hic ut ſaepe meretricium quae ideo *mulieres quaeſtuoſae* & *quaeſtuariae* appellatae ſunt V.)

Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc, secum ut una [42] esset, meum.
Egomet continuo mecum [43]; certe [44] captus est! 55
[45] Habet! Observatam mane illorum servulos
Venientes aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidem [46] habuit? nam Andriae
Illi id erat nomen. *So.* teneo. *Si.* Phaedrum, aut Cliniam,
Dicebant, aut Niceratum; nam hi tres tum simul 60
Amabant. Eho, quid Pamphilus? [47] quid? [48] Symbolam
Dedit, coenavit. [49] gaudebam. Item alio die
Quaerebam: comperiebam, nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere: enim vero [50] spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum [51] continentiae: 65
Nam qui cum [52] ingeniis [53] conflictatur ejusmodi,

Ne-

42. Cibum caperet D. quidni? secum versaretur?

43. *Deest* volvebam D.

44. Irretitus tenetur ex translatione venatus D.

45. *Hoc habet* & *habet* vox propria in gladiatores vulneratos aut irretitos, vel insultantis adversarii v. vulgi acclamantis. D.

46. Consuevit cum illa.

47. Servus quasi absurda sit quaestio, eam repetit; quasi dicat; quid ille faceret?

48. Ita dicebatur pecunia, aut quicquid arrhae loco dabatur ab iis qui una erant coenaturi.

49. Gaudebat quod nihil ultra hoc, v. pejus fecisse filium audiebat.

50. Probatum D. Pamphilum.

51. Continentia est virtus qua quis affectus suos cohibere potest & solet V.

52. Intelligit meretrices ad illiciendum in fraudes, ingeniosas.

53. *Conflictari* quis dicitur v. cum adversariis hominibus v. cum fortuna seu re adversa. V.

Neque commovetur animus [54] in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suae vitae [55] modum.
[56] Cum id mihi placebat, * tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, [57] & laudare fortunas meas, 70
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
Ultro ad me venit, unicam gnatam suam
Cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit; [58] despondi: hic nuptiis dictus est dies 75
So. Quid obstat, cur non verae fiant? *Si.* audies.
Fere [60] in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrysis vicina haec moritur. *So.* [61] O factum bene!
[62] Beasti; metui a Chryside. *Si.* Ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat [63] frequens; 80
[64] Curabat una funus; tristis interim,
Nonnunquam conlacrumabat. Placuit tum id mihi:
Sic cogitabam; Hic, parvae [65] consuetudinis
Causa, hujus mortem tam fert [66] familiariter:
Quid, si ipse amasset? Quid hic mihi faciet, patri? 85

Haec

54. Conditione, statu.
55. Moderationem, regimen. D.
56 Praeter quam quod D.
* Etiam.
57. Mihi sc. felicissimum me praedicare.
58. Ex veteri more spondebat etiam petitoris pater D.
59. Consummentur.
60. Intra paucos dies.
61. Formula gaudentis & gratulantis. V.
62. Formula laetum nuntium accipientis.
63. Crebrò & assidue.
64. Corpus ad sepulturam praeparabat.
65. Intelligit id quod posterior aetas *conversationem* dixit. V.
66. Uti si ejusdem fuisset familiae (V.) vel intima familiaritas (amicitia) inter eos intercessisset.

Haec ego putabam eſſe omnia [67] humani ingeni,
Manſuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque ejus cauſa [68] in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans [69] etiam mali. *So.* [70] hem, quid
eſt? *Si.* ſcies.
Effertur: imus. Interea inter mulieres, 90
Quae ibi aderant, forte [71] unam adſpicio adoleſcentulam,
[72] Forma! *So.* bona fortaſſe. *Si.* & voltu, Soſia,
Adeo [73] modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra.
Quia tum mihi lamentari [74] praeter caeteras
Viſa eſt; & quia erat forma * praeter caeteras 95
[75] Honeſta & liberali; accedo ad pediſequas; [76]
Quae ſit, rogo. Sororem eſſe aiunt Chryſidis.
Percuſſit [77] ilico animum. [78] At at! hoc illud eſt!
Hinc illae lacrimae [79]! haec illa 'ſt miſericordia!
So. Quam timeo, quorſum [80] evadas! *Si.* Funus
interim 100
Procedit: ſequimur: ad [81] ſepulcrum venimus:

In

67. Benignae indolis.

68. In pompam exequiarum D.

69. Adhuc D.

70. Perculſi ac metuentis D.

71. Quandam.

72. Eleganter; Simo quaſi admirabandus vocem ſuſpendit (**Forma* eſt immobilis & naturalis, *Vultus* movetur & fingitur D.)

73. *Modeſtus* adprobitatem vultus & morum pertinet; *venuſtus* ad naturam corporis D.

74. Plusquam caeterae D.

75. Decora & quae deceret virgines liberas ac honeſte educatas V.

76. ſc. Chryſidis V.

77. Subaud. ſuſpicio D.

78. Interj. ſignificat aliquid ex improviſo deprehenſum v. intellectum.

79. Subaud. Phamphili.

80. Pervenias oratione tua.

81. Manifeſte notat ipſum locum ubi comburebatur cadaver; ſequitur enim continuo, IN IGNEM &c. V.

In ignem imposita 'st: fletur. Interea haec soror,
Quam dixi, ad flammam [82] accessit imprudentius,
Satis cum periclo: Ibi tum [83] exanimatus Pamphilus
[84] Bene dissimulatum amorem & celatum indicat. 105
Adcurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea [85] Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut consuetum [86] facile amorem cerneres,
Rejecit se in eum, flens, [87] quam familiariter.
So. [88] Quid ais! *Si.* Redeo inde iratus, atque aegre ferens 110
Nec satis [89] ad objurgandum causae. diceret [90]
Quid feci? quid commerui, aut peccavi, pater?
Quae sese in ignem injicere voluit, [91] prohibui;
Servavi. honesta oratio est. *So.* Recte putas:
Nam si illum objurges, vitae qui auxilium tulit; 115
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Si. Venit Chremes postridie ad me, [92] clamitans,
Indignum facinus! comperisse [93], Pamphilum
[94] Pro uxore habere [95] hanc peregrinam. ego illud sedulo

Negare.

82. Ostendit affectum doloris.

83. Consternatus, perturbatus.

84. Multum; v. *bene indicat*, per ironiam propter instantes nuptias.

85. Nomen puellae Andriae.

86. Facile cerneres; Enallage.

87. Admodum familiariter rejecit se &c. vel *quam* hic vocula est admirantis & exclamantis.

88. Formula mirantis D.

89. Sub. erat ad eum objurg.

90. Nimirum filius.

91. *Deest* eam.

92. Indignantis est. D.

93. Se *add.*

94. Ut uxorem.

95. *Hanc* cum contemtu. D.

Negare factum: [96] ille instat factum. [97] denique 120
Ita tum discedo ab illo, ut [98] qui se filiam
Neget [99] daturum. *So.* Non tu ibi gnatum [100]?
Si. ne haec quidem
Satis [101] vehemens causa ad objurgandum.
So.. Qui, cedo?
Si. [102] Tute ipse [103] his rebus finem [104] praescripsti, pater.
Prope adest [105], quum [106] alieno more vivendum 'st mihi: 125
Sine nunc meo me vivere interea [107] modo.
So. Quis igitur relictus est objurgandi locus?
Si. Si propter amorem uxorem nolit ducere;
Ea primum [108] ab illo animadvertenda injuria 'st
Et nunc [109] id operam do, ut per falsas nuptias 130
Vera objurgandi causa sit, si deneget.
Simul sceleratus Davus si quid [110] consili
Habet, ut [111] consumat nunc, cum nihil obsint doli:
Quem ego credo [112] manibus pedibusque obnixe omnia

Factu-

96. Chremes contendit, urget. V.

97. Valet, ut paucis dicam. V.

98. Pro *is.* v. *qui* abundat.

99. Subaud. Pamphilo in matrimonium.

100. *Deest* invasisti, objurgasti.

101. Gravis, valida.

102. Subaud. ita forsan dicturus erat Pamphilus.

103. Nimirum rebus amatoriis v. soluto vivendi genere adolescentis.

104. Praescripsisti sc. per matrimonium destinatum.

105. *Subaud.* tempus.

106. Uxoris arbitrio sc.

107. Arbitrio V.

108. *Pro* illius, ab illo profecta, castiganda est.

109. Propter id *D*.

110. Fallaciae.

111. Frustra exerceat.

112. Omnibus viribus, & summo conatu.

Facturum, magis [113] id adeo, mihi ut [114] incommodet, 135
Quam ut [115] obsequatur gnato. *So.* Quapropter?
Si. Rogas? [116]
Mala mens, malus animus: Quem quidem ego si sensero [117]!
Sed [118] quid opus est verbis? Sin eveniat, quod volo,
[119] In Pamphilo ut nihil sit morae, [120] restat Chremes,
Qui mihi exorandus est; & spero [121] confore. 140
Nunc tuum est officium, has [122] bene ut adsimules nuptias:
Perterrefacias Davum: observes filium,
Quid agat, quid cum [123] illo consilii captet. *So.* Sat est.
Curabo. eamus iam nunc intro. *Si.* I prae, sequar.

113. Propter id D. ideo, eum in finem.

114. Incommodum afferat D.

115. Commodum afferat, gratam rem faciat.

116. *Subaud.* quasi nescias ut ei sit mala mens &c.

117. Figura Reticentiae; *subaud.* aliquid in hoc negotio moliri, gravissima poena afficiam.

118. Quasi dicat; tu facile poteris conjicere, quid Davo facturus sim.

119. Ut in Pamphilo.

120. Tamen resistit, cunctatur.

121. Hoc perfectum iri.

122. Probe, callide.

123. Davo.

AC-

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

SIMO. DAVUS.

Si. Non dubium eſt quin uxorem [1] nolit filius:
Ita Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit. Sed ipſe exit foras.
Da. Mirabar hoc ſi [2] ſic abiret: & heri [3] ſemper lenitas
Verebar [4] quorſum evaderet. 5
Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrum [5] verbum fecit, neque id aegre tulit.
Si. At nunc [6] faciet, neque, ut opinor, ſine tuo magno malo.
Da. Id voluit, nos ſic nec opinantes [7] duci falſo gaudio,
Sperantes jam, amoto metu; interea [8] oſcitantes opprimi; 10
Ne eſſet ſpatium [9] cogitandi ad diſturbandas nuptias. Aſtute!

1. *Deeſt* ducere.
2. Leviter, commode, placide finiret haec res, ſc. amor Pamphili.
3. Ita ordinandum; *ſemper verebar quorſum b. l. evaderet.* V.
4. Ad quam partem erumperet D. quomodo ſe. mutaret.
5. Stomachatus eſt. V.
6. Iraſcetur. D.
7. Notat in longam ſpem trahi, atque ita eludi. V.
8. Nihil providentes D. ſecuros, nihil advertentes V.
9. Comminiſcendi fallacias.

Astute! *Si.* Carnufex, quae loquitur. *Da.* herus est, neque [10] provideram.

Si. Dave. *Da.* hem, quid est? *Si.* ehodum ad me. *Da.* quid hic volt? *Si.* quid ais? *Da.* qua de re? *Si.* [11] rogas?

Meum gnatum rumor est amare. *Da.* [12] Id populus curat scilicet!

Si. [13] Hoccine agis, an non? *Da.* [14] ego vero istuc. *Si.* Sed [15] nunc ea me exquirere, 15

Iniqui patris est. Nam quod antehac fecit nihil ad me attinet.

Dum [16] tempus ad eam rem tulit, sivi, [17] animum ut expleret suum:

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.

Dehinc postulo, [18] sive aequum 'st, te [19] oro, Dave, ut redeat jam in viam.

Da. [20] Hoc quid sit? *Si.* Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. 20

Da. [21] Ita ajunt. *Si.* Tum si quis [22] magistrum cepit ad eam rem improbum,

Ipsum

10. Antea videram.

11. Mirum quod rogas qua de re.

12. Quasi vero amor filii populo curae sit.

13. Audis tu quae dico, & ea consideras an non? V.

14. Audio sane.

15. Si nunc (instantibus nuptiis) severius inquirere velim in liberos actus adolescentis, id iniqui patris est; forte per ironiam.

16. Tempus amorum & liberioris vitae permisit. V.

17. Animi sui lubidini satisfaceret.

18. Vel si. V.

19. Servius ad Virg Aen. VI. 116. *Major ad impetrandum vis est, cum rogare, qui possit jubere. V.*

20. Quid dicam hoc esse. V.

21. Formula non ex animo consentientium, & cum contemtu. V

22 Consultorem, consilii auctorem. V.

Ipsum animum aegrotum [23] ad deteriorem partem
plerumque applicat [24]
Da. Non hercle intelligo. *Si.* Non? hem.
Da. Non: Davus sum non [25] Oedipus.
Si. Nempe ergo aperte vis, quae restant, me loqui?
Da. Sane quidem
Si. Si sensero hodie quidquam [26] in his te nuptiis 25
Fallaciae conari, [27] quo fiant minus:
Aut velle in ea re ostendi, quam sis callidus:
Verberibus caesum te [28] Dave, in * pistrinum dedam, usque ad necem;
Ea lege atque [29] omine, ut, si te inde exemerim,
ego pro te molam.
Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc
quidem? 30
Da. immo [30] callide:
Ita aperte ipsam rem modo locutus, [31] nihil circuitione usus es.

Si.

23. Cupiditate & pravis affectibus.

24. sc. is magister.

25. Oedipus Sphingis aenigma dissolvit; innuit Davus lenis sermonem sibi esse obscurum, se vero stultum servum esse, non conjectorem.

26. Circa has v. propter has.

27. Ne fiant.

28. To *usque ad necem* credo huc referendum, ideo comma ante id posui

* Ante molas inventas torrebatur frumentum, tum in pilum, seu vas saxeum injectum, *pinsebatur* hoc e. contundebatur, inde *pinsores* postea *pistores* (qui hoc factitabant) dicti sunt, locus vero ipse *pistrinum*, ex Servio. V.

29 Conditione D. forsan effato vel voto.

30. Scienter, probe intellexi.

31. Hellenismus pro non D.

Si. [32] Ubivis facilius [33] passus sim, quam in hac re, me deludier.

Da. [34] Bona verba quaeso. *Si.* Irrides? nihil me fallis. Sed dico tibi,

Ne [35] temere facias: neque tu [36] hoc dicas, tibi non praedictum. Cave.

32. In omni alia re.

33. Patior.

34. Quasi dicat; meliora loquere, rogo te, per Ironiam D.

35. Calide, audacter V.

36. Quidam cum Donato; HAUD DICAS, graecissante locutione; asserentes, interdum apud Latinos, duas negationes non affirmare, sed fortius negare.

ACTUS PRIMI

SCENA TERTIA.

DAVUS.

Enimvero, Dave, nihil loci 'st segnitiae [1] neque socordiae, [2]

[3] Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis.

Quae si non astu [4] providentur, me aut herum pessumdabunt.

Nec quid agam certum 'st: Pamphilumne adjutem: an auscultem seni:

Si [5] illum relinquo, ejus vitae timeo: sin opitulor [6], hujus minas; 5

Cui

1. Ad agendum. D.

2. Ad considerandum. D.

3. In quantum. D. *pro* eo ac.

4. Caveantur.

5. Pamphilum.

6. *Subaud.* Pamphilo.

Cui verba dare difficile eſt, [7] primum iam de amore hoc comperit,
Me infenſus ſervat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam,
Si ſenſerit, perii. aut ſi lubitum fuerit, [8] cauſam ceperit:
[9] Quo jure quaque injuria [10] praecipitem me in piſtrinum dabit.
Ad haec mala hoc mihi accedit etiam: haec Andria 10
Sive [11] iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.
Audireque eorum [12] eſt operae pretium audaciam:
Nam [13] incoeptio eſt [14] amentium, haud amantium.
Quicquid peperiſſet, decreverunt * tollere.
Et [15] fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam; 15
Civem Atticam eſſe [16] hanc. [17] Fuit olim quidam ſenex,
Mercator: navem is fregit apud Andrum inſulam:
Is obiit mortem: ibi tum hanc ejectam [18] Chryſidis
Patrem recepiſſe, orbam, parvam; Fabulae!

Mihi

7. ſc. haec prima eſt difficultas, quod *iam* &c. altera indicatur v. 10.

8. Praetextum. V.

9. ſc. non cogitabit, jurene an injuria id faciat. V.

10. Cum impetu, indicta cauſa. V.

11. Hoc ait cum taedio quodam & indignatione. D.

12. Auditu digna, uti mirificum quid, eſt eorum audacia.

13. Quod facere conſtituerunt.

14. Paronomaſia.

* Educare.

15. Pamphilus & Glycerium.

16. Glycerium.

17. Hac narratione fallacia eorum continetur.

18. E navi fracta.

Mihi quidem hercle non fit verisimile; [19] atqui ipsis
commentum placet. 20
Sed Mysis [20] ab ea egreditur. Ego hinc me [21] ad
forum, ut
Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater [22] imprudentem opprimat.

19. Attamen.
20. Domo Glycerii.
21. *Deest* conferam.
22. Eum ignarum & imparatum offendat.

ACTUS PRIMI

SCENA QUARTA.

MYSIS.

Audivi, Archilis, iam dudum; Lesbiam adduci jubes.
Sane pol illa temulenta 'st mulier & [1] temeraria:
Nec satis digna cui committas [2] primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate [3] aniculae;
Quia compotrix ejus est [4]. Dì, date [5] facultatem, obsecro, 5
[6] Huic pariundi, atque [7] illi [8] in aliis potius [9] peccandi locum

Sed

1. Nimis inconsiderata.
2. Primi enim partus difficillimi & periculosissimi.
3. Vetulae Archilidis.
4. Ideo sc. Archilis vult Lesbiam accersi.
5. Facilitatem pariundi, facilem partum.
6. Glycerio.
7. Obstetrici Lesbiae.
8. Mulieribus sc.; vel aliis rebus.
9. Male agendi occasionem.

Sed quidnam Pamphilum [10] exanimatum video? vereor quid fiet.
Opperiar, ut sciam nunc, quidnam haec [11] turba [12] tristitiae adferat [13].

10. Perturbatum.
11. Commotio animi Pamphili.
12. Mali.
13. Nobis sc.

ACTUS PRIMI
SCENA QUINTA.
PAMPHILUS. MYSIS.

Hoccine 'st humanum factum aut inceptum! hoccine 'st officium patris!
My. Quid illud est? *Pa.* [1] proh Deum atque hominum fidem! Quid est, si non haec contumelia 'st?
Uxorem [2] decrerat dare sese mihi hodie. Nonne oportuit
Praescisse me ante? nonne prius communicatum [3] oportuit?
My. Miseram me! quod verbum audio? 5
Pa. [4] Quid Chremes? qui denegarat se commissurum mihi

Gna-

1. Exclamatio adhibetur in summa admiratione, sed & in re valde indigna & tristi. V.
2. *Decernere* est de magnis certam proferre sententiam. D.
3. sc. mecum.
4. Quid dicam de Chremete.

Gnatam suam uxorem; id mutavit quia me [5] immutatum videt?
Itane [6] obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat?
Quod si fit, pereo funditus.
Adeon' [7] hominem esse [8] invenustum, aut infelicem quenquam, ut ego sum! 10
Proh Deum atque hominum fidem!
Nullon' ego Chremetis pacto adfinitatem effugere potero?
Quot modis contemptus, [9] spretus? Facta transacta omnia [10]. hem!
Repudiatus repetor. quam ob rem? nisi si id est quod suspicor.
[11] Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest, 15
Itur ad me. *My.* Oratio haec me miseram exanimavit metu.
Pa. Nam quid ego nunc dicam de patre? ah?
Tantamne rem tam negligenter agere [12]? Praeteriens modo

Mihi

5. Immutabilem, constantem, in amore sc. Glycerii.

6. Pertinaciter id facere conatur.

7. *Subaud.* credibile est.

8. *Invenusti* dicebantur quibus Venus in amoribus non faveret. V.

9. Rejectus ego iam eram.

10. Id vult, contractum de nuptiis suis cum Philumena penitus fuisse rescissum. V.

11. Vult Pamphilus clam (se) haberi turpissimam Philumenam, nec facile virum inventuram. V. potest & simpliciter hoc velle; Pater & Chremes aliquas mihi, i. e. amori meo, atroces insidias struunt.

12. *Subaud.* decet. Utuntur Infinitivo in admirationibus & Indignationibus. V.

Mihi [13] apud forum, uxor tibi ducenda 'ſt, Pamphile, hodie, inquit, para [14];
Abi domum. Id mihi viſus eſt dicere, Abi cito, & ſuſpende te. 20
Obſtupui. [15] cenſen' ullum me verbum potuiſſe proloqui,
Aut ullam [16] cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui
Quod ſi ego reſciſſem id prius; quid facerem, ſi quis nunc me roget?
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem [17]. Sed nunc quid primum exequar?
Tot me impediunt curae, quae meum animum [18] divorſe trahunt: 25
Amor, miſericordia hujus; [19] nuptiarum ſollicitudo:
Tum [20] patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo usque adhuc,
Quae meo cunque animo lubitum 'ſt facere: [21] ein' ego ut advorſer? hei mihi!
Incertum 'ſt quid agam. *My.* Miſera timeo, incertum hoc [22] quorſum accidat.
Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa [23] advorſum hunc loqui. 30

Dum

13. *Pro* in foro. V.

14. ſc. te ad hoc.

15. Pro *cenſesne* v. *cenſetisne* ad ſpectatores. v. ſimpliciter, an credibile eſt?

16. Excuſationem allegare.

17. Uxorem non ducerem.

18. In diverſas ſententias.

19. Angor animi, propter tam ſubito inſtantes nuptias.

20. Reverentia erga patrem.

21. An aequum eſt vel committam ego ut ei repugnem?

22. Quam in partem ſe vertat haec incertitudo.

23. Coram hoc. V. apud hunc D.

Dum in dubio eſt animus, paulo [24] momento huc
illuc impellitur
Pa. Quis hic loquitur? Myſis, ſalve. *My*. O ſalve, Pamphile. *Pa*. Quid agit?
My Rogas?
Laborat e dolore [25]; atque [26] ex hoc miſera ſollicita 'ſt die:
Quia olim in hunc ſunt conſtitutae nuptiae. [27] tum
autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. *Pa*. Hem, egone iſtuc conari
queam? 35
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam?
Quae mihi ſuum animum, atque omnem vitam [28]
credidit;
Quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim;
Bene & pudice ejus [29] doctum atque eductum ſinam
Coactum egeſtate ingenium [30] immutarier? 40
Non faciam. *My*. Haud vereor, ſi in te ſolo ſit
ſitum:
Sed vim [31] ut queas ferre. *Pa*. Adeon' me [32] ignavum putas?

Ade-

24. Exiguo pondere, v. motu, in hanc vel illam ſententiam inducitur: tranſlatum a trutina.

25. Partus nempe, & ſollicitudinis ob nuptias Pamphili.

26. Rarior locutio. *pro* hujus diei cauſa; vulgati habent *diem* ante poſito Comm. & deleto colo. V.

27. Deinde, praeterea.

28. In meam fidem commiſit.

29. Inſtitutum & educatum.

30. Pro immutari; (Paragoge) ad turpem quaeſtum verti.

31. Patris ſc.

32. Timidum, animi infirmum.

Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut [33] ferum,
Ut neque me [34] consuetudo, neque amor, neque [35] pudor
Commoveat, neque [36] commoneat, ut servem fidem? 45
My. Unum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui
Pa. Memor essem? O Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta [37] sunt in animo Chrysidis
De Glycerio: jam ferme moriens me vocat:
Accessi; vos * semotae: nos soli: incipit [38] 50
Mi Pamphile, [39] hujus formam atque aetatem vides.
Nec clam te est, quam illi utraeque res nunc [40] utiles,
Et ad pudicitiam [41], & ad rem [42] tutandam fient.
[43] Quod ego te per hanc dextram [44] oro, & [45] ingenium tuum,
Per tuam fidem, perque hujus [46] solitudinem 55
Te

33. Saevum. immansuetum.
34. De illicitis & furtivis amoribus proprie dicitur. V.
35. Respicit ad *ingratum* quod ante dixit.
36. Paronomasia.
37 Chrysidis, huc referendum est.
* Discedere jussae eratis.
38. sc. Chrysis fari
39. Glycerii pulchritudinem & parvam aetatem.
40. Alii habent *inutiles*, sed eodem hoc redit, & quaedam inest ironia, etsi fatear hanc morienti non convenire.
41. Propter formam. D.
42. sc. familiarem; propter aetatem. D.
43. Propter quod. D. quam rem.
44. Fidei & foederis membrum. D.
45. Indolem bene moratam. Donatus testatur legi & *Genium*
46. Orbitatem.

Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras;
[47] Si te in germani fratris dilexi loco,
Sive haec te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi [48] morigera fuit in rebus omnibus
Te iſti virum [49] do, amicum, tutorem, patrem. 60
Bona noſtra haec tibi [50] permitto, & tuae mando fidei.
Hanc mihi in manum dat. mors continuo ipſam [51] occupat:
Accepi. acceptam ſervabo. *My.* Ita ſpero quidem.
Pa. Sed cur tu abis ab illa? *My.* Obſtetricem arceſſo. *Pa.* Propera.
Atque audin'? verbum unum cave [53] de nuptiis; 65
Ne ad morbum hoc etiam [54]. *My.* Teneo [55].

47. Utimur hac particula in obteſtationibus, cauſam dicturi quare quid petamus. V.

48. Κακέμφατον eſt; *morem gerere* dicitur mulier quando copiam ſui praebet. V.

49. Haec junctis (eorum) dextris dicit (Chryſis) D.

50. In poteſtatem do.

51. Arripit. (*Sub.* plura dicere conantem praevenit, opprimit. V.

53. *Dicas*; Ellipſis.

54. *Accedat*, Ellipſis.

55. Intelligo quid velis.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

CHARINUS. BYRRHIA. PAMPHILUS.

Ch. Quid ais, Byrrhia! daturne [1] illa Pamphilo hodie nuptum? *By.* Sic eſt.

Ch.

1. Philumena.

Ch. Qui [2] ſcis? *By.* Apud forum modo e Davo audivi. *Ch.* Vae miſero mihi!
Ut animus in ſpe atque in timore usque antehac [3] attentus fuit;
Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, [4] cura confectus, * ſtupet.
By. [5] Quaeſo, aedepol Charine; quoniam non poteſt id fieri, quod vis, 5
Id velis quod poſſit. *Ch.* Nihil volo aliud, niſi Philumenam.
By. Ah! quanto ſatius eſt, te id dare operam, [6] qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo,
Quam id loqui, quo magis [7] lubido fruſtra incendatur tua?
Ch. Facile omnes, quum valemus, [8] recta consilia aegrotis damus.
Tu ſi * hic ſis, aliter ſentias. *By.* Age, age ut lubet. *Ch.* Sed Pamphilum 10
Video. Omnia experiri certum 'ſt prius quam pereo. *By.* Quid [9] hic agit?
Ch. Ipſum [10] hunc orabo: huic ſupplicabo: amorem huic narrabo meum.
Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem [11] nuptiis prodat dies.

In-

2. Unde.

3. Diſtentus a ſpe & metu.

4. Sic percuſſus ſollicitudine ut ſanari non poſſit.

* Senſu omni caret.

5. Oro te per aedem Pollucis: Formula jurantis.

6. *Pro* ut, D.

7 LUBIDO eſt vocabulum medium, neque h. l. in vitio ponitur. V.

8. Salubria. V.

* HIC eſt pronomen; ſemet indigitat Charinus. V.

9. Charinus.

10. Pamphilum.

11. Ad nuptias celebrandas differat.

Interea [12] fiet aliquid, ſpero. *By.* Id aliquid [13] nihil eſt. *Ch.* Byrrhia,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? *By.* Quidni? Si nihil impetres, 15
Ut te arbitretur ſibi paratum [14] moechum, ſi illam duxerit.
Pa. [15] Abin' hinc in malam rem cum ſuſpicione iſthac, [16] ſcelus.
Pa. Charinum video, ſalve. *Ch.* O ſalve, Pamphile
Ad te advenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.
Pa. Neque pol [17] conſilii locum habeo, neque auxilii copiam. [18] 20
Sed iſtuc quidnam 'ſt? *Ch.* Hodie uxorem ducis? *Pa.* Aiunt. *Ch.* Pamphile,
Si id facis, hodie poſtremum me vides. *Pa.* Quid ita? *Ch.* Hei mihi!
Vereor dicere. huic dic quaeſo, Byrrhia. *By.* Ego dicam. *Pa.* Quid eſt?
By. Sponſam hic tuam amat. *Pa.* [19] Nae iſte haud mecum ſentit: ehodum dic mihi
Num quidnam amplius [20] tibi cum illa fuit, [21] Charine? *Ch.* Ah, Pamphile, 25
Nihil. *Pa.* Quam vellem *! *Ch.* Nunc te per amicitiam, & per amorem obſecro,

Prin-

12. Formula temere ſperantium.
13. Oxymoron.
14. Adulterum, corrivalem.
15. Imprecatio irati.
16. Scelefte.
17. Conſilii facultatem.
18. Uti miſer & inops ipſe.
19. Sane diſſentit a me, nam ego eam non amo.
20. Praeter amorem.
21. *Sub.* rei ſive conſuetudinis.
* ſc. ut fuiſſet, ita eſſet cauſa recuſandi illam.

Principio, ut ne ducas. *Pa.* Dabo equidem operam. *Ch.* Sed si id non potes:[22]
Aut tibi nuptiae hae sunt cordi. *Pa.* [23] Cordi? *Ch.* Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. *Pa.* Audi nunc iam:
Ego, Charine, neutiquam officium [24] liberi esse hominis puto, 30
Cum is nihil promereat, postulare id [25] gratiae apponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.
Ch. Reddidisti animum. *Pa.* Nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, invenite, efficite qui detur tibi.
Ego id agam [26] mihi qui ne detur. *Ch.* Sat habeo. *Pa.* Davum [27] optume 35
Video. hujus consilio fretus sum. *Ch.* At [28] tu hercle haud quidquam mihi,
Nisi ea quae nihil opus sunt scire. Fugin' hinc. *By.* Ego [29] vero ac lubens.

22. *Sub.* quin facias; cogente sc. patre.

23. Repetitio hujus vocis indignationis signum est. V.

24. Honesti, & qui sit bonae existimationis.

25. Ut id pro beneficio habeatur.

26. In ea re laborabo ut ne &c.

27. Peropportune.

28. Videtur Byrrhia aliquas nugas nunc insusurrare hero, qui eas audire recusat. V.

29. Sane & quidem lubens. (Voculae VERO elegans usus est in affirmando. V.)

AC-

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

DAVUS. CHARINUS. PAMPHILUS.

Da. Di boni, boni quid porto [1]! Sed ubi inveniam Pamphilum?
Ut metum, in quo nunc est, adimam: atque expleam animum * gaudio.
Ch. Laetus est, nescio [2] quid. *Pa.* Nihil est: nondum haec rescivit [3] mala.
Da. [4] Quem ego nunc credo, si jam audierit sibi paratas nuptias.
Ch. Audin' tu illum. *Da.* Toto me oppido exanimatum quaerere. 5
Sed ubi quaeram? aut quo nunc primum intendam [5]? *Ch.* Cessas alloqui?
Da. Abeo. *Ch.* Dave: ades. [6] resiste. *Da.* Quiis homo 'st qui me [7]? O Pamphile,
Te ipsum quaero. euge, Charine. ambo opportune [8]. vos volo.
Ch. Dave, perii. *Da.* Quin tu hoc audi [9]. *Ch.* interii. *Da.* quid timeas scio.
Pa. Mea quidem [10] hercle certe in dubio vita 'st. *Da.* & quid [11] tu, scio. 10

Pa.

1 Quam bonam rem v. nuncium fero, Pamphilo sc. (etiam animo portamus tam bona quam mala. D.)
* Pamphili.
2. Cur laetus sit.
3. Paratas nuptias.
4. Pamphilum. servus secum loquitur.
5. *Sub.* cursum v. iter. V.
6. Subsiste, mane.
7. Appellat *subaud.*
8. sc. *adestis.*
9. Quod dicturus sum.
10. Per Herculem; jurandi formula Veterum.
11. *Sub.* timeas.

Pa. Nuptiae mihi [12]. *Da.* Et id ſcio. *Pa.* Hodie.
Da. Obtundis *, tametſi intelligo.
Id paves, ne ducas tu illam. tu autem, ut ducas.
Ch. Rem tenes.
Pa. Iſtuc ipſum. *Da.* Atque iſtuc ipſum nihil periculi eſt: [13] me vide.
Pa. Obſecro te, quam primum hoc me libera miſerum metu. *Da.* Hem,
Libero. uxorem tibi non dat jam Chremes. *Pa.* Quî ſcis. *Da.* Scio. 15
Tuus pater modo me [14] prehendit. ait tibi uxorem dare ſeſe
Hodie: item alia multa, quae nunc non eſt narrandi [15] locus.
Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi haec.
Ubi te non invenio, ibi adſcendo in quendam excelſum locum.
Circumſpicio. nusquam [16]. Forte ibi hujus [17] video Byrrhiam. 20
Rogo. negat [18] vidiſſe. mihi moleſtum [19].. quid agam, cogito
Redeunti interea ex ipſa re mihi * incidit ſuſpicio. hem,

Pau-

12. ſc. indictae a patre.
* ſc. aures mihi. V.
13. Formula fidejubendi, & ejus qui liberat alterum metu & ſollicitudine V.
14. Comprehendit quaſi vitantem & fugientem.
15. Tempus. D.
16. *Sub.* video te.
17. Charini ſervum.
18. Se vidiſſe te. (Mira brevitas & imitanda. D.)
19. Hoc reſponſum ſc. v. quod te non invenirem.
* In mentem venit.

Paululum obsoni [20]. Ipsus [21] tristis. de improviso
nuptiae.
Non [22] cohaerent. *Pa.* Quorsum nam istuc? *Da.*
Ego me continuo ad Chremem.
Quum illoc advenio: solitudo [23] ante ostium. jam
id gaudeo. 25
Ch. Recte dicis. *Pa.* Perge. *Da.* Maneo. interea
introire neminem
Video, exire neminem: [24] matronam nullam. in
aedibus
Nihil ornati, [25] nihil tumulti. accessi: intro ad-
spexi. *Pa.* Scio.
Magnum signum [26]. *Da.* Num videntur convenire
haec nuptiis?
Pa. Non opinor, Dave. *Da.* [27] Opinor narras?
non recte accipis. 30
Certa res est. [28] etiam puerum inde abiens conveni
Chremis,
Olera & pisciculos minutos [29] ferre obolo in coe-
nam seni.

Ch.

20. i. e. eduliorum quae cum pane comeduntur. V. *sub.* apud Simonem praeparatum est.

21. i. e. Simo. scilicet servi heros, discipuli magistros vocabant *ipsos*. V.

22. Conveniunt inter se; sc. quod nuptiae sint futurae, & duo illa priora.

23. Nemo erat pro foribus Chremetis.

24. Intelligit pronubas, cognatas, vicinas. V.

25. Archaismus, pro *ornatus*, *tumultus*. nullum strepitum currentium & recurrentium

26. Argumentum hoc est, Philumenam mihi non datum iri.

27. Quae opinamur incerta sunt. D. ideo servus hoc repetit ut absurdum quid.

28. Pro *praeterea*. D.

29. Pro *ferentem* vel *qui ferret*, OBOLO, vilissimo pretio *sub.* emtos.

Ch. Liberatus sum hodie, Dave, tua opera. *Da.* Ac [30] nullus quidem.
Ch. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. *Da.* Ridiculum [31] caput!
Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam ducere. 35
Nisi [32] vides, nisi senis amicos oras, [33] ambis. *Ch.* Bene mones.
Ibo, etsi hercle saepe iam me spes haec frustrata est. Vale.

30. Pro *non*. D.
31. Pro toto homine Synecdoche D.
32. Provides. V.
33 h. e. blandis verbis appellas, prensas: a Candidatorum consuetudine translata locutio. V.

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS. DAVUS.

Pa. Quid igitur sibi volt pater? cur simulat? *Da.* Ego dicam tibi
Si [1] id succenseat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes,
Ipsus [2] sibi esse injurius videatur: neque id [3] injuria,
[4] Prius quam tuum, [5] ut sese habeat animum ad nuptias perspexerit.

Sed

1. Ideo iratus sit.
2. Sibi videatur esse in te injurius: ipse hoc de se judicaret.
3. Immerito.
4. Si sc. prius tibi irascatur quam &c.
5. Quomodo voluntas tua disposita sit ad nuptias.

Sed si tu negaris ducere, [6] ibi culpam in te transferet. 5
Tum illae [7] turbae fient. *Pa.* quidvis * patiar. *Da.* Pater est Pamphile.
Difficile est [8]. Tum haec [9] sola est mulier. dictum ac factum [10]. invenerit [11]
Aliquam caussam quam ob rem ejiciat [12] oppido. *Pa.* [13] ejiciat? *Da.* Cito.
Pa. Cedo igitur, quid faciam, Dave? *Da.* Dic te ducturum. *Pa.* Hem. *Da.* Quid est?
Pa. Egone dicam? *Da.* Cur non? *Pa.* Nunquam faciam. *Da.* Ne nega. 10
Pa. Svadere noli. *Da.* Ex ea re quid fiat, vide.
Pa. Ut [14] ab illa excludar, [15] huc concludar. *Da.* Non ita est.
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie uxorem. tu, ducam inquies.
Cedo, quid jurgabit tecum? [16] hic reddes omnia, 15
Quae nunc certa ei consilia, incerta ut fient,
Sine omni periclo. nam hocce haud dubium est quin Chremes
Tibi non det gnatam. nec tu ea caussa [17] minueris
Haec, quae facis; ne [18] is mutet suam sententiam.
Patri

6. Tum.
7. Rixae inter patrem & te.
* *Subaud.* malum, potius quam ducam Philumenam.
8. *Sub.* illi resistere.
9. Nullos habet amicos v. tutores, defensores.
10. Proverbium celeritatis, id est, cito. D.
11. sc. Simo.
12. Philumenam.
13. Miratur (hoc) & stupet (Pamphilus). D.
14. Priver Glycerio.
15. Ad Philumenae nuptias cogar.
16. Hoc modo facies.
17. Neque propterea desistes ab incepto amandi Philumenam. V.
18. Chremes. D.

Patri dic velle: ut cum velit tibi jure irafci, non queat. 20
[19] Nam quod tu fperas, propulfabo facile. uxorem his moribus [20]
Dabit nemo. inveniet [21] inopem potius quam te corrumpi [22] finat.
Sed fi te aequo animo ferre [23] accipiet, negligentem feceris. [24]
Aliam [25] otiofus quaeret. interea aliquid acciderit boni.
Pa. Itan' credis? *Da.* Haud dubium id quidem eft. *Pa.* Vide * quo me inducas. *Da.* Quin taces? 25
Pa. Dicam [26]. puerum autem ne refcifcat mihi effe ex illa, [27] cautio eft:
Nam pollicitus fum [28] fufcepturum. *Da.* O facinus audax! *Pa.* [29] Hanc fidem
Sibi, me obfecravit, [30] qui fe fciret non defert urum, ut darem.
Da. Curabitur. fed pater adeft: cave te effe triftem fentiat.

19. Quod tu tibi perfuades (*daturum effe filiam Chremetem*) facile refutabo.

20. fc. praedito. D.

21. fc. pater pauperculam uxorem tibi.

22. *Sub.* amore meretricio.

23. Intelliget.

24. Patrem fc. in perficiendis nuptiis.

25. Securus. D. per otium, lente.

* Impellas confilio tuo. V.

26. fc. eam me velle ducere.

27. Cavendum eft (locutio Graeciffans ubi Verbalia pro Gerundiis ufurpantur V.)

28. Me educaturum effe puerum.

29. Ut firmiter promitterem hoc. Ordo eft: Glycerium *obfecravit me, ut darem fibi hanc fidem.*

30. Qua fide fc. fciret me non deferturum fe.

AC-

ACTUS SECUNDI
SCENA QUARTA.

SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

Si. [1] Reviso quid agant aut quid captent consilii.
Da. Hic nunc non dubitat, quin te ductarum neges.
Venit [2] meditatus alicunde, [3] ex solo loco.
Orationem sperat invenisse se,
Qui [4] differat te. proin tu fac, [5] apud te ut sies. 5
Pa. [6] Modo ut possim, Dave. *Da.* Crede, inquam, hoc mihi, Pamphile,
Nunquam hodie [7] tecum commutaturum patrem
Unum esse verbum, si te dices ducere.

1. Redeo ut videam. D.
2. Postquam cogitando se exercuit.
3. Solitario. V.
4. Consilia disturbet tua (ita te perturbet ut vix consilium mente consistere queat. V.)
5. Praeparatus sis. D. tibi constes, animo ne vacilles.
6. *Sub.* metuo, ut possim esse apud me.
7. Ne minimum quidem (ne uno quidem verbo) esse jurgaturum.

ACTUS SECUNDI
SCENA QUINTA.

BYRRHIA. SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

By. [1] Herus me, [2] relictis rebus, jussit Pamphilum

Hodie

1. Servus secum loquitur.
2. Omnibus aliis negotiis praetermissis.

Hodie obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem. id propterea nunc hunc [3] venientem ſequor.
[4] Ipſum adeo praeſto video cum Davo. [5] hoc agam.
Si. Utrumque adeſſe video. *Da.* Hem, ſerva [6].
Si. Pamphile. 5
Da. Quaſi de improviſo. reſpice ad eum. *Pa.* Ehem pater.
Da. Probe. *Si.* Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
By. Nunc noſtrae timeo parti, quid hic reſpondeat.
Pa. Neque [7] iſtic, neque alibi tibi uſquam erit in me mora. *By.* Hem.
Da. Obmutuit. [8] *By.* Quid dixit! *Si.* Facis ut te decet, 10
Quum iſtuc, quod poſtulo, impetro [9] cum gratia.
Da. Sum [10] verus? *By.* Herus quantum audio, [11] uxore excidit.
Si. I nunc jam intro ne in mora, cum opus ſit, ſies.
Pa. Eo. *By.* Nullane in re eſſe homini cuiquam fidem [12]!
Verum illud [13] verbum eſt vulgo quod dici ſolet, 15
OMNES SIBI MALLE MELIUS ESSE QUAM ALTERI.
Ego illam vidi virginem, forma! bona

Me-

3. Simonem, qui nunc propius venit, allocuturus Pamphilum. V.

4. Pamphilum certe.

5. Sedulo attendam.

6. ſc. v constantiam v. praecepta a me tibi data; vel vultum meum, & geſtus & muſſitantia verba obſerva. V.

7. In ea re, ſc. nuptiis, neque ulla alia tibi repugnabo.

8. *Sub.* pater.

9. Absque contentione. (quum ſponte facis ac lubens. V.)

10. Verax; hoc ſervus tacite gloriatur.

11. Matrimonio Philumenae.

12. *Sub.* credibile eſt. (talis Infinitivi uſus eſt in re ſeu mira, ſeu iniqua. V)

13. Proverbium, ſententia. D.

Memini [14] videre. quo aequior [15] sum Pamphilo;
Si se illam [16] in somnis, quam illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc [17] malo mihi det malum [18]. 20

14. Providisse. D. elegantior est Latinitas quoties τὸ MEMINI jungitur Infinitivo praesenti. V.
15. Ideo minus irascor, mitior judex sum Pamphilo.
16. Per noctem. D.
17. sc. nuntio.
18. Malo me ɔ: verberibus afficiat.

ACTUS SECUNDI

SCENA SEXTA.

DAVUS. SIMO.

Da. [1] Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia.
Si. Quid Davus narrat. *Da.* [2] Aeque quidquam nunc quidem.
Si. Nihil ne? hem. *Da.* Nihil prorsus. *Si.* Atqui exspectabam quidem.
Da. [3] Praeter spem evenit sentio: hoc male habet virum. 5
Si. [4] Potin' es mihi verum dicere? *Da.* Nihil facilius.
Si. Num illi molestae quidpiam hae sunt nuptiae,
Propter hujusce [5] hospitae consuetudinem?
Da.

1. Simo. hoc servus ad Spectatores. V.
2. Aeque nunc quidquam atque antea ɔ: nihil.
3. Praeter expectationem. V. contra spem. D.
4. Potesne.
5. Peregrinae ɔ: Glycerii.

Da. Nihil hercle. aut, si [6] adeo, bidui est aut tridui
Haec solicitudo. nosti [7] ? deinde desinet. 10
Etenim ipsus secum * eam rem recta reputavit [8] via.
Si. Laudo. *Da.* Dum licitum est ei, dumque aetas tulit,
Amavit: [9] tum id clam: cavit, ne unquam infamiae
Ea res sibi esset, ut virum [10] fortem decet.
Nunc uxore opus est: animum ad uxorem [11] appulit. 15
Si. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.
Da. Nihil propter hanc rem: sed est, [12] quod succenset tibi.
Si. Quidnam est? *Da.* Puerile est. *Si.* Quid est? *Da.* Nihil. *Si.* Quin dic quid est?
Da. Ait, nimium parce facere sumtum [13]. *Si.* Mene? *Da.* Te.
Vix, inquit, [14] drachmis est obsonatus decem: 20
Num filio videtur uxorem dare?
Quem, inquit, ad coenam vocabo meorum aequalium

Po-

6. sc. quidem aliquantulum sint molestae.

7. *Alii* cum Donato habent nostin' i. e. nostine *sub. ingenium amantium*, aut tale quid.

* sc. consuetudinem hospitae.

8. Ratione, consilio. D.

9. Et hoc quidem clam.

10. Bonum & honestum. V.

11. Applicuit, adjunxit.

12. Desideratur *negotium* & particula *ob* v. *propter*. V.

13. sc. in nuptias.

14. Drachma conveniebat fere cum Romanorum denario. V.

Potissimum nunc? &, quod dicendum * hic siet,
Tu quoque perparce nimium [15], non laudo. *Si.* Tace.
Da. Commovi. * *Si.* Ego istaec, recte ut fiant,
[16] videro 25
Quidnam hoc rei est? quid hic volt [17] veterator sibi?
Nam si hic mali est quidquam, hem [18] illic est
huic rei [19] caput.

* Quod mihi liceat inter nos dicere (HIC notare videtur *in hac re* ut mox v. 27. uti sensus sit; *Si dicendum est quod* ad hanc rem *attinet.* V.)

15. *Sub.* sumtum facis.

* sc. *senem*; hoc ad Spectatores.

16. Curavero, providero. V.

17. Est Vetus in astutia, & qui in omni re callidus est. D.

18. Per Apocopen ab ILLICCE factum. V.

19. Auctor, causa, Davus est. V.

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

MYSIS. SIMO. DAVUS. LESBIA. GLYCERIUM.

My. Ita [1] pol quidem res est, ut dixti, Lesbia:
Fidelem haud [2] ferme mulieri invenias
virum.
Si. [3] Ab Andria 'st ancilla haec? quid narras? *Da.*
Ita est.

My.

1. Per Pollucem; formula jurantis.

2. *Ferme* pro facile positus. D.

3. Andriae est, illi favet. D. e domo Andriae est. V.

My. Sed hic Pamphilus. *Si*. Quid dicit? *My*. [4] Firmavit fidem. *Si*. Hem.

Da. Utinam aut [5] hic surdus, aut haec muta facta sit. 5

My. Nam quod peperisset jussit tolli. *Si*. O Jupiter! Quid ego audio? [6] actum 'st, siquidem haec vera praedicat.

Le. Bonum [7] ingenium narras adolescentis. *My*. Optumum.

Sed sequere me intro ne in mora [8] illi sis. *Le*. Sequor.

Da. Quod remedium nunc huic malo inveniam? *Si*. Quid hoc? 10

Adeon' est demens [9] ex peregrina [10]? jam scio, ah!

Vix tandem sensi stolidus. *Da*. Quid hic sensisse ait?

Si. Haec primum adfertur mihi ab hoc fallacia;

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

Gly. [11] Juno Lucina fer opem! [12] serva me, obsecro! 15

Si.

4. Sancte promisit se illam nunquam deserturum (amplius quid est *firmare fidem*, quam *dare:* hoc enim verbis tantum, illud etiam re fit. V.)

5. Simo, ne scilicet audiat verba ancillae de Pamphilo; haec secum servus.

6 Formula desperationis, a judiciis orta, ubi lata semel sententia retractari non potest: innuit nullam amplius spem de filio esse.

7. Bonam naturam. D.

8. Glycerio parturienti.

9. *Sub*. filius.

10. *Sub. natum*, *uti suscipiat*. D.

11. Juno Lucina, Junonis filia, Graece εἰλείθυια. Latine Juno a juvando dicta. D. *Juno Lucina* Diana est, *Lucina* dicta, quod ejus opera partus in lucem prodeant.

12 Gemina vota sunt, ut & partus, & pariens servetur. D.

Si. Hui. tam cito? ridiculum. Postquam ante ostium
Me audivit stare, adproperat [13]. non sat commode
[14] Divisa sunt temporibus tibi, Dave, haec. *Da.* Mihin'?
Si. Num [15] immemores discipuli? *Ea.* Ego quid narres nescio.
Si. Hiccine me si imparatum in veris nuptiis 20
Adortus esset, quos mihi [16] ludos redderet!
Nunc hujus periclo fit. Ego [17] in portu navigo.

13. sc. Glycerium festinat puerperium simulare.

14. Digesta, composita, distributa, per tempora. D. Sc. tu in his fallaciis instituendis non curasti opportunitates temporum; v. ut unumquodque suo tempore ageretur.

15. Quasi dicat; Si tu omnia commode divisisti, *an ergo discipuli* tui (Pamphilus, Glycerium &c.) *immemores sunt praeceptorum tuorum.* V.

16. quanto ut omnibus essem Spectaculo & ludibrio, fecisset. V.

17. In tuto & tranquillo sum.

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

LESBIA. SIMO. DAVUS.

Le. Adhuc, Archilis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa esse ad salutem, omnia esse huic video.
Nunc primum fac, isthaec [1] ut lavet: post deinde
Quod

1. *Isthaec* quae ex puerperio sordebant v. ipsa puerpera. D. vel Mysis, v. quaevis alia ancillarum puerum recens natum lavet. V.

Quod juffi ei [2] dare bibere, & quantum imperavi,
Date. mox ego huc revertor. 5
[3] Per ecaftor fcitus puer eft natus Pamphilo.
Deos quaefo ut fit [4] fuperftes, quandoquidem ipfe eft ingenio bono.
Cumque huic veritus eft optumae [5] adolefcenti [6] facere injuriam.
Si. [7] Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te, effe ortum; *Da.* Quidnam id eft?
Si. Non imperabat [8] coram, quid opus facto effet, puerperae: 10
Sed poftquam egreffa eft, illis quae funt intus, clamat de via.
O Dave, itan' contemnor abs te? aut itane tandem [9] idoneus
Tibi videor effe, quem tam aperte fallere [10] incipias dolis?
Saltem [11] accurate, ut metui videar. [12] certe fi refciverim!

Da.

2. Alii DARI. Fortaffe emendatius DATE; cujus repetitio Emphatica eft V.

3. Per Caftorem & Pollucem: ornativa funt juranda, apta foeminis. Diaerefis hic eft & ordo talis, *perfcitus ecaftor.* SCITUS elegans, pulcher. D.

4. Salvus. D. puer Pamphilo fuperftes, V.

5. Puellae v. juvenculae Glycerio.

6. Stuprum ipfum *injuriam* vocant fed hic INJURIAM FACERE eft, violatam defèrere.

7. Etiam hoc, *fubaud.* exceptis ceteris. D.

8. Intus in praefentia puerperae.

9. Dignus. V. aptus & ei rei natus. D. quod praeferendum.

10. Coneris vel moliaris. (*incipiendi* verbum eleganter abundat. V.)

11. Operam date fc. tu & Pamphilus ut metui &c. V.

12. Per Apofiopefin addit CERTE SI RESCIVERIM *fub.* mihi verba per vos dari. V.

Da. Certe hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego.
Si. Edixin' tibi? 15
Interminatus sum, ne faceres? num veritus? quid [13] rettulit?
Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc e Pamphilo?
Da. Teneo, quid erret: & quid agam habeo. *Si.* Quid taces?
Da. Quid credas? quasi non tibi [14] renuntiata sint haec, sic fore.
Si. Mihine quisquam? *Da.* Eho! an tute intellexti hoc assimulari? *Si.* Irrideor? 20
Da. Renuntiatum est. nam qui isthaec tibi incidit suspicio?
Si. Qui? quia te noram. *Da.* Quasi tu dicas factum id consilio meo.
Si. Certe enim scio. *Da.* Non satis me pernosti etiam, qualis sim, Simo.
Si. Egone te? *Da.* Sed si quid narrare occepi, continuò dari
Tibi verba censes. *Si.* [15] falso. *Da.* Itaque hercle nihil iam [16] mutire audeo. 25
Si. Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. *Da.* Intellexti.
Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium:
Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens.

Ne

13. Juvit, profuit. V.
14. Nuntiata. Compositum pro simplici. D.
15. Falso censeo. Ironice.
16. μῦ est sonus canum antequam latrent. hinc *mutire* est vel minimam vocem mittere. V.

Ne tu hoc [17] mihi posterius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.
Prorsus a me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo. 30
Si. Unde id scis? *Da.* Audivi, & credo. multa concurrunt simul,
[18] Qui conjecturam hanc nunc facio. jam primum haec se e Pamphilo
Gravidam dixit esse: inventum est falsum. nunc postquam videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla ilico
Obstetricem arcessitum ad eam, & puerum ut adferret simul. 35
Hoc nisi fit, puerum ut tu videas, nihil [19] moventur nuptiae.
Si. Quid ais! cum intellexeras
Id consilii capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
Da. Quis igitur eum ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quam [20] misere hanc amarit. nunc sibi [21] uxorem expetit. 40

Postre-

17. MIHI non ad Davum referendum est; sed elegantiae inservit. Sic. Phorm. V. 8. 21.

Qui mihi, *ubi ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.* V.

18. Quapropter v. ex quibus.

19. Differuntur v perturbantur. D. Nisi tu videas puerum allatum, nuptiae illae, quas paras filio, nihil turbabantur. V.

20. Valde, nimis. D.

21. Ambigue & facete; Servus vult a Simone intelligi de quavis alia virgine, ipse accipit de Glycerio. V.

Postremo id mihi da negoti. tu tamen [22] idem has nuptias
Perge facere ita, ut facis, & id spero adjuturos Deos.
Si. Imo abi intro: ibi mi opperire, & quod parato opus est, para.
Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem.
Atque [23] haud scio, an, quae dixit, sint vera omnia.
Sed parvi pendo. illud mihi multo maximum 'st, 45
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. nunc Chremem
Conveniam. orabo gnato uxorem [24]: Si impetro
Quid [25] alias malim, quam hodie has fieri nuptias?
Nam [26] gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi,
Si nolit, quin eum merito possim cogere
Atque adeo [27] in ipso tempore [28] eccum ipsum obviam.

22. sc. eodem studio ac diligentia.

23. h. e. forte omnia sunt vera. To AN enim post HAUD SCIO, & similia, ponitur eo sensu, quo vulgo usurpatur AN NON. V.

24. *Subaud. ut det.* D.

25. Alio tempore. D. ALIAS est proprie accusat. plur. subaudita voce *horas.* V.

26. Ordo est: *Si nolit gnatus* (praestare) *quod pollicitus est*, haud dubium &c.

27. In ipsa oportunitate, ipso articulo. D. oportune, tempestive.

28. Ecce eum sc. Chremetem obv. venientem.

AC-

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

SIMO. CHREMES.

Si. Jubeo Chremetem [1]. *Ch.* O! te ipſum quaerebam. *Si.* Et ego te. *Ch.* Optato advenis.
Aliquot me adiere ex te auditum qui ajebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: [2] id viſo, tun', an illi inſaniant.
Auſculta paucis: & quid ego te velim, & tu quod quaeris, ſcies.
Ch. Auſculto: loquere quid velis. 5
Si. [3] Per ego te Deos oro, & noſtram amicitiam, Chreme,
Quae incepta a parvis, cum aetate adcrevit ſimul:
Perque unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cujus [4] tibi poteſtas ſumma ſervandi datur:
Ut me adjuves in hac re: atque ita, ut nuptiae 10
Fuerant futurae, fiant. *Ch.* Ah, ne me obſecra:
Quaſi hoc te orando a me impetrare [5] oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atque [6] olim quum [7] dabam?

Si

1. Sub. *ſalvere.* V.

2. Ob id viſo ſc. *te, ut comperiam*, tune &c.

3. Ordo eſt. Ego te per Deos oro. hanc obſecrandi formulam eodem ordine atque utitur noſter, etiam apud proſaicos uſurpari, ex Livio & Curtio probat Veſterhovius.

4. i. e. quem tu ſolus (ne illicito amore corrumpatur v. perdatur) per nuptias filiae ſervare potes.

5. Juſtum ſit, vel deceat.

6 Nota OLIM pro nuper. D.

7. Deſpondebam filiam tuo filio.

D

Si in rem est utrique, ut fiant, arcessi [8] jube.
Sed si ex ea re plus mali 'st, quam commodi 15
Utrique, id oro te, [9] in commune ut consulas:
Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.
Si. Imo ita volo, itaque postulo, ut fiat, Chreme:
Neque postulem abs te nisi ipsa [10], res moneat.
Ch. Quid est?
Si. Irae sunt inter Glycerium & gnatum. *Ch.* [11] Audio. 20
Si. Ita magnae, ut sperem [12] posse avelli. *Ch.* Fabulae [13].
Si. Profecto sic est. *Ch.* Sic hercle ut dicam tibi:
AMANTIUM IRAE, AMORIS [14] INTEGRATIO 'ST.
Si. Hem, id te oro, ut [15] ante eamus, dum tempus datur,
Dumque [16] ejus libido occlusa 'st contumeliis: 25
Antequam harum [17] scelera, & lacrumae confictae dolis,
Reducant animum [18] aegrotum ad misericordiam.

Uxorem-

8. sc. sponsam domum tuam duci.

9. Provideas quod utrique sit utile.

10. Rei circumstantiae, occasio.

11. Formula cum risu respondentium ad ea quae dicuntur. V.

12. Pamphilum abstrahi a Glycerio.

13. i. e. nugae, sub. *a te narrantur*.

14. Instauratio. D. Notanda constructio, IRAE INTEGRATIO 'ST pro, sunt V

15. Praeveniamus sc. amoris integrationem.

16. Pamphili amor cohibitus est, per convitia ultro citroque data. v. forsan; dum ejus animus non patet inhonestis amoribus Locus est obscurus, sed a D. & V. in medio relictus.

17. Sceleratae artes & fallaciae.

18. Infirmum, nondum bene ex amore sanatum.

Uxorem demus. spero consuetudine
Ac conjugio liberali [19] devinctum, Chreme,
Dein facile ex illis [20] sese emersurum malis. 30
Ch. Tibi ita hoc videtur: at ego non posse arbitror,
Neque illum hanc perpetuo habere [21], neque me perpeti [22].
Si. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris?
Ch. [23] At istuc periculum in filia fieri grave est.
Si. Nempe incommoditas [24] denique huc omnis redit: 35
Si eveniat, quod Dî prohibeant, [25] discessio.
At si corrigitur [26], quot commoditates, vide.
Principio, amico filium restitueris:
Tibi generum firmum, & filiae invenies virum.
Ch. [27] Quid istuc? si ita [28] istuc animum induxti esse utile, 40
Nolo tibi ullum commodum in me [29] claudier.
Si. Merito te semper maxumi feci, Chreme.
Ch. Sed quid ais? *Si.* Quid? *Ch.* Qui scis eos nunc discordare inter se?

Si.

19. Domitum, coercitum, in ordinem redactum. nisi DEVINCTUM notet junctum simpliciter.

20. Dicitur & *emergere se*, & simpliciter emergere. V. translatum a natatoribus.

21. sc. filiam meam in matrimonio.

22. Sub. vagos Pamphili amores. V.

23. Memorabile dictum, & id quod merito in proverbium cesserit. D.

24. Summatim.

25. Ita Simo molli verbo vocat divortium.

26. sc. Pamphilus.

27. Formula concedentis post aliquam reluctationem. V. quasi dicat; *quid refert tibi adversari?*

28. Id tibi persuasisti &c.

29. h. e. per me occlusum esse, quo minus eo pati possis. V.

Si. Ipſus mihi Davus, qui [30] intimus eſt eorum
conſiliis, dixit.
Et is mihi ſuadet, nuptias quantum queam, ut
maturem. 45
Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem haec
velle?
Tute adeo jam ejus verba audies, heus, evocate
huc Davom.
Atque [31] eccum: video ipſum foras exire.

30. Qui optime novit omnia eorum ſecreta (promiſcue dicitur, *intimus alicujus*, *alicui*, &c, *apud aliquem*. V.)

31. Quaſi *ecce eum*. Veteres dixerunt *eccum*, *eccujus*, *ellum*, quod apertius ſignificat *ecce illum*. D.

ACTUS TERTII
SCENA QUARTA.

DAVUS. SIMO. CHREMES.

Da. Ad te ibam. *Si.* Quidnam eſt?
Da. Cur non arceſſitur? jam [1] adveſperaſcit. *Si.* Audin' tu illum?
Ego dudum nonnihil veritus ſum, Dave, [2] abs
te, ne faceres idem,
Quod [3] vulgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes,
Propterea quod amat filius. *Da.* Egon' iſtuc facerem? *Si.* Credidi. 5

Idque

1. Noctu uxor ducebatur domum.

2. Dicitur & *vereri aliquem* & *vereri ab aliquo*, uti ſupra I. 1. 64. *metui* à Chryſide.

3. Major pars: vel ſervi peioris notae.

Usque adeo metuens vos celavi, quod nunc dicam.
Da. Quid? *Si*. Scies.
Nam propemodum habeo tibi jam fidem. *Da*.
Tandem cognosti qui siem.
Si. Non fuerant nuptiae futurae. *Da*. Quid? non?
Si. Sed [4] ea gratia
Simulavi, vos ut pertentarem. *Da*. Quid ais! *Si*.
Sic res est. *Da*. [5] Vide!
Nunquam istuc quivi ego intelligere: [6] vah! consi-
lium callidum. 10
Si. Hoc audi. ut hinc te intro ire jussi, opportune
[7] hic fit mihi obviam.
Da. [8] Hem! numnam periimus? *Si*. Narro huic,
quae tu dudum narrasti mihi.
Da. Quidnam audio! *Si*. Gnatam ut det oro, vix-
que id exoro. *Da*. Occidi.
Si. Hem! quid dixti. *Da*. [9] Optume inquam fa-
ctum! *Si*. Nunc per hunc nulla 'st
mora.
Ch. Domum modo ibo, ut apparentur: dicam. at-
que huc [10] renuntio. 15
Si. Nunc te oro Dave, quoniam solus mihi effecisti
has nuptias.

Da.

4. Pro causa. D.

5. Vocula admirantis.

6. Interjectio ex affectu admirantis vel indignantis. *Eugraphius*.

7. Chremes.

8. Haec Davus ad Spectatores conversus, V.

9. Senex videtur audisse servum dicere OCCIDI i. e. perii; nunc servus callidus, ne senex credat recte se audisse, hoc se dixisse afferit, nam utraque formula ab littera O incipit.

10. Utitur *praesenti* pro *futuro*, & ad certitudinem, & ad celeritatem indicandam.

Da. [11] Ego vero ſolus. *Si.* Corrigere mihi gnatum
porro enitere.
Da. Faciam hercle ſedulo. *Si.* Potes nunc, dum
animus [12] irritatus eſt.
Da. Quieſcas. *Si.* Age igitur: ubi nunc eſt ipſus?
Da. [13] Mirum ni domi 'ſt.
Si. Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi,
dicam itidem illi. *Da.* Nullus ſum, 20
Quid [15] cauſae 'ſt, quin hinc in piſtrinum recta
[16] proficiſcar via?
Nihil eſt preci loci relictum. Jam pertubavi omnia.
Herum feſelli; in nuptias conjeci herilem filium;
Feci hodie ut fierent, inſperante [17] hoc, atque invi-
to Pamphilo.
Hem aſtutias! quod ſi quieſſem, nihil eveniſſet
mali. 25
Sed eccum ipſum video. Occidi.
Utinam mihi eſſet [18] aliquid hic, quo nunc me
praecipitem darem.

11. Triſtis haec reſpondet ſervus, damnans conſilium ſuum, ita tamen ut Simoni gloriari videatur V.

12. (ſc. Pamphili) ira provocatus. Ducitur autem verbum a canibus, qui reſtrictis dentibus hanc literam R imitantur D

13. Particulae Comicis familiares, unde natum *nimirum*. valet autem, *ſine dubio*. V.

14. EADEM valet eadem opera, eadem ratione, & eſt ellipſis comica. V.

15. Quae mihi excuſatio eſt, quin eam &c.

16. Dicitur etiam de breviori itinere, ex aedibus ad aedes ejusdem urbis. V.

17. ſc. Simone in quem domum abeuntem digitum intendit. V.

18. i. e. locus ſatis editus, ex quo me praecipitem &c. niſi forte *quo* pro *ut* poſitum. V.

AC-

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

PAMPHILUS. DAVUS.

Pa. Ubi [1] illic est scelus, qui me perdidit? *Da.* Perii. *Pa.* Atque hoc confiteor,
Jure mihi contigisse, quando quidem tam [2] iners, tam [3] nulli consilii.
Servon' fortunas meas [4] me commisisse [5] futili?
Ergo [6] pretium ob stultitiam fero: sed inultum nunquam id [7] auferet.
Da. Posthac [8] incolumem sat scio fore me, nunc si hoc devito malum. 5
Pa. Nam quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modo
Qui sum pollicitus, ducere? qua fiducia id facere audeam?

Nec

1. i. e. ille sceleftus: constructio respicit sensum, non verba. (& est Figura Syllepsis per genera. D.)

2. Imprudens, socors.

3. Archaice pro nullius.

4. *Sub.* fas erat, conveniebat.

5. i. e. levi. nam (derivatur) a vase, quod *futile* dicitur, quod non deponunt ministri sacrorum, quod est acuto fundo & patulo ore, eoque instabile est. D.

6. PRETIUM est vox media, notans & poenam. V.

7. Dicitur AUFERRE quid, & FERRE qui impune discedit. V.

8. Sensus est. tam difficile est hinc evadere, ut qui hinc evaserit, videatur immortalis futurus. D.

Nec quid [9] me nunc faciam, scio. *Da.* Nec quid de me: atque [10] id ago sedulo.
Dicam, aliquid jam inventurum, ut huic malo aliquam producam [11] moram.
Pa. Ohe. *Da.* Visus sum. *Pa.* Ehodum, bone vir, quid ais? viden' me tuis consiliis 10
Miserum [12] impeditum esse? *Da.* At jam expediam. *Pa.* Expedies? *Da.* Certe, Pamphile.
Pa. Nempe ut modo. *Da.* Immo melius, spero. *Pa.* Oh, tibi ego ut credam, [13] furcifer?
Tu rem impeditam & perditam restituas? hem! [14] quo fretus siem,
Qui me hodie ex tranquillissima re conjecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? *Da.* Dixti. *Pa.* Quid meritus? *Da.* Crucem. 15
Sed sine paululum ad me [15] redeam: jam aliquid dispiciam. *Pa.* Hei mihi.

Cur

9. Nota FACIAM cum Ablativo casu. D.

10. *Subaud.* ut inveniam quid faciam.

11. Remorer hoc malum se. nuptias.

12. *Impeditus* proprie est, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. sed hic ad negotium rettulit. D.

13. *Furciferi* dicebantur qui ob leve delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis, quam supplicii causa, circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & praedicare peccatum suum, simulque summonere caeteros, ne quid simile admitterent. D.

14. Quasi dicat per Ironiam: tu nimirum dignus es cui confidam.

15. Recipiam & colligam animum perturbatum.

Cur non habeo [16] ſpatium, ut de te ſumam ſupplicium, ut volo?
Namque hoc tempus, praecavere mihi me [17], haud te ulciſci, ſinit.

16. i. e. tempus. 17. *Sub.* jubet v. cogit.

ACTUS QUARTI.

SCENA PRIMA.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

Ch. Hoccin' eſt credibile, aut [1] memorabile,
Tanta [2] vecordia innata cuiquam ut ſiet,
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius ſua ut [3] comparent commoda? ah!
Idne 'ſt verum? immo id eſt genus hominum peſſimum. 5
In denegando modo [4] quîs pudor paululum adeſt:
Poſt ubi tempus promiſſa eſt jam perfici,
Tum [5] coacti, neceſſario ſe [6] aperiunt:
Et timent: & tamen [7] res cogit denegare.
Ibi tum eorum impudentiſſima oratio eſt, 10
Quis

1. Dignum quod verbis narretur, dignum fando

2. Inhumanitas, animi malignitas.

3. Aeſtiment, metiantur. D.

4. Tantummodo ſuppudet eos, negare quod petitur.

5. Scil. ubi urgent, quibus promiſerant.

6. i. e. quod clauſum in pectore habuerant, manifeſtant. V.

7. Scil. ab ipſis petita, & quam cum commodo ſuo ſe praeſtare non poſſe exiſtimant.

Quis tu es? quis [8] mihi es? cur meam [9] tibi?
Heus, [10] proximus sum egomet mihi. Attamen ubi fides?
Si roges, nihil pudet. hic, ubi opus est,
Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo [11] injuriam hanc expostulem? 15
[12] Ingeram mala multa? atque aliquis dicat, nihil promoveris.
Multum: molestus certe ei fuero; atque [13] animo morem gessero.

Pa. Charine, & me & te imprudens, nisi [14] quid Dì respiciunt, perdidi.

Ch. Itane, imprudens? tandem inventa 'st [15] causa. [16] solvisti fidem.

Pa. Quid tandem? *Ch.* Etiam nunc me ducere illis dictis postulas. 20

Pa. Quid istuc est? *Ch.* Postquam me amare dixi, complacita est tibi.
Heu me miserum! qui tuum animum ex animo spectavi meo.

Pa.

8. Qua mihi junctus necessitudine?

9. *Sub.* amicam concederem.

10. Charior mihimet ipsi sum quam quisquam alienus. D.

11. Pro, de injuria. D. *Expostulatio* est (querela) adversus eum quem incusamus, *apud eum ipsum.* D. Quia talis *postulatio* passim cum jurgio fit, inde & *verbum* pro jurgari, rixari, sumitur. V.

12. h. e. convicium faciam cum clamore maximo. V.

13. Iracundiae meae satisfecero.

14. Aliquo modo nobis faveant.

15. Excusatio.

16. Ironice.

Pa. [17] Falsus es. *Ch.* Nonne tibi satis esse hoc visum. [18] solidum est gaudium,
Nisi me [19] lactasses amantem, & falsa spe [20] produceres?
Habeas [21]. *Pa.* Habeam? ah! nescis quantis in malis verser miser, 25
Quantasque [22]. hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines,
[23] Meus carnifex. *Ch.* Quid istuc tam mirum est, de te si exemplum capit?
Pa. Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum.
Ch. Scio. cum patre altercasti dudum: & is nunc propterea tibi
Succenset: nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres. 30
Pa. Immo etiam [24], [25] quo tu minus scis aerumnas meas:
Hae nuptiae non apparabantur mihi:
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.

Ch.

17. Falleris, qui sic de me cogites.

18. *Solida* sunt quae constant ex una materia. SOLIDUM GAUDIUM, cui nullus dolor admixtus. V.

19. Allexisses blanditiis in fraudem (metaphora vel a nutricibus, vel ab aucupibus translata. V.)

20. Vana spe, de die in diem duceres.

21. Scil. Philumenam.

22. Davus sc.

23. Id est, in me carnifex, qui me torserit. D.

24. Deest *audi.* D. multo gravius malum est.

25. Ellipsis est; ita supplenda: *quia tu ignoras*, quod hae nuptiae non &c. *Ideo* ignoras etiam aerumnas meas, *qui dolis Davi, in has nuptias conjectus sum.* Vel, quia *quo minus* valet *ne*, ideo forsan QUO MINUS SCIS hic positum fuerit pro *nescis.*

Ch. Scio: tu coactus tua voluntate es. *Pa.* Mane.
Nondum scis. *Ch.* Scio equidem illam ducturum
esse te. 35
Pa. Cur me [26] enicas? hoc audi: nunquam destitit
Instare, ut dicerem, me esse ducturum, patri:
Svadere, orare usque adeo donec [27] perpulit.
Ch. Quis homo istuc? *Pa.* Davos. *Ch.* Davos!
Pa. Davos omnia [28].
Ch. Quamobrem? *Pa.* Nescio, mihi Deos
satis 40
Scio fuisse iratos, qui auscultaverim.
Ch. Factum hoc est, Dave? *Da.* Factum. *Ch.*
Hem! quid ais, scelus?
At tibi Dì dignum factis exitium [29] duint.
Eho, dic mihi, Si omnes hunc conjectum in
nuptias
Inimici vellent, quod, nisi hoc, consilium da-
rent? 45
Da. Deceptus sum, at non defatigatus. *Ch.*
Scio.
Da. Hac non successit, alia aggrediemur via.
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse jam [30] ad salutem converti hoc malum.
Pa. [31] Immo etiam: Nam satis credo, si [32] ad-
vigilaveris, 50
Ex unis geminas mihi confeceris nuptias.

Da.

26. His dictis crucias. Eugr.
27. i. e. persuasit. Idem.
28. Sub. haec fecit.
29. Pro, dent; archaice.
30. Ad prosperitatem emendari.
31. Ironice; quasi dicat sane malum feceris amplius.
32. Industriam adhibueris.

Da. Ego, Pamphile, hoc tibi [33] pro servitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesque & dies,
[34] Capitis periclum adire [35] dum prosim tibi.
Tuum 'st [36], si quid praeter spem evenit, mihi ignoscere. 55
Parum succedit quod ago, at facio sedulo.
Vel melius tute reperi [37]: me [38] missum face.
Pa. Cupio [39]: restitue, [40] in quem me accepisti, locum.
Da. Faciam. *Pa.* At [41] jam hoc opus est. *Da.* Hem! [42] st, mane: concrepuit [43] a Glycerio ostium.
Pa. Nihil ad te [44]. *Da.* Quaero. *Pa.* Hem! Nuncine demum [45]? *Da.* At jam hoc tibi [46] inventum dabo. 60

33. Quatenus servus tuus sum.

34. Mortis me periculo exponere.

35. Si modò, dummodo.

36. Sc. officium.

37. *Sub.* consilium.

38. Noli uti opera mea. D. Rejice me, & mea consilia.

39. *Sub.* te missum facere.

40. Restitue me in statum in quo eram, cum tu coepisti mihi consulere.

41. Statim me restitue.

42. ST. silentii indicti nota passim apud Comicos. V.

43. Janua domus Glycerii.

44. *Sub.* attinet; quod concrepuerit ostium.

45. Sc. aliquid excogitasti.

46. Periphrasis Comica, pro, *inveniam*. V.

AC-

ACTUS QUARTI.

SCENA SECUNDA.

MYSIS. PAMPHILUS. CHARINUS. DAVUS.

My. [1] Jam, ubi ubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum: tu modo, [2] anime mi, noli te [3] macerare.
Pa. Mysis, quid est? *My.* Hem Pamphile, optume te mihi offers. *Pa.* Quid est?
My. Orare jussit, si se ames, hera, jam ut ad se venias.
[4] Videre ait te cupere. *Pa.* Vah! perii: [5] hoc malum integrascit: 5
Siccine me atque illam opera tua nunc miseros [6] sollicitarier:
Nam idcirco arcessor, nuptias quod mihi apparari sensit.

Ch.

1. Haec inter exeundum, intus ad Glycerium loquitur ancilla.

2. Mollis oratio & foeminea. D.

3. Sollicitudine te adfligere. Metonymia effecti, pro causa efficiente: Sollicitudo enim animi, maciem (corporis) contrahit.

4. *Ait se cupere, videre te.*

5. Amor & sollicitudo de nuptiis. Vide supra III. 2. 25. V. INTEGRASCIT; instauratur, renovatur.

6. Perturbari. D. *Sub.* oportet. (*Sollicitare* est movere, & quasi solum ciere. Sic nauta *sollicitat* aequora, arator terram. Hinc ad animum transfertur. V.)

Ch. [7] Quibus quidem quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset.

Da. [8] Age, si hic non satis insanit sua sponte, instiga. *My.* Atque aedepol,

Ea res est [9]; proptereaque nunc misera in moerore est. *Pa.* Mysis, 10

Per omnes tibi adjuro Deos, nunquam eam me deserturum.

Non, [10] si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.

Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores. [11] valeant

Qui inter nos [12] discidium volunt: hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.

Ch. [13] Resipisco. *Pa.* Non Apollinis magis verum, [14] atque hoc responsum est. 15

Si

7. A quibus nuptiis fuissemus quieti i. e. non fuerant futurae nuptiae.

8. Per Ironiam exprobrat Charino, quod animum Pamphili per se satis incensum (ira vel amore,) porro etiam suis querelis irritet. V.

9. Sc. quod sentit Glycerium nuptias tibi apparari.

10 *Si* post *non*, valet *etiamsi*. V.

11. Abeant, recedant, (hic, pro *pereant*): attende quam moderate loquatur pluraliter, cum significet patrem. D. vel forsan, *per me licet ut valeant*, qui &c. Sc. *nihil mali illis imprecabor*: sed hanc, nisi &c.

12. DISCIDIUM a *discindendo*, est separatio violenta. V.

13. Vires & animum recipio.

14. Quam hoc meum responsum. Apollinis autem oracula omnium verissima cluebant. (dicitur RESPONSUM proprie Deorum. V.).

Si poterit fieri, ut ne pater [15] per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hae fierent nuptiae, volo. Sed ſi id non poterit,
Id faciam, [16] in proclivi quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat.
Quis videor? *Ch.* Miſer aeque, atque ego. *Da.* Conſilium quaero. *Ch.* Fortis.
Pa. Scio quid conere. *Da.* Hoc ego tibi profecto effectum reddam. 20
Pa. Jam hoc opus eſt. *Da.* Quin jam habeo [17]. *Ch.* Quid eſt, *Da.* Huic, non tibi habeo, [18] ne erres,
Ch. Sat habeo. *Pa.* Quid facies? cedo. *Da.* Dies mihi hic ut ſit ſatis vereor
Ad agendum: ne [19] vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos [20] amolimini: nam mihi impedimento eſtis.
Pa. Ego hanc viſam. *Da.* Quid tu? [21] quo hinc te agis? *Ch.* [22] Verum vis dicam? *Da.* [23] Immo etiam. 25

Narra-

15. Me in cauſa fuiſſe, *ne nuptiae* &c.

16. Pronum, facile. V.

17. *Sub.* conſilium.

18. Ne falſo hoc credas.

19. *Vacuus* eſt, cui otium ſupereſt. V.

20. *Amoliri* dicuntur ea, quae cum magna difficultate ſummoventur. *Amolitur* (ſe) qui vix recedit. Sic dixit quaſi odioſis & moleſtis. D.

21. Facete per hanc interrogationem Davus admonet Charinum, ut abſcedat.

22. Hoc eſt initium novae confabulationis, cui Charinus ſervum implicare conatur.

23. Qu. d. tantum abeſt ut abſcedat Charinus, ut etiam longae narrationis mihi incipiat initium.

Narrationis incipit mihi initium. *Ch.* Quid me fiet?

Da. Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi [24] dieculam addo,

Quantum huic [25] promoveo nuptias? *Ch.* Dave, attamen. *Da.* Quid ergo?

Ch. Ut ducam [26]. *Da.* Ridiculum. *Ch.* Huc face ad me ut venias, si quid poteris.

Da. Quid veniam? nihil habeo. *Ch.* Attamen si quid. *Da.* [27] Age, veniam. *Ch.* Si quid, [28] 30

Domi ero. *Da.* Tu Mysis, dum [29] exeo, parumper operire me hic.

My. Quapropter? *Da.* Ita facto est opus. *My.* Matura. *Da.* Jam inquam hic adero.

24. Tempusculum, moram, & quasi parvam diem, in qua sc. ambias quantum poteris, ad ducendam Philumenam. D.

25. Differo. D.

26. Deest, *timeo* v. *fac.*

27. AGE, hic consentiendi vocula est.

28. Subaud. *habueris* vel *inveneris* in meam rem.

29. Redeo ex domo Glycerii, quo jam intro.

ACTUS QUARTI.

SCENA TERTIA.

MYSIS. DAVUS.

My. Nihilne esse [1] proprium cuiquam! Dî vostram fidem!

Summum

1. Perpetuum; ut Virgilius Aen. VI. 872 Propria *haec si dona fuissent.* D.

Summum bonum esse herae putavi hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum [2] in quovis loco
Paratum: verum [3] ex eo nunc misera quem capit,
Laborem! [4] Facile hic plus mali est quam illic boni. 5
Sed Davus exit. Mi homo, quid istuc obsecro 'st?
Quo portas puerum? *Da.* Mysis, nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem [5] exprompta memoria atque astutia.
My. Quidnam incepturus? *Da.* Accipe a me hunc ocius,
Atque ante nostram januam adpone. *My.* Obsecro, 10
Humine? *Da.* [6] Ex ara hinc sume [7] verbenas tibi,
Atque eas substerne. *My.* Quamobrem id tute non facis?

Da.

2. Ubicunque res postularet.

3. Quantum concipit dolorem ejus causa.

4. Certe plus doloris est a metu amittendi Pamphili, quam fuit gaudium in voluptate & spe potiundi; *Farnabius.*

5. In medium prolata (exhibita) D. MEMORIA f.il. ut memor esset verborum Davi, nec, praeterquam quod is rogabat, quidquam responderet. V.

6. Sc. Apollinis. D. Romanis omnibus mos est in atrio, hoc est, in vestibulo habere Vestam (quippe cum inde *Vestibulum* nominarint) cui sacrificium cotidie facerent. Illic ei fuerat collocata ara. Idcirco dictum est, *Ex ara*, &c. Eugr.

7. VERBENAE quasi *herbenae*, sunt omnes herbae frondesque festae, ad aras coronandas; (i. e. *redimiendas*) vel omnes herbae ex aliquo loco puro decerptae. D.

Da. Quia, si forte opus sit [8] ad herum jusjurandum mihi,
Non adposuisse, ut * liquido possim. *My.* Intelligo.
Nova nunc [9] religio in te isthaec incessit, cedo? 15
Da. Move ocius te, ut quid agam, porro intelligas.
Prô Juppiter! *My.* Quid est? *Da.* Sponsae pater intervenit,
[10] Repudio quod consilium primum intenderam.
My. Nescio quid narres. *Da.* Ego quoque hinc ab dextera
Venire me adsimulabo: tu, ut [11] subservias 20
Orationi, utcunque opus sit verbis, [12] vide.
My. Ego, quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,
[13] Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
[14] Manebo: ne [15] quod vostrum remorer commodum.

8. Pro coram hero. V. * Pure, syncere, serio, *subaud.* jusjurandum dare.

9. RELIGIO h. l. est idem, quod vulgo *scrupulus conscientiae* V. *sub.* ut falso jurare verearis.

10. Mitto, rejicio.

11. h. e. orationi meae tuam accommodes responsionem. Est & *Subservire orationi alicujus*, verba suppeditare alteri, memoria aliove vitio deficienti. V.

12. Cura, attenta sis. v. dispice, quibus maxime verbis opus sit.

13. Ad quod, vel in quo.

14. Hic expectabo.

15. Qua in re.

ACTUS QUARTI.

SCENA QUARTA.

CHREMES. MYSIS. DAVUS.

Ch. Revertor, postquam, quae opus fuere ad nuptias
Gnatae, paravi, ut jubeam [1] arcessi. Sed quid hoc?
Puer hercle 'st. Mulier, tun' adposuisti hunc? *My.* Ubi illic [2] est?
Ch. Non mihi respondes? *My.* Nusquam est, vae miserae mihi!
Reliquit me homo, atque abiit. *Da.* Dì vostram fidem! 5
Quid turbae est apud forum! [3] quid illic hominum litigant!
Tum annona chara 'st. [4] quid dicam aliud, nescio.
My. Cur tu obsecro hic me solam [5]? *Da.* Quae est haec [6] fabula?
Eho, Mysis, puer hic unde est? quisve huc attulit?
My. Satin' sanus es, qui me id rogites? *Da.* Quem ego igitur rogem. 10

Qui

1. Deduci sponsam ad Simonem.

2. Scil. Davus, qui nunc abscessit, ut de foro venire videatur.

3. Quanta multitudo est litigantium!

4. Hoc ad spectatores, Chremete non audiente.

5. *Sub.* reliquisti.

6. *Fabulam* se dicit audire, qui rei principium & rationem ignorat. D. Videtur omnino sensus esse: *quid hoc est negotii.* V.

Qui hic neminem alium videam? *Ch.* [7] Miror, unde fit.

Da. Dicturan' es quod rogo? *My.* [8] Au. *Da.* Concede ad dexteram.

My. [9] Deliras? non tute ipse [10]? *Da.* Verbum si mihi

Unum, praeterquam quod te rogo, faxis, cave.

My. [11] Male dicis? *Da.* Unde 'st? dic [12] clare.
My. A vobis. *Da.* Ha, ha, he. 15

[13] Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix?

Ch. Ab Andria 'st ancilla haec, quantum intelligo.

Da. Adeon' videmur vobis esse idonei,

In quibus sic illudatis? *Ch.* Veni in tempore.

Da. [14] Propera adeo puerum tollere hinc ab janua 20

Mane; cave quoquam est isthoc [15] excessis loco.

My. Di te [16] eradicent: ita me miseram territas.

Pau-

7. MIROR cum UNDE, veteres pro *nescio* ponebant. Nam admiratio ab ignorantia descendit. D.

8. Interjectio consternatae mulieris. D.

9. Id est, insanis. Est vero *delirare* verbum rusticum, quoties aratrum extra liram vel sulcum aberrat. Inde ad animum transfertur. V.

10. *Sub.* ponere jussisti puerum.

11. Minaris vel conviciaris?

12. Vox *clara* est quae ab omnibus auditur. V.

13. Per Ironiam. D.

14. Hic versus clare dicitur, sequens, ne senex audiat, presse. D.

15. Pro excedas, ut *faxis* pro facias. D.

16. Funditus evellant perdant.

Da. [17] Tibi ego dico, an non? *My.* Quid vis?
Da. An etiam rogas?
Cedo. Cujum puerum hic adposuisti? dic mihi.
My. Tu nescis? *Da.* Mitte id, quod scio: dic, quod rogo. 25
My. Vestri. *Da.* Cujus vestri? *My.* Pamphili.
Da. Hem! quid? Pamphili?
My. Eho, an non est? *Ch.* Recte ego semper fugi has nuptias.
Da. O facinus [18] animadvertendum. *My.* Quid clamitas?
Da. [19] Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?
My. O hominem audacem! *Da.* Verum, vidi Cantharam 30
[20] Suffarcinatam. *My.* Dis pol habeo gratias,
[21] Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae.
Da. Nae [22] illa illum haud novit, cujus causa haec incipit.
[23] Chremes, si positum puerum ante aedes viderit

Suam

17. Formula indignantis, quoties alter alias res agere (nihil attendere) videtur. V.

18. Puniendum. V.

19. Quasi ego non viderim eundem puerum *ad vos &c.* vel annon ille est puer, *quem ego* &c.

20 *Suffertam onere*, quod sub axillis gestabat, v. veste tegebat. Metaphora ab avibus translata; quae dum saginentur, ut pinguescant, *farcinari* dicuntur. V.

21 Eo quod mulieres liberae (quae testari possunt partum non esse supposititium) adfuerunt dum pariebat Glycerium.

22. Glycerium, Chremetem

23. Ita per μίμησιν cogitata Glycerii narrat.

Suam gnatam non dabit. [24] Tanto hercle magis dabit. 35
Ch. Non hercle faciet. *Da.* Nunc adeo, ut tu [25] fis fciens,
Nifi puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam
Provolvam: teque ibidem pervolvam in luto.
My. Tu pol homo non es fobrius. *Da.* [26] Fallacia
Alia aliam trudit. Jam [27] fufurrari audio 40
Civem Atticam effe hanc. *Ch.* Hem. *Da.* Coactus [28] legibus
Eam uxorem ducet. *My.* Au! obfecro; an non civis eft?
Ch. [29] Jocularium in malum infciens pene incidi.
Da. Quis hic loquitur? O Chreme, [30] per tempus advenis,
Aufculta. *Ch.* Audivi jam omnia. *Da.* Anne tu omnia? 45
Ch. Audivi, inquam, a principio. *Da.* Audiftin' obfecro?
Hem fcelera! hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic [31] ille eft! non te credas Davom ludere.
My. Me miferam! nihil, pol, falfi dixi, mi fenex.

Ch.

24. Nunc dicit quid ipfe fentiat.

25. Eloquenter, fic enim veteres pro *fcias* dixere. D.

26. Dolus dolo fuccedit, connectitur.

27. Occulte dici.

28. Sc. Pamphilus.

29. Quod ludibrio me expofuiffet.

30. Idem quod *in tempore*, *tempeftive*. D.

31. Senfus eft. Hic ille tantae potentiae eft, ad cujus vel nutum tu publicae fubjiciaris quaeftioni. V.

Ch. Novi rem omnem. Eſt Simo intus? *Da.* Eſt. 50

My. [32] Ne me attingas, ſceleſte. Si pol Glycerio non omnia haec [33].

Da. Eho, [34] incpta, neſcis quid ſit actum? *My.* Qui ſciam?

Da. Hic ſocer eſt. Alio pacto haud poterat fieri,
Ut ſciret haec quae volumus. *My.* Hem, [35] praediceres.

Da. Paullum [36] intereſſe cenſes, [37] ex animo omnia 55
Ut fert natura, facias, an [38] de induſtria?

32. Jam Davus, ſolus cum ſola (Myſide) exiſtens, voluit ei ſubblandiri. V.

33. Interrupta a Davo, voluit dicere; *narravero*, *peream*. V.

34. Stulta, fatua.

35. Praedicere debueras. V.

36. Parum eſſe diſcriminis.

37. Simpliciter, ſerio, non ficte

38. Arte, conſilio. Et hoc vult. Fallaciae, quas fert ipſa rei conditio, caſus naturalis, vel circumſtantiae, multum praeſtant, & difficilius caventur, quam quae ſtudio finguntur.

ACTUS QUARTI.

SCENA QUINTA.

* *CRITO. MYSIS. DAVUS.*

Cr. In hac habitaſſe platea dictum 'ſt Chryſidem:

Quae

* Hujus perſonae adventus Cataſtrophen facit, ſolvitque errorem omnium. V.

Quae sese inhoneste optavit parere hic divitias
Potius, [1] quam in patria honeste pauper vivere.
[2] Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter? Video. Salvete. *My.* [3] Obsecro, 5
Quem video? estne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. *Cr.* O Mysis salve. *My.* Salve. *My.* Salvos sis Crito.
Cr. Itane Chrysis [4]? hem! *My.* Nos quidem pol miseras perdidit.
Cr. Quid vos, quo pacto hic? satin' recte [5]? *My.* Nosne? [6] sic.
Ut quimus, ajunt, quando ut volumus, non licet. 10
Cr. Quid Glycerium? jam hic suos parentes repperit?
My. Utinam. *Cr.* An nondum etiam? haud auspicato huc [7] me adtuli.
Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulissem pedem:

Semper

1. Nota quod tria dixit Crito contemsisse Chrysidem; patriam, honestatem & paupertatem. D.

2. Sensus est: Legitimus ejus haeres ego sum, etiam sine testamento defunctae. EA potest referri ad τὸ BONA quae scilicet Chrysis corpore quaesierat. V.

3. Est interdum formula sollicitae interrogationis; quasi per sacra rogo.

4. *Sub.* quod gemitu interrumpitur, *periit.*

5. Sub. *valetis.*

6. Particula haec nonnunquam valet *mediocriter.* Phorm. I. 2. 95. ubi vide Donatum. V.

7. Id est, veni. Virg. Aen. VIII. 477. *Fatis huc te poscentibus affers.* Eadem ratione *agere*, *facessere*, *ducere*, *penetrare*, *trajicere se* dixerunt. V.

Semper enim dicta 'ſt ejus, haec atque [8] habita 'ſt
ſoror.
Quae illius fuerunt poſſidet. Nunc me hoſpitem
Lites [9] ſequi, quam hic mihi ſit [10] facile atque
utile, 15
Aliorum exempla commonent. Simul arbitror,
Jam aliquem eſſe amicum & defenſorem ei: nam
[11] fere
Grandiuſcula jam profecta 'ſt illinc. [12] Clamitent,
Me [13] ſycophantam, haereditates [14] perſequi, 20
Mendicum. tum, ipſam deſpoliare non libet.

My. O optume hoſpes, pol, Crito, [15] antiquum
obtines.

Cr. Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.
My. Maxume.

Da. Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat
ſenex.

8. Credita, exiſtimata. V.

9. Exercere.

10. Id eſt, difficile & inutile. Et eſt Comicum. D.

11. Adoleſcentula, fere adulta.

12. Pro *clamitabunt.*

13. Tanquam calumniatorem, v. callidum & malignum litigatorem. Cetera vocabulum de quovis impoſtore ſumitur. De etymo ejus videnda Lexica.

14. Juris praetextu, in judicio petere (ſequi donec adipiſcar. Sic Adelph. II, 1. 9. & II 2. 27. V.).

15. *Sub.* morem vel ingenium. Aut vult; Critonem nihil mutaviſſe de antiqua ſua probitate, aut antiquorum mores, i. e. fidem & probitatem, illum obtinere. (credebant antiquiſſima quaeque eſſe optima, utpote aureo illi ſeculo propiora. V.).

AC-

ACTUS QUINTI.

SCENA PRIMA.

CHREMES. SIMO.

Ch. Satis jam, ſatis, Simo, ſpectata erga te amicitia 'ſt mea:
Satis jam pericli coepi adire: orandi jam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, pene [1] illuſi vitam filiae.
Si. Immo etiam nunc quam maxime abs te poſtulo, atque oro, Chreme,
Ut beneficium verbis [2] initum dudum, nunc re comprobes. 5
Ch. Vide, quam iniquus ſis [3] prae ſtudio, dum efficias id quod cupis:
Neque modum benignitatis, neque, quid me ores, cogitas.
Nam ſi cogites, [4] remittas jam me onerare [5] injuriis.
Si. Quibus? *Ch.* Rogitas? perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo,

In

1. Videtur ILLUSI VITAM ita dictum, quaſi, *luſi in vitam* atque adeo *ludendo* pene perdidi. V.

2. Coeptum. D. Quo me tibi per verba devinxiſti. (BENEFICIUM dicitur INITUM eadem ratione qua *gratia* iniri. V.).

3. Ob nimiam cupiditatem efficiendi, i. e. obtinendi *id* &c.

4. Ceſſares, deſineres.

5. Injuſtis petitionibus.

In alio occupato amore, abhorrenti ab [6] re uxoria 10
Filiam ut darem [7] in seditionem, atque incertas nuptias:
Ejus [8] labore, atque ejus dolore, gnato ut medicarer tuo.
Impetrasti: incoepi; dum res tetulit. nunc non fert, feras.
Illam hinc civem esse ajunt: puer est natus. nos missos face.
Si. Per ego te Deos oro, ut ne illis [9] animum inducas credere, 15
Quibus id maxime utile 'st, illum esse quam deterrimum.
Nuptiarum causa haec sunt ficta, atque incepta omnia
Ubi [10] ea causa, quamobrem haec faciunt, erit ademta his, desinent.
Ch. Erras: cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. *Si.* Scio.
Ch. At [11] vero voltu; cum, ibi me adesse, neuter tum praesenserat. 20

Si.

6. Dicitur *res uxoria* simpliciter pro *uxore*. V. Quidni, quod propius est, pro matrimonio, vel statu conjugali?

7. Rixas & jurgia; ac matrimonium divortio obnoxium.

8. Molestiâ, aerumnâ, filiae.

9. Persuadess tibi, credendum esse. V.

10. Id vult, Ubi conjugio liberali erit devinctus Pamphilus, quas nuptias ut disturbent, hanc finxerunt fallaciam. V.

11. Naturali, non ficto, aut simulato. V.

Si. Credo : & id facturas, Davos dudum praedixit mihi.
Et [12] nescio quid tibi sum oblitus hodie, [13] ac volui dicere.

12. Aliquid aliud. 13. AC pro contra quam. D.

ACTUS QUINTI.

SCENA SECUNDA.

DAVUS. CHREMES. SIMO. DROMO.

Da. Animo nunc jam [1] otioso esse impero *. *Ch.* Hem Davom tibi.
Si. Unde egreditur? *Da.* Meo praesidio atque hospitis [2]. *Si.* Quid illud mali 'st?
Da. Ego commodiorem hominem, adventum, tempus, non vidi. *Si.* Scelus,
Quemnam hic laudat? *Da.* Omnis res est jam [3] in vado. *Si.* Cesso adloqui?
Da. Herus est. Quid agam? *Si.* O salve bone vir. *Da.* Ehem Simo! o [4] noster Chreme! 5
Omnia apparata jam sunt intus. *Si.* Curasti probe.

Da.

1. Tranquillo securo. V. * Scil. tibi Glycerium & tuarum partium fautoribus. Haec dicit inter egrediendum a Glycerio.

2. Advenae (Critonis) subaud. *fretis*, vel *nixis*.

3. i. e. in tuto. Metaphora a natantibus sumta, qui salvi sunt ubi vadum contigerunt.

4. Blandiendi formula. Hic *subaud.* socer, amice, vel tale quid.

Da. Ubi voles, arcesse. *Si.* Bene ſane : [5] id enim vero hic nunc abeſt.
Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negotii 'ſt? *Da.* Mihin'?
Si. Ita. *Da.* Mihine? *Si.* Tibi ergo. *Da.* Modo introii. *Si.* Quaſi ego, quam dudum, rogem.
Da. Cum tuo gnato una. *Si.* Anne 'ſt intus Pamphilus? crucior miſer. 10
Eho, non tu dixti eſſe inter illos inimicitias, carnufex?
Da. Sunt. *Si.* Cur igitur hic eſt? *Ch.* Quid illum cenſes [6]? cum illa litigat.
Da. Immo vero indignum, Chremes, jam facinus faxo ex me audias.
Neſcio qui ſenex modo venit, [7] ellum, [8] confidens, [9] catus.
Quum faciem videas, videtur eſſe [10] quantivis pretii. 15
[11] Triſtis ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis [12] fides.

Si.

5. Ironia, ſenſus eſt : Ita omnia apparata ſunt, ut nihil *deſit*, niſi ut Philumena arceſſatur V.

6. *Sub.* intus agere : Ironice haec Chremes dicit, & partim ex narratione ipſius Simonis.

7. Ecce illum, ſcil. ex hac mea deſcriptione.

8. Conſtans (animi) non mala ſignificatione. D.

9. Callidus, doctus. D. acuto ingenio.

10. Homo ſummae aeſtimationis. v. qui plurimi ſit aeſtimandus.

11. Auſtera gravitas, integritatis index, quae alios ad ejus reverentiam flectat.

12. Intelligit perſvadendi vim & argumenta. V.

Si. Quidnam adportas? *Da.* Nihil equidem nisi quod illum audivi dicere.

Si. Quid ait [13] tandem? *Da.* Glycerium se scire civem esse Atticam.

Si. [14] Hem, Dromo, Dromo. *Da.* Quid est? *Si.* Dromo. *Da.* Audi. *Si.* Verbum si addideris [15]. Dromo.

Da. Audi obsecro. *Dr.* Quid vis? *Si.* [16] Sublimem hunc intro rape, [17] quantum potes. 20

Dr. Quem? *Si.* Davom. *Da.* Quamobrem? *Si.* Quia lubet. rape, inquam. *Da.* Quid feci? *Si.* Rape.

Da. Si quidquam invenies me mentitum, occidito. *Si.* Nihil audio.

Ego jam [18] te commotum reddam. *Da.* Tamen etsi hoc verum est? *Si.* Tamen.

Cura adservandum vinctum. Atque audin'? [19] quadrupedem constringito.

Age

13. *Tandem.* Indignantis signum est in interrogationibus. V.

14. Commotus ira nihil dicit, nisi quod lorarium repetendo saepius vocat D.

15. Subaud. *periisti.*

16 Ita solebant (rapi); qui cum violentia quadam ita *abripiebantur*, ut terram non contingerent. Plautus eleganter ejusmodi hominem vocat *superbum.* Amph. I. 1. 201. *Faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis.* So. *Quonam modo?* Me. *Auferere, non abibis*, V.

17. Quam celerrime. D.

18 Commovebo, excitabo te, Dave, f. il. in pistrino.

19. Sensus est; manibus & pedibus constringito quasi quadrupedem. Κυφωνισμὸν vocabant Attici id genus supplicii, quo colla servorum cippis pessum incurvabantur, ut quadrupedum praeberent speciem. V.

Age nunc jam, ego pol hodie, si vivo, tibi 25
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
Illi [20], patrem. *Ch.* Ah, ne saevi tantopere.
Si. O Chreme,
Pietatem [21] gnati! nonne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age, Pamphile, exi, Pamphile. ecquid te pudet? 30

20. Sc. Pamphilo ostendam, quantum periculum sit, *patrem fallere.*

21. Deest *vides*, aut quid tale; & est ironia, D.

ACTUS QUINTI.

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

Pa. Quis me volt? perii. Pater est. *Si.* Quid ais omnium [1]? *Ch.* Ah.
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.
Si. Quasi quidquam in hunc jam gravius [2] dici possiet.
Ain' tandem? civis Glycerium 'st? *Pa.* Ita praedicant.
Si. [3] Ita praedicant? O ingentem confidentiam! 5
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Num

1. Sub. *hominum* v. *adolescentum perditissime* (Aposiopesis irato familiaris cum pro dignitate (i. e. gravitate) peccati non inveniat convicium. D.

2. Sc. quam decet, aut par est. V.

3. Per iracundiam repetit verba, & ut filii impudentiam arguat. Signum quaestionis abesse mallem.

Num ejus color [4] pudoris signum usquam indicat?

Adeon' [5] impotenti esse animo, ut praeter civium
Morem atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc [6] habere studeat cum summo [7] probro? 10

Pa. Me miserum! *Si.* Hem! modone id demum sensti, Pamphile?

Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi;
Eodem die istuc verbum [8] vere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? 15
Cur meam senectutem hujus sollicito amentia? an
Ut pro hujus peccatis ego supplicium sufferam?
Immo [9] habeat: valeat: vivat cum illa. *Pa.* Mi pater.

Si. Quid, mi pater? quasi tu [10] hujus indigeas patris.

Domus,

4. Paterno animo dicit: namque patribus velle erubescere filios, pudentesque esse, familiare est. D.

5. IMPOTENTI ANIMO is esse dicitur, qui continere se nequit, quum (forte *quin*) faciat quaecunque impetus dictat, quique vult posse quod non potest. V.

6. Sc. servam, vel peregrinam in matrimonio *habere*.

7. *Probrum* est omne id, quod honesti viri dignitatem imminuit: plerumque notat *infamiam* ex libidine ortam. V.

8. Scil. MISER. ACCIDIT evenit. D. congruit, convenit tibi.

9. Formula invito animo concedentis. V.

10. HUJUS ostendens se dixit. D. v. tam contemti a te. Vocula *hic* saepe per contemtum adhibetur.

Domus, uxor, liberi inventi invito patre. 20
Adducti, qui illam civem hinc dicant. [11] viceris.
Pa. Pater, licetne pauca? *Si.* Quid dices mihi?
Ch. Tamen, Simo, audi. *Si.* Ego audiam? quid audiam
Chreme? *Ch.* At tandem dicat sine. *Si.* Age dicat, sino.
Pa. Ego me amare hanc, fateor. Si id peccare 'st, fateor id quoque [12]. 25
Tibi, pater, me [13] dedo. Quidvis [14] oneris impone, impera.
Vis me uxorem ducere? hanc vis [15] amittere? ut potero, feram.
Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me [16] allegatum hunc senem.
Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam. *Si.* Adducas! *Pa.* Sine pater.
Ch. Aequum postulat. [17] Da veniam. *Pa.* Sine, [18] te hoc exorem. *Si.* Sino. 30

Quid

11. Formula irati, & aegre concedentis.

12. Sc. me peccare.

13. Dicuntur *dedere* se liberi parentibus, quoties ad eorum voluntatem se componunt. V.

14. Quantumvis grave, molestum, (officium) mihi injunge.

15. Me relinquere Glycerium.

16. Subornatum, submissum. Sed & in bonam partem sumitur, pro *mittere proxenetas*. V.

17. *Venia* proprie est facultas veniendi in patriam, aut in publicum, qualem noxii aut damnati non habent. Hinc sumitur pro *remissione* damnationis aut poenae. Demum pro omni *concessione* rei desideratae, uti hoc loco. V.

18. Impetrem hoc, ut me excusem.

Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli [19] comperiar, Chreme.

Ch. Pro peccato magno [20] paullum supplicii satis est patri.

19. Deponens, pro *comperiam*.

20. i. e. parva poena; & SATIS EST intelligendum ita, uti verba jacent, non pro *esse debet*. Illud enim magis native exprimit affectum paternum.

ACTUS QUINTI.

SCENA QUARTA.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILUS.

Cr. [1] Mitte orare. Una harum quaevis causa me, ut faciam, monet:

Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi [2] cupio Glycerio.

Ch. Andrium ego Critonem video? certe is est. *Cr.* Salvos sis Chreme.

Ch. Quid tu Athenas, [3] insolens? *Cr.* Evenit. Sed hiccine 'st Simo?

Ch. Hic. *Si.* Men' quaeris? eho tu Glycerium hinc civem esse ais? 5

Cr.

1. Loquitur ad Pamphilum, qui fingitur orasse, ut, quae ad Glycerii agnitionem pertinerent, confidenter edissereret apud Simonem patrem. V.

2. Volo, faveo. V.

3. Prima & propria significatio pro *insueto*, *insolito*, fere in desuetudinem abiit. V.

Cr. Tu negas? *Si.* Itane huc [4] paratus advenis?
Cr. Qua de re? *Si.* Rogas?
Tune impune haec facias? tune hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, [5] in fraudem illicis?
Sollicitando & pollicitando eorum animos [6] lactas?
Cr. Sanusne es?
Si. Ac meretricios amores nuptiis [7] conglutinas? 10
Pa. Perii! metuo, ut [8] substet hospes. *Ch.* Si, Simo hunc noris satis,
Haud ita arbitrere. Bonus est hic vir. *Si.* Hic vir sit bonus?
Itane [9] adtemperate venit hodie [10] in ipsis nuptiis
Ut veniret antehac nunquam? Est vero huic credendum, Chreme?
Pa. Ni metuam patrem, habeo [11] pro illa re illum quod moneam probe. 15

Si.

4. Suborn[illegible]atus, dolo compositus. D. Meditatus, dolis instructus. V.

5. *Fraudem* vocant damnum & malum. V.

6. *Lactare* est dulcedine aliqua tenere, ad persvasionem inducere. D.

7. Facis, ut furtivi amores, inter Pamphilum & Glycerium, nunc rati fiant legitimis nuptiis. *Conglutinandi* verbo in arcta amicitia & vinculo utuntur. Est vero locutio multum amata Ciceroni. V.

8. Sustineat contumelias patris.

9. Congrue, oportune.

10. In ipso articulo nuptiarum. D.

11. Quod convenire huic rei queat. V.

Si. [12] Sycophanta. *Cr.* Hem! *Ch.* Sic, Crito, est hic: mitte [13]. *Cr.* [14] Videat qui siet.
Si mihi pergit, quae volt, dicere; ea, quae non volt, audiet.
Ego isthaec [15] moveo, aut euro? non tu tuum malum aequo animo feres?
Nam, ego quae dico, vera an falsa audieris, jam sciri potest.
Atticus quidam olim navi fracta, apud Andrum ejectus est. 20
Et istaec una parva virgo. Tum ille egens, forte [16] applicat
Primum ad Chrysides patrem se. *Si.* Fabulam inceptat. *Ch.* Sine.
Cr. Itane vero obturbat [17]? *Ch.* Perge. *Cr.* [18] Tum is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit. Ibi ego audivi ex illo, sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est. *Ch.* Ejus nomen? *Cr.* Nomen tam cito tibi [19]? Phania. 25
Ch.

12. Calumniator. Hoc verbum est ab his, qui apud Athenas accusabant eos, qui cum ficu frumenta ex tra civitatem ferebant. Eugr.

13. *Sub.* iram, minas. v. Simonem, qui natura talis est, non tam odio tui.

14. Ipse se noverit. Possit & esse; provideat qualis sit erga me.

15. Scil. quorum me insimulas, (*movere* dicitur qui primus quid dicit, facitve. V.).

16. *Applicant se* proprie pauperes ad patronos, implorantes eorum auxilium & fidem. V.

17. Sub. *narrationem*, vel *me narrantem*.

18. Ordo est; *Is*, *qui tum eum recepit*, *mihi cognatus fuit*.

19. Sub. *dici*, *cur vis?* vel *quid refert?*

Ch. Hem, perii. *Cr.* Verum hercle opinor fuisse
Phaniam: hoc certe scio
[20] Rhamnusium se ajebat esse. *Ch.* O Juppiter!
Cr. Eadem haec, Chreme,
Multi alii in Andro tum audivere. *Ch.* Utinam id
sit, quod spero. Eho, dic mihi,
Quid eam tum? suamne esse ajebat. *Cr.* Non.
Ch. Cujam igitur? *Cr.* Fratris filiam.
Ch. Certe mea 'st. *Cr.* Quid ais? *Si.* Quid tu ais?
Pa. [21] Arrige aures, Pamphile. 30
Si. Qui credis. *Ch.* Phania ille frater meus fuit.
Si. Noram & scio.
Ch. Is hinc, bellum fugiens, meque in Asiam persequens, proficiscitur.
Tum illam relinquere hic est veritus; [22] postilla
nunc primum audio
Quid [23] illo sit factum. *Pa.* Vix sum [24] apud me,
ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, [25] mirando hoc tanto, tam repentino
bono. 35
Si. Nae istam [26] multimodis tuam inveniri gaudeo.
Pa. Credo, pater.

Ch.

20. Ex Rhamno Atticae oppido.

21. Uti bestiae subito strepitum audientes *arrigunt aures*, in metu *demittunt*, ita homo ad inexpectatae rei nuntium itidem *arrigere*; ubi vel excidit spe, vel subito metu corripitur, *demittere aures* dicitur. V.

22. Ex eo tempore (veteres junctim dixerunt, eodem sensu, quo *postea*. V.).

23 Quo devenerit, quid ei contigerit.

24. Mentis compos.

25. Dum miror *hoc tantum*, &c. D.

26. Multis indiciis probari, quod tua, sc. *Chremetis* filia sit Glycerium.

Ch. At mihi nnus [27] scrupulus [28] etiam restat, qui
me male habet. *Pa.* Dignus es
[29] Cum tua religione, [30] odio. [31] Nodum in scirpo
quaeris. *Cr.* Quid istuc est?
Ch. Nomen non convenit. *Cr.* Fuit hercle aliud
huic parvae. *Ch.* Quod, Crito?
Numquid meministi. *Cr.* Id quaero. *Pa.* Egone
hujus memoriam patiar meae 40
Voluptati obstare, cum egomet possim in hac re
medicari mihi?
Non patiar. Heus Chreme: quod quaeris, Pasi-
bula 'st. *Cr.* Ipsa 'st. *Ch.* Ea 'st.
Pa. Ex ipsa millies audivi. *Si.* Omneis nos gau-
dere hoc, Chreme,
Credo te, credere. *Ch.* Ita me Dî ament, credo.
Pa. Quid restat, pater?
Si. [32] Jamdudum res reduxit [33] me ipsa in gra-
tiam. *Pa.* O lepidum patrem! 45

De

27. Una parva difficultas.

28. *Pro*, adhuc. D.

29. Pro, ob tuam religionem. V. i. e. anxietatem.

30. ODIUM legit Donatus, quod valet vel homo odiose; & *malo* honeste reticetur. v. Terentius scripsit; *dignus odium*.

31. In re minime dubia dubitandi occasionem quaeris (*Scirpus* est levis junci species, sine nodo. D.).

32. Non notatur tempus, sed modus rei, valetque, *satis superque*. Vide Eun. III. 1. 57. V.

33. i. e. placavit me *tibi*. (qui prior succensuerat, *reduci* vel *redire* in gratiam dicitur. V.).

De uxore, [34] ita ut possedi, nihil mutat Chremes.
Ch. Causa optuma 'st [35],
Nisi quid pater ait aliud. *Pa.* Nempe. *Si.* Id scilicet [36]. *Ch.* Dos Pamphile, est
Decem talenta. *Pa.* Accipio. *Ch.* Propero ad filiam. eho mecum, Crito:
Nam illam me credo haud nosse. *Si.* Cur non illam huc transferri jubes?
Pa. Recte admones. Davo ego istuc dedam jam negoti. *Si.* Non potest. 50
Pa. Quî non potest? *Si.* Quia habet aliud [37] magis ex sese, & majus. *Pa.* Quidnam?
Si. Vinctus est.
Pa. Pater, non [38] recte vinctus est. *Si.* Haud ita iussi. *Pa.* Jube solvi, obsecro.
Si. Age fiat. *Pa.* At matura. *Si.* Eo intro. *Pa.* O faustum & felicem hunc diem.

34. Quam tamdiu uxoris loco habui.

35. Sub. *cur nihil mutem.* (Sic solebant εὐφημοῦντες quando *nullum* vel *nihil* dicere recusarent. V.).

36. *Sub.* volo, non aliud, qu. d. Si vobis satis placet conditio, placet & mihi. V.

37. Magis sibi proprium, ad se pertinens.

38. Id est, juste. Pater vero sic respondit, quasi Pamphilus dixisset *non probe*, *diligenter*. Scil. jussi *eum quadrupedem* i. e. probe, valide *constringi*. Hoc ipso joco ostendit, quam plene jam placatus sit filio.

AC-

ACTUS QUINTI.

SCENA QUINTA.

CHARINUS. PAMPHILUS.

Ch. [1] Proviso quid agat Pamphilus, atque eo cum. *Pa.* Aliquis forsan me putet,
Non putare hoc verum: at mihi nunc [2] esse hoc verum lubet.
Ego Deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum [3] propriae sunt: [4] nam mihi immortalitas
Parta 'st, si nulla aegritudo huic gaudio [5] intercesserit. 5
Sed quem ego mihi potissimum optem nunc, cui haec narrem, dari?

Ch.

1. Prodeo ut videam.

2. Sensus est: Alii putent, ut volunt; ego autem verum esse confirmo, quod mihi lubet verum credere. D.

3. Perpetuae, constantes.

4. NAM, transeundi vim habet. V. Quasi dicat; hoc de me concludo, qui videor mihi esse immortalis, *si nulla* &c.

5. Istud interruperit, turbarit. (videtur INTERCEDENDI verbum a tribunis plebis petitum, qui *inter cedendo* vetabant Senatus consultum fieri. V.).

Ch. Quid illud gaudii est? *Pa.* Davom video: [6] nemo 'st quem mallem, omnium
Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia.

6. Ordo est: *nemo est quem mallem* sc. mihi dari, sive obvium fieri. *omnium*, i. e. ex omnibus,

ACTUS QUINTI.

SCENA SEXTA.

DAVUS. PAMPHILUS. CHARINUS.

Da. Pamphilus ubinam hic est? *Pa.* Dave. *Da.* Quis homo 'st? *Pa.* Ego sum. *Da.* O Pamphile.
Pa. Nescis quid mihi obtigerit. *Da.* Certe: sed quid mihi obtigerit, scio.
Pa. Et quidem ego. *Da.* More [1] hominum evenit, ut quod sim [2] nactus mali
Prius rescisceres tu, quam ego illud, quod tibi evenit boni.
Pa. Mea Glycerium suos parentes repperit. *Da.* [3] O factum bene! *Ch.* [4] Hem! 5
Pa.

1. *Hominum* abundat. D. Accidit, quod inter homines assolet.

2. *Nancisci* etiam usurpatur de rebus malis. Nepos. Attic. 21. nactus est *morbum*. Dicimur autem proprie nancisci res bonas aut laetas. V.

3. Formula approbantis, & gratulantis. V.

4. Interjectio hic est simul admirantis & gaudentis.

Pa. Pater amicus summus nobis. *Da.* Quis?
Pa. Chremes. *Da.* Narras probe.
Pa. Nec mora ulla ſt, quin eam uxorem ducam.
Ch. Num ille [5] somniat
Ea quae vigilans voluit? *Pa.* Tum de puero [6].
Dave? *Da.* Ah desine [7].
[8] Solus est quem diligunt Dî. *Ch.* Salvus sum, si
haec vera sunt.
Conloquar. *Pa.* Quis homo 'st? o Charine, in
tempore ipso mihi advenis. 10
Ch. Bene factum. *Pa.* Audistin'? *Ch.* Omnia.
Age, me in tuis secundis [9] respice.
[10] Tuus est nunc Chremes: facturum quae voles,
scio esse omnia.
Pa. Memini. Atque adeo longum est nos illum exspectare dum exeat.
Sequere hac [11] me intus ad Glycerium nunc. Tu
Dave, abi domum:
Propere arcesse, hinc qui [12] auferant eam. Quid
stas? quid cessas? *Da.* Eo. 15

Ne

5. Per somnum sentit, vel sentire se putat. Quidam minus recte exponunt; per somnium narrat.

6. Sub. *quid fiet.* q. d. agniturusne eum pater, & passurus tolli pro nepote? V.

7. Sub. *de illo dicere*, vel *sollicitus esse.*

8. Is omnium est felicissimus.

9. Id est, quem praecedis felicitate, (ejus). non obliviscaris. D.

10. Tibi faventissimus. V.

11. Sub. *via.*

12. Bene *auferant*, utpote ex recenti partu laborantem.

Ne expectetis, dum exeant huc. Intus [13] despondebitur,
Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.

13. Fient sponsalia.

NB. In Editione Minellii, dicitur Andria edita fuisse, M. Marcello. & C. Sulpitio consulibus. Anno ab urbe condita IↃLXXXVI. Ante Christum natum CLXII. Quod antea praetermissum hic apponere visum fuit, omissis quae caetera Inscriptione continentur.

P. TE-

P. TERENTII
HEAUTONTIMORUMENOS.

ACTA [1] LUDIS MEGALENSIBUS, L. CORNELIO LENTULO L. VALERIO FLACCO AEDILIBUS [2] CURULIBUS. [3] EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO ET L. ATTILIUS PRAENESTINUS. [4] MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII. GRAECA EST MENANDRU. ACTA PRIMUM TIBIIS

1. Qui fiebant in honorem magnae matris Deûm, Cybeles.

2. CURULES dicti sunt, a solio eburneo in quo sedebant, vel a curru quo vehi solebant. Aedilium officium erat, sacra, annonam urbis, & ludos procurare.

3. Inter actores maxime conspicui fuerunt, vel primis partibus, in fabulae hujus actione, functi sunt; (non enim est dubium, quin plures egerint). Quidam exponunt; *actioni praefuerunt.*

4. *Modi* fuerunt harmoniae, quae a perito quodam Musico temperabantur.

TIBIIS [5] IMPARIBUS; DEINDE DUABUS [6] DEXTRIS. ACTA III. EDITA M. JUVENTIO ET M. SEMPRONIO COSS.

* ANNO AB URBE CONDITA DXCI. ANTE CHRISTUM NATUM CLXI.

5. Tibiae *pares* erant, quae uno spiritu simul animabantur, ut clare nos docet Apulejus Florid. *I. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit, primus duas tibias uno spiritu animavit, primus laevis & dextris foraminibus, acuto finitu, gravi bombo, concentum musicum miscuit.* IMPARES TIBIAS Festus dicit, numero forαminum discretas. Servius ad Aeneid. XI. Tibiae *aut Serranae dicuntur, quae sunt* pares, *& aequales habent cavernas: aut Phrygiae quae &* impares *sunt, & inaequales habent cavernas.* Lindenbrog.

6. Varro Lib. I. c. 2. de R. R. Dextera tibia *alia quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis* modorum incentiva, altera succentiva. Lindenbrog. Sat's est hoc tenere, Dextras tibias uno fuisse foramine, Sinistras duobus. De diversis hisce tibiarum generibus, Salmasium, ad Carinum Vopisci; & in Exercitationibus Plinianis, accuratissime disputasse censent eruditi.

* Haec in Editione Minellii adjecta sunt, calculo, sine dubio ad fidem Fastorum consularium, instituto.

PER-

PERSONAE.

PROLOGUS.

ANTIPHILA, *amica Cliniae.*

BACCHIS, *amica Clitiphonis.*

CHREMES, *Clitiphonis pater.*

CLINIA, *Menedemi filius.*

CLITIPHO, *Chremetis filius.*

DROMO, *servus Menedemi.*

MENEDEMUS, *Cliniae pater.*

NUTRIX.

PHRYGIA, *ancilla.*

SOSTRATA, *Chremetis uxor.*

SYRUS, *servus Chremetis.*

PERSONAE MUTAE.

ARCHONIDES, *senex.*

CRITO, *senex.*

PHANIA, *senex.*

PHANOCRATES, *senex.*

PHILTERA, *anus.*

SIMUS, *senex.*

C. SUL-

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII HEAUTONTIMORUMENON.

In militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater:
Animique sese angebat, facti poenitens.
Mox ut reversus est, clam patrem divortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cum arcesseret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut ejus Bacchis venit amica, ac servolae
Habitum gerens Antiphila, factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri,
Decem minas meretriculae aufert a sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

JO.

JO. CALPHURNII
BRIXIENSIS VIRI CLARISSIMI
IN P. SEXTI TERENTII
HEAUTONTIMORUMENON.

PROLEGOMENA.

Haec fabula, Menandri Graeca: quae facta a Terentio Latina, nomen idem observavit, ne Graeci nominis euphoniam perderet: quod Terentius minus laudis existimaret propria scribere, quam Graeca transferre. Nomen habet a sene seipsum excruciante ob filii absentiam: quem amantem, duritia sua in militiam proficisci compulerat: ἑαυτὸν τιμωρούμενος, Latine, se ipsum excrucians interpretatur. Illud animadvertendum, omnes Terentianas fabulas, ex utroque genere mistas, praeter hanc. Nam Comoediae aut motoriae sunt, aut statariae, aut mistae. Motoriae, turbulentae: Statariae, quietiores: Mistae, ex utroque actu consistentes. In hac, quae

quae plurimum delectat & actu & stilo, primae partes sunt Menedemi & Chremetis: secundae Cliniae & Clitiphonis: tertiae Syri: & sic deinceps. Haec etiam, ut caeterae, quinque actus habet, Prologum concitatum. Nam & se purgat, & in laedendis adversariis est occupatus. Argumentum quoque non simplicis negotii habet, nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, [1] ut in fabulis.

1. *Ut in fabulis.* Mſ. & editi veteres, praeter Lindenbr. *Ut in ceteris fabulis.* Quae omnino vera videtur lectio. V.

PUB-

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS HEAUTONTIMORUMENOS.

PROLOGUS.

Ne cui ſit veſtrum mirum, cur [1] parteis ſeni
Poeta dederit, quae ſunt adoleſcentium,
[2] Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex [3] integra Graeca, integram comoediam
Hodie ſum acturus [4] Heautontimorumenon. 5
[5] Duplex quae ex argumento facta 'ſt ſimplici:
Novam eſſe oſtendi, & quae eſſet: nunc qui ſcripſerit,
Et cuja Graeca ſit, ni partem maximam
Exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem.

 Nunc

1. Officium, ſc. Prologi. per *Senem* intelligit ſe ipſum.

2. Quicquid alii dicant, certe Hyſterologia hic eſt; niſi DEINDE τῷ DICAM, deleto colo, jungatur, ut ſit, *Id dicam deinde, cur poeta* &c. ita ſenſus erit, *hoc dicam demum poſt aliud*, i, e. ubi aliud praemiſerim. Sc. *cur venerim* &c.

3. A nullo tractata, nunquam e Graeco traducta. niſi mavis accipere pro *non contaminata* vid. Prolog. Andr. v. 16. forte, *ex una unam*, non miſtam e duabus fabulis.

4. Explicat Cicero Tuſc. III. 27. *Quid ille Terentianus ipſe ſe puniens* ἑαυτὸν τιμωρούμενος? V.

5. Quia in ea omnes perſonae aut pleraeque geminantur, ut ſint duo ſenes, duo adoleſcentes, duae amicae. Iſta omnia ſimplicia erant in Menandro.

Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis
[6] dabo. 10
[7] Oratorem voluit esse me, non Prologum.
[8] Vestrum judicium fecit: me [9] actorem dedit.
Sed hic actor tantum [10] poterit a facundia,
Quantum ille potuit [11] cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum. 15
Nam [12] quod rumores distulerunt malevoli,
Multas contaminasse Graecas, dum facit
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: & deinde facturum [13] autumat.
Habet bonorum exemplum, [14] quo exemplo sibi 20
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod malevolus vetus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse [15] musicum
[16] Ami-

6. Breviter exponam. Sunt autem elegantia *dandi*, *accipiendi*, & *habendi* verba in narratione rerum, Ciceroni amata. V

7. Causae patronum V.

8. Causam suam vestro permisit arbitrio.

9. Destinavit me ad agendum contra calumniatores suos.

10. Eleganter dictum. Dicitur enim *posse*, de oratore ita eloquente, ut facile omnibus persuadeat. Reines. Inscript. III. 27. ORATORI POTENTISSIMO Porro A FACUNDIA, valet *per facundiam*, quod ad facundiam attinet. V.

11. Meditari, invenire.

12. i. e. quantum attinet ad rumores quos &c.

13. Gell. XV. 3. Autumo *significat &* dico, *&* opinor, & *censeo*. Adde Nonium. v. *Autumo*. V.

14. Eleganter repetitur Substantivum cum ipso relativo Pronomine. Cic. Divinat. in Caecil. *Si quod tempus accidisset*, quo tempore *aliquid a me requirerent*. V.

15. STUDIUM MUSICUM, exercitium scribendi comoedias. (Ille apud Aristophanem dicit se *Musicam* nescire, praeter literas. *Musicam* appellat orbem doctrinae, *literas* prima elementa. CALPHURNIUS.)

[16] Amicûm ingenio fretum, haud natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra [17] existimatio 25
Valebit. quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquûm possit, quam aequûm, oratio.
Facite aequi sitis: date [18] crescendi copiam;
Novarum qui spectandi faciunt copiam
Sine vitiis: ne ille pro se dictum existumet, 30
Qui nuper [19] fecit servo currenti in via
[20] Decesse populum: cur insano [21] serviat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias novas, nisi finem maledictis facit.
[22] Adeste aequo animo, date potestatem, mihi 35
[23] Statariam agere ut liceat per silentium.
Ne semper servus currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,

G 3 Avarus

16. Pro amicorum, videlicet Laelii & Scipionis. C.

17. Judicium. sic *existimare* pro judicare infra II. 3. 21. V.

18. Ordo est. *Date copiam crescendi* (iis poetis) *qui novarum* (Fabularum) *sine vitiis*, *faciunt copiam spectandi*; pro *spectandi novas* fabulas. Genitiv. pro Accusat. (*Crescere* dicuntur quorum fama & laus augetur. Virgil. Ecl VII. 25. *Pastores*, *hedera* crescentem *ornate poetam*. V.)

19. In comoedia sua introduxit v. finxit.

20. Decessisse, v. decedere de via. Notatur Lavinius quod decorum personae non servaverit; quid enim magis praeter decorum, quam ut populus *servo in via decedat?*

21. Sub. *servo*, v. *poetae*. SERVIAT, se accommodet, obsecundet.

22. Intenti estote, & auxilium ferte, more advocati qui clienti *adest*. C.

23. Comoediam scilicet a Cui opponitur *Motoria*. ill. tranquilla, haec tumultuosior. V. Vide Prolegomena Calphurnii, & versus sequentes unde haec interpretatio confirmatur. confer. & 44. 45.

Avarus leno, adſidue agendi ſint mihi,
Clamore ſummo, cum labore maxumo. 40
Mea cauſa cauſam hanc juſtam eſſe animum inducite,
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc novas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:
[24] Si qua laborioſa 'ſt ad me curritur:
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem. 45
In hac eſt pura oratio. experimini,
In [25] utramque partem ingenium quid poſſit meum.
Si nunquam avare pretium ſtatui arti meae,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maximum,
Quam maxume ſervire veſtris commodis: 50
[26] Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quam ſibi.

24. Promiſcue dicitur *ſi qua*, & *ſi quae* V.

25. Quid ars mea poſſit utrobique, & in Motoria, & in ſtataria Comoedia.

26. Senſus eſt. Ut adoleſcentuli hiſtriones poſthac meo exemplo (incitati) potius ſtudeant ſervire veſtris commodis, quam ſuis. Eſt vero rarior locutio, *exemplum ſtatuite*, in meliori ſenſu accepto. V.

ACTUS PRIMI.

SCENA PRIMA.

CHREMES. MENEDEMUS.

Ch. Quanquam haec inter nos [1] nuper notitia [2] admodum 'ſt:
Inde

1. Alii, *nupera.*

2. Qu. dic. *ad modum* usque, quo res illa eſſe poteſt. V.

Inde [3] adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es:
Nec rei fere ſane amplius quidquam fuit [4];
Tamen vel virtus tua [5] me, vel vicinitas,
[6] Quod ego in propinqua parte [7] amicitiae puto, 5
Facit, ut te audacter moneam & familiariter:
Quod mihi videre [8] praeter aetatem tuam
Facere, & praeter quam [9] res te adhortatur tua.
Nam proh Deûm atque hominum fidem! quid vis tibi?
Quid quaeris? annos ſexaginta natus es, 10
Aut plus eo, ut conjicio. agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii majoris, nemo habet:
Servos complureis: proinde quaſi nemo ſiet,
Ita tute attente illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi 15
Domum revortor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. denique
Nullum remittis tempus: neque [10] te reſpicis.
Haec non voluptati tibi eſſe, ſatis certò ſcio.

3. Cauſa notitiae adfertur: Vocula ADEO elegantiae inſervit majori quam ſi dixiſſet, *praecipue*. V.

4. Sub. *mihi tecum*.

5. *Me, ut te moneam*, pro *me te monere*. Sic mox in eadem hac ſcena. *Fac me ut ſciam*, pro *me ſcire*.

6. Quam rem.

7. AMICITIAE, Dandi caſus eſſe videtur, ut ſenſus ſit, *quod amicitiae proximum eſſe puto*. PARTE enim pro *loco* dixit. V.

8. Aliter quam aetati tuae convenit.

9. Facultates tuae ſvadent.

10. Tui ullam rationem habes, neque tibi parcis. V.

At enim dices, me, quantum hic operis fiat, [11] poenitet. 20
Quod in opere faciundo operae consumis tuae,
Si sumas in illis [12] exercendis, plus agas.
Me. Chreme, tantumne est ab re tua otii tibi,
Aliena ut cures, eaque, nihil quae ad te pertinent?
Ch. [13] HOMO SUM: HUMANI NIHIL A ME ALIENUM PUTO.
Vel me monere hoc, vel percontari puta. [25
[14] Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream
Me. [15] Mihi sic est usus: tibi ut opus facto 'st, face.
Ch. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet. *Me.* Mihi
Ch. Si quid [16] laboris est, nollem. sed quid istuc mali est, 30
Quaeso? [17] quid de te tantum meruisti? *Me.* Eheu!
Ch. Ne lacruma: atque istuc, quicquid est, fac me ut sciam
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi,

Aut

11. Parum videtur mihi quantulum operis, sc. rustici &c. Vide Eun. V. 7. 12.

12. ILLIS sc servis. *Exerceri* dicitur qui fatigatur, & ad opus faciendum impellitur. V.

13. Ostendit, quia homo sit, ideo se aliorum hominum utilitatem, aeque ac propriam curare debere. praeclara sententia.

14. Id videtur velle; *puta me hoc percontari ut*, si *rectum est*, quod facis, *ego* idem tecum faciam. *vel* puta *me hoc monere*, ut, si *non est* rectum, *te* inde *deterream*. Ceterum τo RECTUM EST, & NON EST, nescio cur cum quaestione expressit Vesterhovius.

15. Mihi sic expedit; Eu.

16. Si quid in animo molestiae est, quod te male habet. NOLLEM sub. *factum*. Usitata deprecandi formula. qu. dic. doleo vicem tuam. V.

17. Quid adversus te ipse peccasti quod tantas a te poenas sumis? V.

Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.
Me. Scire hoc vis? *Ch.* Hac quidem causa, qua dixi tibi. 35
Me. Dicetur. *Ch.* At istos rastros interea tamen
Appone: [18] ne labora. *Me.* Minime [19]. *Ch.* Quam rem agis?
Me. Sine me, vacivum tempus ne quod duim mihi
Laboris. *Ch* Non sinam, inquam. *Me.* Ah! non aequum facis.
Ch. Hui, tam graves hosce [20] quaeso? *Me.* Sic meritum 'st meum 40
Ch. Nunc loquere. *Me.* Filium unicum adolescentulum
Habeo. ah! quid dixi habere me? immo habui, Chreme:
Nunc habeam, necne, incertum est. *Ch.* Quid ita istuc? *Me.* Scies.
Est e Corintho hic advena anus paupercula:
Ejus filiam ille amare coepit perdite, 45
Prope jam ut pro uxore haberet. haec clam me omnia.
Ubi rem rescivi, coepi [21] non humanitus,
Neque ut animum decuit [22] aegrotum adolescentuli,
Tractare; sed vi, ac via pervolgata patrum.
Quotidie accusabam: hem, tibine haec diutius 50
Licere speras facere, me vivo patre,

G 5 Ami-

18. Vel hinc apparet, in ipso opere Chremem deprehendisse Menedemum. V.

19. Sc. cesso a labore, v. apponam rastra.

20. Sub. *rastros tractas* V.

21. Vesterhovius mavult NON HUMANITER i. e. duriter ac inclementer.

22. Amore laborantem, vel simpliciter, infirmum, debilem, propter aetatem; atque adeo leniter tractandum.

Amicam ut habeas prope jam in uxoris loco?
Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum [23] quod te dignum 'st facies: sed si id non facis, 55
Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.
Nulla adeo ex re istuc fit, nisi [24] ex nimio otio.
Ego [25] istuc aetatis, non amori operam dabam.
Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem: atque ibi
Simul rem & [26] belli gloriam armis repperi. 60
Postremo adeo res rediit: adolescentulus
Saepe eadem, & [27] graviter audiendo, victus est
Et [28] aetate putavit me, & benevolentia
Plus scire & providere, quam se ipsum sibi
In Asiam ad [29] regem militatum abiit, Chreme. 65
Ch. Quid ais. *Me.* Clam me profectus menses treis abest.
Ch. Ambo accusandi: etsi illud inceptum [30] tamen
Animi est [31] pudentis signum, & non instrenui.

Me.

23. Quod te decet.

24. Desidiam nimiumque otium illicitos alere amores tralatitium est. Ovid. Remed. Amor. 136.
Fac monitis fugias otia prima meis:
Haec, ut ames, faciunt. V.

25. Tanta iam existens aetate. ut *hoc noctis* Plaut. Amph. I. 1. 2. h. e. tam multa nocte. V.

26. Laudem, per praeclara gesta in bello.

27. Aegre, & iniquo animo. V.

28. Propter aetatem, quia senex eram.

29. Intelligitur Rex Persarum, qui & βασιλεὺς, βασιλεὺς μεγας, βασιλεὺς βασιλέων dictus Eun. III. 1. 7. & 11. V.

30. Sub. *adolescentis*, sc. abeundi in militiam. *το Tamen* ad etsi referendum est, ut sit *Tamen etsi*, quod Noster amat itaque omisi commá, quod Vesterhovius voculae huic praeposuit.

31. Verecundi, honesti.

Me. Ubi comperi ex iis, qui ei fuere conscii,
Domum revortor moestus, atque animo fere 70
Perturbato, atque incerto prae aegritudine:
Adsido, adcurrunt servi, soccos detrahunt:
Video alios [32] festinare, [33] lectos sternere,
Coenam apparare: [34] pro se quisque sedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam. 75
Ubi video haec; coepi cogitare: Hem! tot mea
Solius solliciti sint caussa, ut me unum [35] expleant?
Ancillae tot me [36] vestiant? sumtus domi
Tantos ego solus faciam? Sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius, 80
Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea 'st,
Eum ego hinc ejeci miserum injustitia mea.
[37] Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam. nam usque dum ille vitam istam [38] colet
Inopem, carens patria ob meas injurias, 85
Interea usque [39] illi de me supplicium dabo:
Laborans, quaerens [40], parcens, illi serviens.

Ita

32. Trepide concurrere Adelph. III. 2. 25. Phaed. III. 19. 9. Plaut. Cas. IV. 1. 5 & sequ. V.

33. Lectulis stratis antiqui coenitabant. Unde triclinium a tribus lectis dictum. C.

34. h. e. quantum quisque poterat. V.

35. Suis ministeriis, meis desideriis satisfaciant.

36. H. e. vestibus mihi conficiendis occupatae sint, nendo & texendo. V.

37. Haec cohaerent cum istis: SUMTUS DOMI TANTOS EGO SOLUS FACIAM? quae enim intermedia sunt parenthesin efficiunt. V.

38. Deget. Plaut. Cas. II. 1. 11. *Faciam, uti, proinde ut est dignus*, vitam colat. V.

39. Me illius caussa excruciabo.

40. Sub. *divitias*.

Ita facio prorsus: nihil relinquo in aedibus
Nec vas, nec [41] vestimentum: conrasi omnia,
Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico 90
Faciundo facile sumtum [43] exercerent suum:
Omnes produxi [44] ac vendidi: [45] inscripsi ilico
Aedeis mercede: [46] quasi [47] talenta ad quindecim
[48] Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo
[49] Decrevi tantisper me minus injuriae, 95
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser:
Nec fas esse ulla me voluptate hic frui,
Nisi ubi ille huc salvos redierit meus [50] particeps.
Ch. Ingenio te esse in * liberos leni puto,
Et illum obsequentem, si quis recte aut commode 100
Tractaret. Verum neque tu illum satis noveras,

Nec

41. Non intelligendae solae vestes proprie sic dictae, sed & vestes stragulae, tapetes, & similia Infra V. I. 30.V.

42. Sub. ad vendendum.

43. Tantum quaestus mihi facerent, unde eos alere possem. V.

44. Venales sc.

45. *Inscribere* simpliciter est venales aut locandas ponere aedes. *Inscribere mercede*, locandas dare; *inscribere pretio*, Vendendas ponere. V.

46. Circiter. V.

47. Talentum Atheniense parvum constat ex LX minis, seu libris. Talentum vero magnum constat ex octoginta tribus, & quatuor unciis. C.

48. Ex venditione collegi. V.

49. Mihi persuasi, sentio, existimo. Cic. Att. III. 15. *Quod aut in me ipso satis consilii esse decreras.* V.

50. Consors. Respicit morem Romanum, quo patre vivo filius habebat jus bonorum, sed mortuo demum possessionem. Unde filii passim apud Comicos audiunt *Heri minores*. V.

* Ita solent etiam de uno filio filiave Hec. II. 1. 15. V.

Nec te ille. [51] hocque fit, ubi non [52] vere vivitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes,
Nec tibi ille 'st credere ausus, quae [53] est aequom patri.
Quod si esset factum, haec nunquam evenissent tibi. 105
Me. Ita res est, fateor: peccatum a me [54] maximum est.
Ch. Menedeme, at porro recte spero [55], & illum tibi
Salvom adfuturum esse hic, confido, propediem.
Me. Utinam ita Dì faxint! *Ch.* Facient, nunc si commodum est,
[56] Dionysia hic sunt hodie; [57] apud me sis volo. 110
Me. Non possum. *Ch.* Cur non? quaeso, tandem aliquantulum
Tibi parce: idem absens facere te hoc vult filius.
Me. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,

Nunc

51. Qui item cum Mureto: HOC UBI FIT, IBI NON &c. sensu planiore.

52. Recte, ut decet.

53. Sc. consilia, secreta: mox sub. *credere* i. e. committere.

54. Sensus erit expeditus, si MAXIMUM pro Adverbio sumtum valet MAXIME, ut *primum*, *postremum*, & similia. V.

55. Sub. *eventurum*. V.

56. h. e. Bacchanalia. Dionysii autem, qui & Bacchus dicitur, sacra, a plerisque Graeciae urbibus triennio quoque celebrabantur. C. Videtur sermo esse de iis Liberalibus, quae tempore vindemiae agebantur ruri. V.

57. Dicebant *esse apud aliquem*, & *cum aliquo*, pro coenare. Plaut. Stich. IV. 1. 11. *Cras* apud me eritis, *& tu & ille*, *cum vostris uxoribus*. V.

Nunc me ipſum fugere [58]. *Ch.* Siccine eſt ſententia?
Me. Sic. *Ch.* Bene vale. *Me.* Et tu. *Ch.* Lacrumas excuſſit mihi, 115
Miſeretque me ejus. Sed [59] ut diei tempus eſt
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad coenam ut veniat. ibo, viſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit [60] monitore: jam dudum domi
Praeſto apud me eſſe ajunt. egomet convivas [61] moror. 120
Ibo adeo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores
Hinc a me? quisnam egreditur? huc conceſſero.

58. Sub. *laborem.*

59 Prout nunc eſt hora diei, vel proceſſit dies.

60. Ob horologiorum defectum utebantur ſervis *monitoribus*, qui coena parata vocatos admonerent, Martial. VIII. 67. 1. *Horas quinque puer nondum tibi nunciat, & tu Jam conviva mihi, Caeciliane, venis.* V.

61. Facio eos me expectare.

ACTUS PRIMI
SCENA SECUNDA.
CLITIPHO. CHREMES.

Cl. Nihil adhuc eſt, quod vereare, Clinia: haudquaquam [1] etiam ceſſant:
Et illam ſimul, cum nuntio, tibi hic ego adfuturam hodie ſcio:

Et

1. Nondum adventum differunt. C. Pareus Dromonem & Syrum intelligit: Guietus mulieres: ego Dromonem ſervulum Cliniae, cum Antiphila. Firmatur hoc verſu proximo ſequenti, ubi ILLA eſt Antiphila, NUNTIUS Dromo. V.

Proin tu sollicitudinem istam falsam, quae te excruciat, mittas.

Ch. Quicum loquitur filius?

Cl. Pater adest, quem volui: adibo. pater, opportune advenis. 5

Ch. Quid id est? *Cl.* Hunc Menedemum nostin', nostrum vicinum? *Ch.* Probe.

Cl. Huic filium scis esse? *Ch.* Audivi, esse in Asia. *Cl.* Non est, pater:

Apud nos est. *Ch.* Quid ais! *Cl.* Advenientem, e navi egredientem ilico

[2] Abduxi ad coenam: nam mihi magna cum eo jam inde usque a pueritia

Fuit semper familiaritas. *Ch.* Voluptatem magnam nuntias. 10

Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie, [3] amplius:

Ut hanc laetitiam nec opinanti primus ei [4] objicerem domi.

Atque etiam nunc tempus est. *Cl.* Cave faxis, non opus est, pater.

Ch. Qua propter? *Cl.* Quia enim incertum 'st etiam, quid se faciat [5]: modo venit.

Timet omnia, patris iram & animum amicae, [6] se erga ut fiet suae: 15

Eam

2. Amicis peregre redeuntibus coena dari solebat, apud veteres, quae *Adventitia* dicebatur. (Hoc fiebat die primo; postero munuscula mittebantur. V.)

3. AMPLIUS ad *invitatum* referendum est: ut sit sensus; majori cum studio, vel effectu invitatum.

4. *Objicere* de re inopinata dicitur, & bona & mala Adelph. IV. 4. 1. V.

5. Sub. *Clinia*, quid incepturus, quam agendi, aut vivendi rationem initurus sit.

6. Qualis erga se sit.

Eam miſere amat: propter eam haec turba, atque abitio evenit. *Ch.* Scio.

Cl. Nunc ſervolum ad eam in urbem miſit, & ego noſtrum una Syrum.

Ch. Quid narrat? *Cl.* Quid ille? ſe miſerum eſſe. *Ch.* Miſerum! [7] quem minus credere 'ſt!

Quid [8] reliqui 'ſt, quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona?

Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias. 20

Atque haec perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet:

Qui uti ſcit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala.

Cl. Immo ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis

Vereor, quam ne quid in illum iratus plus ſatis faxit, [9] pater.

Ch. Ille ne? ſed reprimam me: nam in metu eſſe [10] hunc, illi eſt utile. 25

Cl. Quid tute tecum? *Ch.* Dicam. [11] ut ut erat, manſum tamen oportuit.

For-

7. Quis eſt homo, vel, vix eſt, qui minus miſer illo exiſtimandus ſit. (QUEM-CREDERE EST. Helleniſmus. Adelph. V. 3. 42. Plaut. Truc. II. 6. 20. *An me maleficio* vincere eſt? V.

8. Omiſſum eſt, deeſt; mox IN HOMINE pro homini, v. reſpectu hominis.

9. Vocandi caſus eſt, quo Chremetem compellat Clitipho. V.

10. Sc. Cliniam (qui ſane in metu erat, timens *omnia: patris iram*, &c.) ILLI, Clitiphoni, hoc erat *utile*. Unde mox Chremes: *Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod* ex uſu ſiet. V.

11. Qualiscunque erat pater. V. MANSUM, pro manſiſſe, Cliniam ſc.

Fortasse aliquantum iniquior erat [12] praeter ejus lubidinem.

Pateretur: nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex hujus vivere?

Et [13] quod illum insimulat durum, id non est. nam parentum [14] injuriae 30

Uniusmodi sunt ferme: [15] paullo qui est homo tolerabilis.

[16] Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier:

Praebent exigue sumtum. atque haec [17] sunt tamen ad virtutem omnia.

Verum ubi animus [18] semel se cupiditate devinxit mala,

[19] Necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia. hoc 35

Scitum

12. Contra vel plus quam placebat Cliniae. PATERETUR, pro pati debebat.

13 Anticipat objectionem filii. Nota elegantem usum voculae, *quod*, initio periodi; & in transitione ab uno ad aliud: & vide Perizonium ad Sanctii Minervam pag. 126. 127.

14. Loquitur ex mente adolescentum; qu: dic. injuriae sic dictae, vel actiones quae injustae habentur.

15. Erga filium, qui aliquatenus est tolerabilis. Ita ut vel *magis* subaudiatur; vel Positivus pro Comparativo stet. Alii, de patribus intelligunt per Enallagen Numeri. Locus sane non est liquidissimus.

16. Sc. hae sunt illae injuriae, quod (eos) *scortari* &c.

17. Valent, vel spectant *ad virtutem* adolescentibus insinuandam.

18. H. e. ita se devinxit, ut semel & in perpetuum devinctus maneat. V.

19. Non potest non fieri, ut inde sequantur talia incoepta, atque hoc Cliniae: nempe ut profugiant a parentibus &c.

Scitum eſt; [20] periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu fiet.

Cl. Ita credo. *Ch.* Ibo hinc intro, ut videam nobis quid coenae fiet.

Tu, ut [21] tempus eſt diei, vide ſis, ne quo hinc abeas longius.

20. Experimentum ſumere ex aliis, quod utile ſit ſumenti. Alieno ſapere periculo, praeclarum eſt.

21. Prout hora diei poſtulat. V.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

CLITIPHO.

Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices!

Qui aequum eſſe cenſent, nos jam a pueris ilico naſci ſenes:

Neque illarum [1] affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.

Ex ſua lubidine [2] moderantur, nunc quae eſt, non quae olim fuit.

Mihi ſi unquam filius erit, nae, ille [3] facili me utetur patre, 5

Nam

1. *Affines* proprie ſunt conter mini in finibus agrorum. Unde & conſangvineos notant, & delictis obnoxios & vitiis. Affinis ſceleris, ſuſpicionis, turpitudini, culpae, facinori, Cicero dixit. V.

2 Regunt nos.

3. Leni, indulgenti.

Nam & [4] cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus.
Non ut meus [5], qui mihi [6] per alium ostendit suam sententiam.
* Perii! is mihi, ubi adbibit plus paullo, [7] sua quae narrat facinora!
Nunc ait: periculum ex aliis facito tibi quod ex usu siet.
[8] Astutus! nae ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret [9] fabulam. 10
Magis nunc me amicae dicta stimulant: [10] da mihi, atque affer mihi.
Cui quid respondeam nihil habeo: neque me quisquam est miserior.
Nam hic Clinia, etsi is quoque [11] suarum rerum satagit: attamen
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciae,

 Mea

4 Illi dabitur facultas agnoscendi peccatum suum, sc. per benignam meam & mollem admonitionem, & simul mihi dabitur facultas agnoscenti ignoscendi. Fateor locum hunc mihi esse ambiguum. Ex annotatis Calphurnii videtur hic sensus sequi, Mihi dabitur facultas, & cognoscendi peccatum ejus, & ipsi ignoscendi; ut qui alias ipse erraverim.

5. Sub. *pater ero.*

6. In alio; nempe de Clinia judicans.

* Qu. dic. O me miserum qui tam iniquo utar patre.

7. Id vult Clitipho, patrem ipsum non abstinuisse iis rebus, quas nunc in se reprehendat. V.

8. Salsa Ironia. qualis illa Davi de hero And. I. 2. 12. V.

9. Irrita mihi det praecepta. V.

10. Haec verba sunt amicae. C.

11. Satis occupatus est rebus suis. Plaut. Bacchid. IV. 3. 23.

Nunc

Mea est [12] potens, [13] procax, [14] magnifica, sumtuosa, [15] nobilis. 15

[16] Tum, quod dem ei, recte est. nam nihil esse mihi, religio 'st dicere.

[17] Hoc ego mali non pridem inveni: neque etiamdum scit pater.

Nunc agitas sat *tute* tuarum rerum: *egone ut opem mibi Ferre putem posse inopem te?* V.

Laboris & curarum, perinde atque ego, ex suo amore habet satis.

12. Amatori imperans. V.

13. Petax, seu assidue petens. ab antiquo *procare*, quod poscere est teste Festo. V.

14. Splendori magnificentiaeque dedita.

15. Explicant de Famosa & omnibus nota: possit tamen & ad familiae splendorem referri. V.

16. Loci sensus dubius est. Ego sic intelligo: porro hoc miser sum, quod *recte* i. e. satis est mihi (in bonis patris) quod illi dem, adeoque illi optimo jure a me poscere licet; & *nihil esse mihi*, metuo dicere. Alii sic explicant: solum *quod illi dem*, τὸ RECTE est, (*Ja nok*, *ja vel*); donum meum in solo adsensu ad petitionem, & mero promisso, daturum me esse, consistit.

17. Dudum incidi in hoc malum, amorem hujus meretricis sc.

ACTUS SECUNDI
SCENA SECUNDA.
CLINIA. CLITIPHO.

Clin. Si mihi [1] secundae res [2] de amore meo essent, jam dudum scio

Ve-

1. Felices, faciles. *Secundum* a *sequendo* dictum. quae autem *sequuntur* facilia sunt. V.

2. Quod amorem meum attinet. quem usum voculae *de* nota.

3. Sc. servus & Antiphila. C.

Venissent [3]. Sed vereor ne mulier me absente hic corrupta sit.
Concurrunt multae opiniones, quae mihi [4] animum exaugeant
[5] Locus, occasio, aetas, mater, cujus sub imperio 'st, mala:
Cui nihil jam praeter [5] pretium dulce 'st. *Clit.* Clinia. *Clin.* Hei misero mihi. 5
Clit. Etiam caves? ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens.
Clin. Faciam: sed nescio quid profecto mihi animus praesagit mali.
Clit. [6] Pergin' istuc prius dijudicare, quam scis, quid veri siet?
Clin. Si nihil mali esset, jam hic adessent. *Clit.* Jam aderunt. *Clin.* Quando istuc erit?
Clit. Non cogitas hinc longule esse? & nosti mores mulierum: 10
Dum [7] moliuntur, dum comuntur, [8] annus est. *Clin.* O Clitipho.

4. Si ita scripsit Terentius, videtur ANIMUM intellexisse θυμὸν seu affectiones. quando id voluit Clinia, metum sibi augeri. V.

5. LOCUS Athenas luxuria diffluentes designat. OCCASIO respicit solitudinem Antiphilae amantibus aptam. AETAS ita dixit, uti Chrysis ferme moriens de Glycerio And. I. 5. 51. V.

5. Lucrum, pecunias.

6. Id arbitrari tu perseveras? Interrogatio haec reprehensionis vim habet.

7. Instruuntur, finguntur, ornantur. * *Moliri* est, magnum opus incipere: unde

Timeo. *Clit.* Respira: eccum Dromonem cum Syro, una adsunt tibi.

de & *struere* notat. Possint igitur videri significari fastigatae mulierum frontes. Juvenal. VI. 503.

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Aedificat caput. V.

8. Hyperbolice, pro tempore longissimo.

ACTUS SECUNDI.

SCENA TERTIA.

SYRUS. DROMO. CLITIPHO. CLINIA.

Sy. Ain' tu? *Dr.* Sic est. *Sy.* Verum interea dum sermones [1] caedimus

Illae sunt relictae. *Clit.* Mulier tibi adest, audin' Clinia?

Clin. Ego vero audio nunc demum, & video, & valeo, Clitipho.

Dr. Minime mirum [2], adeo impeditae sunt [3]: ancillarum gregem

Ducunt secum. *Clin.* [4] Perii! unde illi sunt ancillae? *Clit.* Men' rogas? 5

Sy.

1. Alternis loquimur, colloquimur. κόπτειν λόγους, ῥήματα dixisse Graecos auctor est Priscianus Instit. Lib. XVIII. Adde Non. Marcellum v. *caedere*. V.

2. Sc. mulieres esse refectas.

3. Sc. ipso ancillarum grege, tum vestibus pretiosis. V.

4. Cliniae suspicio, quod amica corrupta sit, ab ancillarum grege oritur, has enim ab aliis amatoribus esse putat. *Calph.*

Sy. Non oportuit [5] relictas: portant [6] quid rerum! *Clin.* Hei mihi!

Sy. [7] Aurum, vestem: & vesperascit, & non noverunt viam.

Factum a nobis stulte est. abi dum tu, Dromo, illis obviam.

Propera: quid stas? *Clin.* Vae misero mihi, quanta de spe decidi!

Clit. Quid istuc? quae res te sollicitat autem? *Clin.* Rogitas quid siet? 10

[8] Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam ego cum una ancillula

Hic reliqui: unde ea [9] esse censes? *Clit.* Vah! nunc demum intelligo.

Sy. Dì boni [10] quid turbae est! aedes nostrae vix capient, scio,

[11] Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?

Sed video, eccos, quos volebam. *Clin.* O Jupiter! ubinam est fides? 15

5. i. e. *relinqui* mulieres. participium pro infinitivo.

6. Quantam copiam rerum portant secum! Andr. I. 2. 1. *Dì boni*, *boni* QUID *porto!*

7. Aurea mulierum ornamenta & vestes pretiosas. *aurum vestem*, per Hendyadin, pro vestibus auro distinctis, dici putat Vesterhov.

8. Loquitur per admirationem & indignationem de absente adhuc Antiphila. V.

9. Sub. *illi*.

10. Quanta est haec *mulierum* caterva.

11. Quantum cibi potusque absument. Mallem hic exclamationis, quam quaestionis signum esse.

Dum ego propter te [12] errans patria careo demens, tu interea [13] loci
Conlocupletasti te, Antiphila: & me in his deseruisti malis:
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens
[14] Cujus nunc pudet me & miseret: qui [15] harum mores [16] cantabat mihi,
Monuisse frustra, neque potuisse unquam ab hac [17] me expellere. 20
Quod tamen nunc faciam [18]: tum, quum [19] gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. *Sy.* Hic [20] de nostris verbis errat videlicet,

Quae

12. Peregrinabundus, v. potius vagabundus.

13. *Loci* abundat per pleonasmum. Plaut. Men. III. 1. 1.
Plus annis triginta natus sum, quum interea loci
Nunquam quicquam facinus feci pejus,
Quam hodie.

14. Cum de patre cogito, pudore afficior, quod *frustra me monuerit, neque potuerit unquam* &c. vers. sequ.

15. Meretricum. HARUM dixit per contemtum, vel indignationem.

16. Frequenter dicebat. Antiqui *canere* pro *eloqui* dixerunt. Calph. CANTABAT. praedicebat. locutio ab oraculis desumta, quae & praedicebant & canebant simul. Justin. XL. 7. *Antiqua oracula* cecinisse. Plaut, Trin. II. 2. 10.
Haec dies noctesque tibi canto, *ut* caveas. V.

17. Ab ejus amore me abstrahere.

18. Sub. *ut possit* sc. me ab hac expellere, quod modo dixit. v. ipse nunc faciam, quod pater antea non potuit.

19. Cum gratiam patris meo obsequio demereri potui. Notandus usus τοῦ GRATUM. Sic Phaedr. I. 22. 5. GRATUM *esset*, & *dedissem veniam supplici*. V.

20. Propter verba nostra, *de auro* &c., non recte intellecta, incidit in erroneam, de fide amicae, opinionem.

Quae hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est [21] accipis:
Nam & vita [22] est eadem, & animus te erga idem, ac fuit:
Quantum [23] ex ipsa re conjecturam cepimus. 25
Clin. Quid est, obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium 'st
Quod malim, quam me hoc falsò suspicarier.
Sy. Hoc primum, ut ne quid [24] hujus rerum ignores, anus
Quae est dicta mater ei esse antehac, non fuit:
Ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere [25] alterae 30
Dum narrat, forte audivi. * *Clin.* Quaenam est altera?
Sy. Mane: hoc, quod coepi, primum enarrem, Clitipho.
Post istuc veniam. *Clit.* Propera. *Sy.* Jam primum omnium,
Ubi ventum ad aedes [26] est, Dromo pultat fores:
Anus quaedam prodit: haec ubi aperuit ostium, 35
Continuò hic [27] se conjecit intro: ego consequor.
Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit.

 [28] Hinc

21. Judicas de eo aliter, quam re verâ est.

22. Antiphilae.

23. Ex signis quae dicturus est. Calph. (argumentis, ex ipsa conditione Antiphilae desumtis, concludimus.

24. Rerum, quae ad Antiphilae conditionem & vitam pertinent.

25. ALTERAE antiquum est: nos *alteri* dicimus: Calph.

* Sine dubio Clitiphonis persona hic reponenda, ut cui servus vers. sequ. respondet.

26. Antiphilae.

27. Magno cum impetu intro abiit. V. Non vero temere hac dictione utitur auctor, sed ut inopinatum servi interventum exprimat.

[28] Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente [29] exegerit,
Ubi de improviso [30] interventum est mulieri. 40
Nam ea res dedit tum [31] existumandi copiam,
Cotidianae vitae consuetudinem,
[32] Quae, cujusque ingenium ut sit, declarat maxume:
Texentem telam [33] studiose ipsam offendimus:
Mediocriter vestitam veste lugubri, 45
Ejus [34] anuis causa, opinor, quae erat mortua:
Sine auro, tum ornatam, ita uti quae ornantur [35] sibi.

Nulla

28. Ms. Bodl. apud Vesterhov. HIC, quod praeferrem, ut magis congruum τῷ *nusquam alibi*. valet autem; *hac in re*, *hac occasione*, aut *nulla alia*. innuit, exercitium Antiphilae, tam ex improviso deprehensae, multum valere ad demonstrandam ejus pudicitiam.

29. Transegerit, traduxerit.

30. *Intervenitur* proprie occupato & nec opinanti. Adelph. III. 4. 42. quales & *deprehendi*, & *opprimi* dicuntur. V.

31. Judicandi, quibus studiis quotidie (maxime) vacet Antiphila. (*Aestimare* est considerare. EXISTIMARE vero judicare. nam prius consideramus ea quae judicanda sunt. Calph.).

32. Sc. Consuetudo vitae quotidianae.

33. *Tela* dicitur id quod texitur, quasi *texilla* uti vexillum (per Syncopam) format *velum*, ab axilla est *ala* V. STUDIOSE. gnaviter, cum cura & diligentia.

34. Citat hunc versum Gellius IV. 16. plura ejusdeclinationis adferens exempla. & Priscianus Lib. VI. & VII. *V.*

35. In suam ipsarum gratiam; sibi ut placeant, non amatoribus. (Hieron. ad Gaudent. φιλόκοσμον *genus foeminarum est*, *multasque etiam insignis pudicitiae quamvis nulli virorum*, *tamen* SIBI *scimus libenter* ORNARI. Lindenbruch.)

Nulla [36] mala re esse expolitam muliebri:
[37] Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus [38] negligenter: pax! *Clin.* Syre mi, obsecro, 50
Ne me in laetitiam frustra conjicias. *Sy.* Anus
[40] Subtemen nebat. praeterea una ancillula
Erat,

36. RES MULIEBRES vocat pigmenta & reliquas offucias, quibus mulieres sese ungere consueverunt, ut pulchriores videantur. Lindenbruch. (MALA. i. e. ficta fallaci: vel qua malae mulieres, h. e. meretrices uterentur. Alii Cod. *Malam* habent, id est maxillam: quod non video cur rejiciat Vesterhovius).

37. CAPILLUM dicit more suo crinem incultum. PASSUS, id est *sparsus*. Virgil. (Aeneid. I. 480.) *Crinibus Iliades* passis. Calph. Erat vero haec res vel primarium luctus indicium. Virgil. Aen. I. 480.
Crinibus Iliades passis, *peplumque ferebant*
Suppliciter tristes, & tunsae pectora palmis. V.

38. Incompositus, sine omni artificii vel elegantiae cura, per ipsius humeros effusus. Hoc est quod Ovidius dicit. Heroid. XV. 73.
Ecce jacent collo *sparsi* sine lege *capilli.*

PROLIXUS (modo ante, in longum demissus. PAX! Silentii sibi aliisve indicendi Interjectio est, valetque *st*. Bembino Codici adscriptum fuerat teste Faerno: *Tranquillantis*, *admirantis*, *& sollicitudinem adimentis.* V. Ad hunc Terentii locum omnino respexit Ausonius in Technopaegnio; dicens;
Totum opus hoc sparsum,
crinis velut Antiphilae,
pax! Lindenbruch.

40. SUBTEGMEN. i. e. filum, quod in tela texenda stamen intercurrit. Calph. Tria sunt diversa in pannorum textura, scilicet *stamen*, *subtemen*, quod & substamen dixeris, & *trama*. In stamine & trama illud commune quod filo constant duriore, & magis retorto; subtemen molliore & minus retorto. Rem ipsam explicitam dedit Ovidius Metam. VI. 54.

Et

Erat, ea texebat una: pannis obsita,
[41] Neglecta, immunda illuvie. *Clit.* Si haec sunt, Clinia,
Vera, uti credo, quis te est fortunatior? 55
Scin' tu [42] hanc, quam dicit [43] sordidatam & sordidam?
Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxiam,
Quum ejus tam [44] negliguntur internuntii:
Nam [45] disciplina est eisdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui [46] affectant viam. 60
Clin.

Et gracili geminas intendunt stamine telas.
Tela jugo vincta est: stamen secernit arundo:
Inseritur medium radiis subtemen acutis;
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
Percusso feriunt inserti pectine dentes.
Adde Senec. Epist. XC. *V.*

41. Inculta, & sordibus foeda.

42. Ita destinxerim: SCIN TU? HANC QUAM DICIT &c. Verborum sensus est: *Haec, quam dicit sordidatam & sordidam, magnum quoque signum est, dominam esse extra noxiam.* V.

43. Habitu SORDIDATAM & veste, corpore SORDIDAM & illuvie. Calph.

44. Negligenter curantur, habentur. (INTERNUNTII. qui (vel quae) nuntia ferunt ad amatores, & referunt ad amatas. Calph.) Ministri & ministrae.

45. Mos & institutum. Plaut Asin. I. 3. 49.
Si aes habent, dant mercem, eadem nos disciplina utimur.
Eandem disciplinam praecipit Magister amorum, Arte Am. I. 351.
Sed prius ancillam captandae nosse puellae
Cura sit: accessus molliet illa tuos. ---
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando, (corrumpito dando)
Quod petis, e facili, si volet illa, feres. V.

46. Magno conatu quaerunt. V.

Clin. Perge, obſecro te, & cave, ne falſam [47] gratiam
Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
Sy. Ubi dicimus rediſſe te, & rogare uti
Veniret ad te: mulier telam [48] deſerit
Continuo, & lacrumis [49] opplet os totum ſibi: ut 65
Facile [50] ſcires, deſiderio id fieri tuo.
Clin. Prae gaudio, ita me Dî ament, ubi ſim neſcio:
Ita timui. *Clit.* At ego nihil eſſe ſcibam, Clinia.
Agedum viciſſim, Syre, dic quae illa 'ſt altera?
Sy. Adducimus tuam Bacchidem. *Clit.* Hem! quid? Bacchidem? 70
[51] Eho ſceleſte, quo illam ducis? Quo illam ego? ad nos ſcilicet.
Clit. Ad patremne? *Sy.* Ad eum ipſum. *Clit.* O hominis impudentem audaciam!
Sy. Heus! NON FIT SINE PERICLO FACINUS MAGNUM ET MEMORABILE.
Clit. [52] Hoc vide! [53] in mea vita tu tibi laudem is quaeſitum, ſcelus:

[54] Ubi

47. Mendacio meam benevolentiam captare.

48. Faernus & Guietus ex Cod. Bembino. DESINIT. quod forte elegantius. Cic. Fam. VII. 1. *Libenter*, *meherle*, artem definerem. Virg. Ecl. VIII. 61. Deſine *Maenalios*, *iam* deſine, *tibia* verſus. V.

49. Nam ex nimio gaudio interdum lacrymae provenire ſolent. Calph. OS per Synecdochen pro facie.

50. Scire potuiſſes, vel potius, ſciri poſſet.

51. Interjectio admonentis attentionem, &, ut ſiſtatur gradus, poſcentis. Calph.

52. Admirantium & indignantium formula. Vide Adelph. II. 2. 20. V.

53. Vitae meae periculo.

[54] Ubi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim. 75
[55] Quid illo facias? *Sy.* At enim [56]. *Clit.* [57] Quid enim? *Sy.* Si ſinas, dicam. *Clin.* Sine.
Clit. Sino. *Sy.* Ita res eſt haec nunc, quaſi cum [58]. *Clit.* Quas, [59] malum, [60] ambages mihi
Narrare occipit? *Clin.* Syre, verum hic dicit; mitte: ad rem redi.
Sy. Enimvero reticere nequeo: multimodis injurius
Clitipho, es; neque ferri potis es. *Clin.* [61] Audiendum hercle eſt: tace. 80

Sy.

54. In qua re ſi minimum quidem erraveris, vel ea non plane ex ſententia tua ceſſerit.

55. Hoc ad Cliniam converſus dicit Clitipho, Syrum innuens. V. Senſus eſt mihi ambiguus. aut rogat, quomodo in tam impudentem ſervum animadvertendum cenſeat. aut, quid effecturus ſit boni, vel effectum iri putet, opera tam ſceleſti hominis.

56. Sermo interruptus ab irato Clitiphone; quem nihil adtinet ſupplere: veri tamen ſimiliter, ſervus exponere vult rationes conſilii ſui, de adducenda Bacchide.

57. Quid tu mihi cum tuo ENIM dicere vis?

58. Mſ. Bodl. ſupraſcriptum habet. ALEIS LUDAS. V. Subintelligendum videtur, quod Clitipho velit compos eſſe voti ſui ſine periculo: quemadmodum ſi quis ſine belli periculo velit conſequi victoriam. Calph.

59. MALUM. Adverbium eſt interpoſitae indignationis. Idem.

60. Circuitiones verborum, tricas nihil ad rem attinentes.

61. Hic reprimit Clitiphonem, qui iterum obturbare velle videbatur: & ſane reprehenſio Syri in herum magis ad rem adtinebat, quam neſcio quae comparatio, quam prius inſtituere occepit. ita Clinia non male ſibi.

Sy. Vis amare, vis potiri [62]: vis, quod des illi, [63] effici:
Tuum eſſe in potiundo periclum non vis: [64] haud ſtulte ſapis:
Siquidem id ſapere 'ſt, velle te id, quod non poteſt contingere.
Aut [64] haec cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.
Harum duarum [65] conditionum nunc utram malis, vide [66]: 85
Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio,
Nam tua apud patrem amica tecum ſine metu ut ſit, copia [67] 'ſt.
Tum, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam via

Quod

ſibi conſtat, quod putat Veſterhovius. Fac vero illum minus ſibi conſtare; Quis miretur hoc in adoleſcente amatore?

62. Sub. *amata* cui & *τὸ* ILLI, quod mox ſequitur, reſpondet.

63. Pecuniam tibi a me inveniri. Eſt autem *efficere*, ingenio & induſtria perficere. V.

63. Docte, magno cum judicio: HAUD STULTE addit, ad Ironiae vim intendendam.

64. Pericula pro emolumentis ſubeunda.

65. CONDITIO Eſt, inter plura eligenda, ſortis oblata electio. *Conditionum*, id eſt optionum, electionum. Calph. Sc. aut cum periculo potiri amica, aut eam ſine periculo amittere.

66. In quibusdam Mſſ. additum ex gloſſa, *cogita*, *examina*. V.

67. Occaſio offertur.

Quod ut efficerem, orando [68] surdas jam aures reddideras mihi.
Quid [69] aliud tibi vis? *Clit.* Siquidem hoc fit. *Sy.* [70] Siquidem! experiundo scies. 90
Clit. Age, age, cedo istuc tuum consilium: quid id est? *Sy.* Adsimulabimus,
Tuam amicam hujus esse. *Clit.* Pulchre [71]. Cedo quid hic faciet sua?
An ea quoque dicetur hujus, si una haec [72] dedecori est parum?
Sy. Immo ad tuam matrem abducetur [73]. *Clit.* Quid eò? *Sy.* Longum 'st, Clitipho,
Si tibi narrem. Quamobrem id faciam, [74] vera causa est. *Clit.* Fabulae! 95
Nihil satis firmi video, quamobrem [75] accipere hunc mihi expediat metum.
Sy. Mane. habeo aliud, si istud metuis: quod ambo confiteamini
Sine periclo esse. *Clit.* Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi. *Sy.* Maxume.
Ibo obviam [76] hinc: dicam ut revortantur domum. *Clit.* Hem!

Quid

68. Ita solent de sermone molesto & saepius iterato. V.

69. Quid amplius optas? quam sc. argento & amica potiri.

70. Cum stomacho repetit verbum Clitiphonis, per quod videbatur adhuc dubitare.

71. Ironia: sub. *excogitasti.*

72. Turpe est habere unam amicam, nedum duas. Calph.

73. Sc. Antiphila.

74. Justa, idonea.

75. Hoc loco ACCIPERE de re mala usurpatur. uti apud Nep. in Con. I. *Calamitatem* accipere. V.

76. E vestigio obviam ibo mulieribus; ridicule elu-

Quid dixti? *Sy.* Ademtum tibi jam faxo omnem metum, 100
[77] In aurem utramvis otiose ut dormias.
Clit. Quid [78] ago nunc? *Clin.* Tune? [79] quod boni est. *Clit.* Syre, [80] dic modo
Verum. *Sy.* [81] Age modo, hodie sero, ac nequicquam voles,

Clin.

ludit Clitiphonem, qui tale consilium minime expectabat.

77. Loco proverbii, in eos, qui securi & otiosi vitam ducunt. Per aurem latus designat. Calph.

78. Praesens tempus pro futuro: (Formula est dubitantis & solliciti. V.)

79. Quod ad bonum, vel commodum tuum pertinet. hoc â Clitiphone abruptum, junge cum initio versus abhinc secundi; ubi DATUR, *offert se*, denotat: hoc vero BONI, vel *bonum*, erat *amica frui*. Muretus apud Vesterhovium sic continuat sermonem Cliniae interruptum: QUOD BONI DATUR MODO, FRUERE, DUM &c. Sed sic vocula EST prorsus vacat. Possit vero BONI EST, exponi per, *bono viro convenit:* Tum vero DATUR pro *datê* positum. Dato autem commodo frui, non modo licet, verum etiam oportet.

80. Alii hoc Syri personae tribuunt, qui reversus dominum, quid velit, roget: Tum Clitipho VERUM respondet, quasi vel incertus adhuc consilii, vel poenitens quod Syrum revocaverit. Personas nihil mutandas puto. Clitipho cupiens servum retinere, jubet eum quidvis dicere, dummodo verum dicat. vel rogat ut serio exponat sibi rationem consilii sui. To VERUM, puncto ante posito, Vesterhovius putat Cliniae responderi a Clitiphone, q. d. *verum est quod dicis.*

81. Servus illudens herum, hortatur ut in suo perseveret consilio, de reducendis mulieribus; nunc enim sero & frustra eum

Clin. Datur: fruare dum licet, nam nescias,
Ejus sit potestas, posthac, an nunquam tibi. 105
Clit. Syre, inquam. *Sy.* Perge porro [82], tamen istuc ago.
Clit. [83] Verum hercle istuc est. Syre, Syre inquam, heus heus Syre.
Sy. [84] Concaluit. quid vis? *Clit.* Redi, redi. *Syr.* Adsum, dic quid est?
Jam hoc quoque [85] negabis tibi placere? *Clit.* Immo, Syre,
Et me, & meum amorem, & famam [86] permitto tibi. 110
Tu es [87] judex: ne quid accusandus sis, vide.
Sy. Ridiculum est, te istuc me admonere, Clitipho:
Quasi istic [88] minor mea res agatur, quam tua.
Hic si quid nobis forte adversi evenerit,

Tibi

velle amica cum periculo potiri. Potest & exponi: Perge me revocare, hoc vespere, frustra perges.

82. Sc. me revocare, nihilominus meum persequar propositum, ut mulieribus dicam redire domum.

83. Hercle verum est, quod ait, abit enim. V.

84. Hoc secum servus, vel ad spectatores loquitur. Sensus est: qui modo indignabatur adduci sibi suam Bacchidem, nunc ardere incipit ejus amore. Sic Eun. I. 2. 5. V.

85. Sc. Consilium monendi mulieres de reditu: Interrogatio est Ironica. V.

86. Tuo arbitrio, & curae committo, penitus trado.

87. Pro arbitrio, quodvis de me decernere potes.

88. Quasi mea minus intersit quam tua, negotium hoc minus cum meo periculo conjunctum sit, quam tuo V. Securius committimus his, ad quos non minus pertinet quod agendum, quam ad nos. Calph.

Tibi erunt parata [89] verba: huic homini verbera. 115
Quapropter haec res neutiquam neglectui est mihi.
Sed istunc exora, ut suam esse adsimulet. *Clin.* [90] Scilicet
Facturum esse me, in eum jam res [91] rediit locum,
Ut sit necesse. *Clit.* [92] Amo te merito, Clinia.
Clin. Verum ne quid [93] titubet. *Sy.* [94] Perdocta 'st probe. 120
Clin. At hoc demiror, quî tam facile potueris

I 2 Per-

89. Phorm. I. 4. 42.
Tu jam lites audies;
Ego plectar pendens.
Dixit autem venuste & δεικτικῶς, HUIC HOMINI, se ipsum indigitans V. Nota mihi elegantem Paronomasiam τῶν VERBA, & VERBERA.

90. Scire licet, persuade tibi, facturum &c.

91. *Pro*, negotium in eum statum pervenit. (Effertur id varie; & omissa quidem voce RES. Adelph. II. 4. 8.
Penè in eum locum
Rediisse.
Adelph. III. 2. 1.
Nunc illud est.
Sed, *Eò res adducta est, in eum locum res adducta est*, Ciceroniana sunt. V.)

92. Formula gratias agendi. Vide Eun. I. 2. 106. V.

93. Proprie de pedibus vacillantibus. Horat. Epist. I. 13. 19.
Vade, vale: cave ne titubes, mandataque frangas.
Unde adeo de quovis errore usurpatur Plaut. Menaechm. I. 2. 33.
Jam scio si quid (*) *titubatum est, ubi reliquias videro.* V. (*) A coquo peccatum in apparatu cibi; ut recte interpretatur Lambinus, quamquam Boxhornio ineptire videatur.

94. Hoc est. Fallaciis instructa, quantum sat est. Hec. II. 1. 6. V.

Persuadere illi; quae solet [95] quos spernere!
Sy. In tempore ad eam veni, [96] quod rerum omnium est
Primum. nam quemdam misere [97] offendi militem,
Ejus [98] noctem orantem: haec arte tractabat virum, 125
Ut illius animum cupidum [99] inopia incenderet:
Eademque [100] ut esset apud te ob hoc quam gratissima.
Sed heus tu! vide sis, ne quid imprudens [101] ruas:
Patrem novisti, [102] ad has res quam sit perspicax:
Ego te autem novi, quam esse soleas [103] impotens: 130
[104] Inversa verba, [105] eversas cervices tuas,
[106] Ge-

95. Omnis Emphasis est in voce QUOS, h. e. quales, quantos, quam illustres Eun. I, 1. 21. & III. 5. 42. V.

96. Quod praecipue valet in rebus gerendis.

97. Sub. *constitutum*. Alii *τὸ misere* referunt ad ORANTEM vers. sequ. & exponunt, *vehementer*. (Quidam Mss. & edd. cum Calphurnio legunt, *Miserum*. V.)

98. Concubitum. Horat. Epod. XV. 13.
Non feret assiduas potiori te
dare noctes.
Hinc noctes *puras* & *spurcas* dixerunt, quibus vel seorsim cubaretur, vel secus. V. NOCTEM, unius cum ea noctis consuetudinem.

99. Carentia sui, negatione noctis petitae.

100. EADEM dixit, pro, unà, simul, quod Plauto familiare. V. Mox Edd. Farnabii & Minellii, rejecto *ob*, legunt, HOC QUAM GRATISSIMUM: quam lectionem ex uno Cod. allegat Vesterhovius.

101. Inconsiderate & praecipitanter agas.

102. Circa res amatorias.

103. IMPOTENS dicitur, qui suis affectibus non potest modum adhibere, ac eos cohibere. Calph.

104. Id est, verba praepostere, & in contrarium pronunciata. Calph. Intelligit ea, quae a vera significatione ad alienam & falsam

[106] Gemitus, screatus, tussis, risus, abstine.
Clit. Laudabis [107]. *Sy.* Vide sis. *Clit.* Tutemet mirabere.
Sy. Sed [108] quam cito sunt consecutae mulieres!
Clit. Ubi sunt? Cur retines [109]? *Sy.* Jam nunc haec non est tua. 135
Clit. Scio, apud patrem [110]: at nunc interim [111]. *Sy.* Nihilo magis.

I 3 *Clit.*

sam traducuntur. Lucret. I. 643.
Inversis *quae sub* verbis *latitantia cernunt*.

Plaut. Asin. IV. I. 47. *verbum perplexabile* vocat.. In codice Bemb. adscriptum: INVERSA, *ambigua, figurata*. V.

105. Contrarium est, *erectas cervices*. & significat illum flecti & domari ab amica. Calph. (Haec explicatio eo nititur, quod τό *evertere*, destruere vel prosternere significat). EVERSAS. quod jactantis & superbi est penitus. Eugr. Huic interpretationi favet quod *e* & *ex* interdum in compositione significat sursum: ut in *elatus*, erectus, *evadere* pro adscendere. Tum hoc in statum adolescentis quadrat, quod praesentia amicae superbiat. sed obstat usus verbi *evertere*, quod vidisse visus est Vesterhovius: qui *cervices retortas* intelligi censet. Sed quae sunt *cervices retortae?* nisi in tergum, vel humeros rejectae, qui gestus est superbientis. Mihi videtur, in vocabulis INVERSA & EVERSAE, aliqua inesse Paronomasia: ut *inversa* sint, quasi *in se versa*, implicita, intricata: EVERSAE extra situm suum naturalem versae, vario, ad varios affectus significandos, motu ultro citroque agitatae: quod non male convenit in adolescentem, qui quidem gauderet praesentia amicae, sed doleret simul, quod ejus consuetudine libere sibi frui non liceret: Denique possit significari, gestus intente, aut limis oculis intuentis, quod fit obliquato, i. e. in latus inflexo collo. Huc videtur facere, à Vesterhovio in

Clit. Sine. *Sy.* Non finam, inquam. *Clit.* Quaeso, paulisper. *Sy.* Veto.
Clit. Saltem salutare. *Sy.* Abeas, si sapis. *Clit.* Eo. Quid [112] istic? *Sy.* Manebit. *Clit.* O hominem felicem [113]! *Sy.* [114] Ambula.

in Addendis allegatus, locus Lucretii, I. 36. ad Venerem de Mavorte.

Atque ita suspiciens tereti cervice reposta
Pascit amore avidos, inhians in te, Dea, visus.

106. Mihi omnes videntur Accusativi plurales esse, & referendi ad τὸ ABSTINE. Juvat lectio quorundam librorum in quibus est, TUSSES. Neque tamen displicet sententia Antesignani, omnes hoc Accusativos ad praecedens NOVI referentis, ABSTINE vero absolute ponentis, distinctione praemissa. V.

107. Gestus meos, vel abstinentiam.

108. Hic animadvertit mulieres adesse, & miratur quod tam cito adsint.

109. Sc. *me*, ruentem jam in amplexum Bacchidis.

110. Sub. *non esse meam.*

111. Sub. *mea est.*

112. Pro iste, sc. Clinia.

113. Sc. quod maneat apud amicam meam.

114. Perge abire; hoc ad restantem dicit Clitiphonem.

ACTUS SECUNDI

SCENA QUARTA.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.

Ba. Aedepol, mea te Antiphila, laudo, & fortunatam judico,
Id quum studuisti, [1] isti formae ut mores consimiles forent:

Mini-

1. Emphatice, pro *tam praeclarae.* (est autem παρέγχησις in verbis, STUDUISTI, ISTI. V.

Minimeque, ita me Di ament, miror, si te sibi quisque [2] expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio [3] oratio.
Et quum egomet mecum in animo vitam tuam considero, 5
Omniumque adeo [4] vostrarum, [5] volgus quae abs se segregant:
Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile 'st.
Nam expedit bonas esse [6] vobis: nos, [7] quibuscum est res, non sinunt.
Quippe forma impulsi nostra, nos [8] amatores colunt:

I 4 Haec

2. EXPETIT, proprie de rebus bonis & honestis, quales sunt uxores virginesque, non meretrices. And. IV. 2. 13. Phorm. V. 8. 35. V.

3. Quod dixeris cum uno velle aetatem traducere. Antiqui etiam pauca verba *orationem* dixerunt. Calph.

4. Pro vostrum. V. i. e. tui similium.

5. Multitudinem amatorum a sua consuetudine rejiciunt, neque promiscue quosvis recipiunt.

6. Quia cum solo vivitis. Nec potest esse verus amor nisi inter duos, qui sibi invicem fidem servent: juxta illud (Senecae in Agamemn. v. 259.) *Nec regna*, nec taedae *socium pati valent*. (Vesterhov. legit. *Nec regna socium ferre, nec taedae sciunt.*) Notanda est haec structura; *Mihi expedit esse bonum*, &, *esse bono.* Calph. Debetis servare bonitatem. Eugr.

7. Ii, cum quibus habemus commercium.

8. Bene Amatores. *Amator* fingere potest: *amans* vere amat. Calph. COLUNT. frequentant, in pretio habent.

Haec ubi [9] immutata eſt, illi ſuum animum [10] aliò conferunt. 10

Niſi ſi [11] proſpectum interea aliquid eſt, [12] deſertae vivimus.

Vobis cum uno ſemel ubi aetatem agere decretum 'ſt viro,

Cujus [13] mos maxume 'ſt conſimilis [14] voſtrum, [15] hi ſe ad vos applicant.

[16] Hoc beneficio [17] utrique ab utrisque vero devincimini;

Ut nunquam ulla amori veſtro [18] incidere poſſit calamitas. 15

An.

9. Veſterhov. teſtatur in Cod. Bembino eſſe, IMMINUTA. ſed & idem eſt in Edd. Farnab. & Minell. hoc ſenſu; ubi haec forma noſtra aliquid de ſuo nitore amiſit.

10. Ad alias adjiciunt amicas.

11. Senſus eſt: niſi interea rem ex quaeſtu feceri-mus. V.

12. Derelictae, omnibus abjectae.

13. Vivendi modus.

14. Moribus veſtrum, pro *moribus veſtris.* Calph.

15. Enallage Numeri, qualis eſt ſupra. Prol. 2. V.

16. Quaſi diceret, ſi ambo obligatis vos mutuo beneficio intemeratae fidei ſervandae. Calph. Sic ſimplicius: Hac *verâ*, id eſt aequâ, aut juſtâ cauſa (morum ſc. ſimilitudine, ut exponit Veſterhov.) ad amandum invicem obligamini.

17. UTRIQUE AB UTRISQUE dixit uti Phorm. V. 3. 17.

Uterque utrique eſt *cordi* V. Laurentius affirmat ab oratoribus potius eſſe dicendum, *uterque* alteri *eſt* cordi. Calph.

18. Uſurpatur vox de malis & damnis, quae ſubito contingunt. Ovid. Metam. *VII.* 523.

Dira lues ira populis Junonis iniquae
Incidit

Propert *I.* 15. 28. *Si quid forte tibi durius inciderit. V.* Nota conſtructionem verbi hujus

An. Nescio alias [19]: me quidem semper scio fecisse sedulò,
Ut ex [20] illius commodo meum [21] compararem commodum. *Cl.* [22] Ah!
Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola [23] reducem me in patriam facis:
Nam dum abs te [24] absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves;
Praeterquam, [25] tui carendum quod erat. *Sy.* Credo. *Cl.* Syre, vix suffero. 20
[26] Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui!

I 5 *Sy.*

hujus cum Dandi casu; qua similiter usus est Cicero, Fam. Lib. *V.* Ep. XVII. *Multis optimis* viris — *tales casus* incidisse, Val. Maxim. *V.* Cap. 6. *Genucio Cipo* praetori — *novi & inauditi generis prodigium* incidit.

19. Sc. *Mulieres, quid faciant:* apta mulieri domi conclusae oratio.

20. Sc. Cliniae.

21. Vide notata ad illud Andr. *IV.* 1. 3. Ex incommodis *alterius sua ut* compararet commoda. Utroque tamen loco, τὸ COMPARARE, per *quaerere*, recte exponi posse existimo.

22. Clamosa interjectio hoc in loco ad gaudium spectat. Calph.

23. Fecisti ut incolumis in patriam redierim. (Nam ut Servius inquit, REDUCES dicuntur proprie qui pericula evadunt. Calph.)

24. Pro *absfui.* Enallage Praesentis Temporis pro Praeterito. Similiter Plautus *Sticho*, *IV.* 1. 23.
Quam dudum in portum venis?
Cas. *II.* 3. 9.
Postquam amo *Casinam.*
Virgil. Aen. III. 1. 3.
Postquam — Fumat *Troja.*

25. Hellenismus, τοῦ στερῆσαι. V.

26. Nonne hôc miser sum, quod non licet mihi, meae voluntati morem gerere. Quidam cum Eugraphio haec sic exponunt; Estne hoc tolerandum,

Sy. Immo, ut patrem tuum vidi esse [27] habitum,
diu [28] etiam [29] duras dabit.

Ba. Quisnam hic adolescens est, qui [30] intuitur
nos? *An.* Ah! [31] retine me, obsecro

Ba. Amabo, quid tibi est? *An.* [32] Disperii! perii
misera! *Ba.* [33] Quid stupes

Antiphila? *An.* [34] Videon' Cliniam, an non? *Ba.*
Quem vides? 25

Cl. Salve, anime mi. *An.* O mi expectate, salve.
Cl. Ut vales?

An.

dum, non esse licitum me misêrum frui hoc ingenio, id est muliere tali ingenio praeditâ? INGENIO in MSS. quibusdam, Editisque vetustissimis, esse testatur Vesterhov.

27. Affectum, dispositum.

28. Adhuc, porro.

29. Subintelligendum *lites* vel *partes*. In Eunucho *duras partes fratris praedicas*. Et *partes duras* μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. Calph. Possit & *plagas*, (quasi *castigationes*) subaudiri, ut metaphora sit a pugilibus desumta. V. Sensus est; longas tibi fecisset molestias, aut moras acerbas, priusquam amicae matrimonio queas potiri.

30. Ab eo, quod est intueor, intuetur, & intuor intuitur Calph. Sic Lucretius IV. 38. *In somnis, cum saepe figuras* contuimur *miras*. V.

31. Tene me, sustine me. (Ita solent amantes ad primum conspectum animo linqui; ut vix pedibus consistant. Ovid. Heroid. *II.* 130. *Linquor, & ancillis excipienda cado.* V)

32. Tota sum attonita & mei impos.

33. (Quamobrem) viribus deficeris, langues Andr. *II.* I. 4. V.

34. Tanta laetitia erat Antiphilae, ut etsi amatorem agnosceret, de eo tamen dubitaret. Calph.

35. Ita solebant amici peregre redeuntes, sesque invicem amplexantes. Plaut. Rud. *I.* 4. 24.

Tu

An. Salvum advenisse gaudeo. *Cl.* [35] Teneone te, Antiphila, maxume animo exoptata meo? *Sy.* Ite intro: nam vos jamdudum expectat senex.

Tu facis me quidem ut vivere nunc velim,
Quando mihi te licet tangere: ut vix mihi
Credo ego hoc, te tenere! *obsecro amplectere.* V.

Alii cum Calphurnio exponunt; utrum es adhuc mea, fidemque mihi intemeratam conservas?

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA

CHREMES. MENEDEMUS.

Ch. [1] LUCISCIT [2] hoc jam: cesso pulsare ostium Vicini? primum ex me ut sciat sibi filium Rediisse; etsi adolescentem hoc nolle intelligo. Verum

1. Mss. plusculi, LUCESCIT. Quidam: LUCESCIT, HOC JAM CESSO &c. V.

2. Suspiciens Chremes, & coelum quaquaversum intuens δεικτικῶς inquit, HOC. Sic Plaut. Amph. I. 3. 45. *Eamus Amphitruo*, lucescit hoc jam.
Mil. *II.* 2. 63.
Lucet hoc.
Lucret, *V.* 319.

Denique jam tuere hoc *circum*, *supraque*, *quod omnem*
Continet amplexu terram.
Mela I. 1. *Omne igitur* hoc, *quidquid est*, *cui mundi coelique nomen indidimus*, *unum id est*, *& uno ambitu se cunctaque complectitur*. Ubi vide notas Schotti, & Jac. Gronovii. Indigitatur autem voce Hoc, *sublime candens*, quomodo coelum vocat Ennius. V.

Verum quum videam [3] miserum hunc tam excruciarier
Ejus abitu, [4] celem tam insperatum gaudium, 5
Cum illi pericli nihil ex indicio siet?
Haud faciam. nam [5] quod potero, adjutabo [6] senem;
Ita ut filium meum amico, atque aequali suo
Video inservire, & socium esse in negotiis:
Nos quoque senes est aequum senibus [7] obsequi. 10
Me. Aut ego profecto [8] ingenio [9] egregie ad miserias
[10] Natus sum: aut illud falsum est, quod vulgo audio
Dici, [11] DIEM ADIMERE AEGRITUDINEM HOMINIBUS.
Nam mihi quidem cotidie augescit magis
De filio aegritudo: & quanto diutius 15

Abest,

3. Patrem ejus Menedemum.

4. An celare debeam, num fas est ut celem: mox GAUDIUM Metonym. pro ipso casu vel re gaudium afferente.

5. Pro *quantum* Calph.

6. Plus habet effectus, quam si diceret Menedemum. Calph.

7. Operam navare.

8. H. e. natura. Calph.

9. Praeter ceteros. Utrumque conjunxit. And. *I.* 1. 31. V.

10. Dicitur quis NATUS ad rem, qui peculiari modo alicui rei est accommodatus, quomodo & *in rem*, &, *rei alicui* natus dicitur. Horat. Carm. *I.* 27. 1.
Natis in usum *laetitiae scyphis*
Pugnare, *Tracum est.*
Noster Adelph. *IV.* 2. 6.
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. V.

11. *Dies* hic est longum tempus. Cicero Fam. VII. Ep. XXVIII. *Consolatur etiam* dies, *quae stultis quoque mederi solet.* Idem Lib. V. Ep. XVII. *Certe nos*, *quod* (ↄ: modum lugendi) *est* dies *allatura*, *id consilio anteferre debemus.*

Abest, magis cupio [12] tanto, & magis desidero.
Ch. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
Menedeme; salve: nuntium apporto tibi,
Cujus maxume te fieri participem cupis.
Me. [13] Num quidnam de gnato meo audisti, Chreme? 20
Ch. [14] Valet, atque vivit. *Me.* Ubinam est, quaeso? *Ch.* Apud me domi.
Me. [15] Meus gnatus! *Ch.* Sic est. *Me.* Venit! *Ch.* Certe. *Me.* [16] Clinia
Meus venit! *Ch.* Dixi: *Me.* Eamus: duc me ad eum, obsecro.
Ch. Non vult te scire se rediisse etiam, & tuum
Conspectum [17] fugitat, propter peccatum: tum hoc timet; 25
Ne tibi duritia antiqua illa etiam adaucta sit.

Me.

12. Sub. *ejus causâ*, quod Comicis est frequens. hoc est; eo magis amor ejus mihi crescit. Nisi sic explices, CUPIO prorsus abundat.

13. Quia omnis ejus sollicitudo circa filium erat, idcirco statim de eo suspicatus est, nondum facta mentione. Calph.

14. Prothysteron est. Si enim VALET, necessario VIVIT: non si vivit, valet. Ergo VIVIT & VALET dicendum erat. Calph. Temperavit primo nuntium ut cresceret gaudium. Nam primo *valet*, *atque vivit*, inquit. *Valemus*, cum integra salute sumus. *Vivimus*, cum spiritum ducimus. Eugr. Utrumque dicit, quia teste Martiale VI 70 15. *Non est vivere, sed valere, vita*. V.

15. Exprimit affectum animi. unde mox rursus: CLINIA MEUS VENIT: V.

16. Addidit & nomen; quod fieri consvevit in his quos diu optavimus, & nondum venisse credimus. Calph.

17. FUGITAT dixit, ut ostendat filium vehementer timere. Calph.

Me. Non tu ei dixisti, [18] ut essem? *Ch.* Non. *Me.* Quamobrem Chreme?

Ch. Quia pessume istoc in te atque in illum [19] consulis;

Si te tam leni & [20] victo animo esse ostenderis.

Me. Non possum [21]: satis jam, [22] satis pater durus fui. *Ch.* [23] Ah! 30

[24] Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,

Aut largitate nimia aut parsimonia.

In eandem [25] fraudem ex [26] hac re, atque ex illa, incides.

Pri-

18. Qualis essem erga se. Vide Andr. V. 4. 16. V.

19. *Bene* vel *male consulere alicui*, &, *in aliquem*, est non tantum capere, sed & exsequi consilium, quod alteri vel prosit, vel obsit. Sall. Jug. 13. *Singulos ex Senatu ambiundo* nitebantur, *ne* gravius in eum consuleretur. V.

20. Fracto, dejecto; aut illi obnoxio, ut victus est victori.

21. Sub. *aliter facere* (Eleganter absolute dicitur, subaudito, *sufferre*, vel simili verbo. Sic infra V. 5. 18. V.)

22. Haec reduplicatio magnam habet vehementiam. Calph.

23. Interjectio objurgantis.

24. Bene dixit VEHEMENS, de eo qui non servaret modum. VEHEMENS â *mentis vi atque impetu dicitur*. (Gell. 16. 5.) Calph.

25. Sensus est. aeque damnosa tibi erit parsimonia, atque nimia largitas tua. Metaphora â feris, avibus, & piscibus translata, in retia incidentibus. Ovid. Halieut. 9.

Sic & scarus arte sub undis
Incidit. V.

26. Nota, quod ordine inverso, HAC ad remotius, ILLA ad propius respondet. Sic Justin. XXII. Cap. 3.

Pra-

Primum: Olim potius, quam paterere filium
Commeare ad mulierculam, quae paululo 35
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
[27] Proterruisti hinc. ea coacta ingratiis
Postilla coepit victum [28] volgò quaerere.
Nunc cum sine magno [29] intertrimento non potest
[30] Haberi, quiduis dare cupis. nam, ut tu scias, 40
Quam ea nunc [31] instructa pulchre ad perniciem siet:

Pri-

Propter quod querelas Chartaginem Socii, non tam de Agathocle, quam de Hamilcare detulerunt. Hunc (Agathoclem) *ut dominum & tyrannum*, illum (Hamilcarem) *ut proditorem arguentes*. An hoc viderit Vesterhov. vide ex illius nota modo praescripta.

27. Ab ea, minis tuis & duritia, absterruisti. (Plaut. Trin. III. 2. 77.
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia *autument*.
Imitatus Apul. Metam. IV. *Nam & facies ursae mediis aedibus discurrentis*, *ad* proterrendos, *si qui de familia forte vigilassent*, *videbatur opportuna*. Et Metam. VIII. *Facibus* proterrebant *feras*. ubi videtur proprie sumi. Quemadmodum ferae & aves clamore & vociferatione cum strepitu proterrentur & abiguntur. Similis formatio τῦ *protelare* Phorm. I. 4. 36. V.)

28. Vulgari modo, in propatulo; id est, exercere coepit artem meretriciam.

29. Id est, damno. Calph. Quoties ex metallis, quae conflantur & liquefiunt, quid perit, *Intertrimentum* proprie dicitur. Liv. XXXII. 2. *Id* (argentum) *quia probum non esse quaestores renuntiaverant*, experientibusque pars quarta decocta erat, *pecunia Romae mutua sumta*, intertrimentum *argenti suppleverunt*. Inde porro pro quovis detrimento & damno sumitur. V.

30. Vide ad Andr. I. 1. 58. V.

31. Expressum e Plauto Bacchid. III. 1. 6.
Omnis ad perniciem instructa domus *opime atque opipare*. V.

Primum, jam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste, atque auro: [32] Satrapes si siet
Amator, nunquam sufferre [33] ejus sumtus queat,
[34] Nedum tu possis. *Me.* Estne ea intus [35]? *Ch.* Sit rogas?
45
[36] Sensi. Namque ei unam coenam atque ejus comitibus
Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum siet [37].
Nam ut alia omittam, [38] pytissando modo mihi

[39] Quid

32. SATRAPES vox Persica est, origine Hebraea, notans praesidem provinciae. Hi vero opulentissimi erant, & quasi Reguli in oriente. V.

33. In illam impendendos.

34. Multo minus tu, qui es homo privatus; Argumentum a majori ad minus. (Jam Chremes Bacchidem credit Cliniae esse amicam. Et observa Terentianam consuetudinem, qui inducit nihil sapere eos qui falluntur. Calph. Non fere aliter, quam ei quod minus est additur NEDUM, idque in sententia negante. V.

35. Sub *apud te.*

36. Sub. *quod ea sit apud me* (Hoc cum dolore dicere solemus in his, in quibus detrimentum ingens passi sumus. Calph.

37. Sub. *de me*; perierim.

38. Bene PYTISSANDO. nam *pytissare* proprie est parce vinum gustare, quasi tentandi gratia. PYTISSANDO. id est, expressis labris expuendo, dum saporem vini probat. Calph. A πυτίζω, quod est, πτύω, fit Tarentinorum dialecto πυτίσσω. Est autem *Pytissare* vinum gustandi causa ore sumtum, postquam degustatum est, exspuere. Inde *Pytisma*, pro vino ore rejecto dixit Juvenalis. XI. 173. *Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.* Sermo est de divite, qui orbem ex marmore Laconico factum, ejiciendo ore vino, lubricum facit. V.

[39] Quid vini absumsit! [40] sic hoc, dicens; [41] asperum,
[42] Pater, hoc est, aliud lenius sodes [43] vide. 50
[44] Relevi dolia omnia, omnes serias,

Omnes

39. Quantum vini vide supra II. 3. 6. *portant* quid rerum!

40. Est mediocriter laudantis formula. Cicer. ad Att. XV. 13. Cautum Marcellum, *me* sic, *sed non tamen cautissimum.* V.

41. Acerbum, nec satis maturum. Cato R. R. 109. *Vinum* asperum *quod erit*, lene *& suave si voles facere, sic facito.* V.

42. Honorifica appellatio, ob aetatem provectam. Horat. Epist. I. 6. 54.

Frater, pater, *adde:*
Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.

Idem mos & olim pluscu lis gentibus, & nunc familiaris. V.

43. Cura praeberi. Cic. Tusc. Quaest. III. 19. *Demus scutellam dulciculae potionis; aliquid* videamus *& cibi.* V.

44. RELINERE vasa, est, limo, pice, cera obturata ora (eorum) aperire. *Linere*, obturare. Horat. Carm. I. 10. 1.

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Graeca quod ego ipse testa
Conditum levi.

Et Carm. III. 8. 9.

Hic dies, anno redeunte, festus,
Corticem adstrictum pice dimovebit
Amphorae, *fumum bibere institutae*
Consule Tullo.

Est vero Emphasis in vocibus OMNIA & OMNES: Id enim vult Chremes, se etiam antiquissimos cados suae apothecae, atque adeo praestantissimi vini & optimae notae *dolia relevisse.* Erant porro *dolia* vasa majora, *seriae* minora. Vid. Varr. R. R. I. & Fest. & Baysium de Vasculis. V. SERIA dolium: & proprie vas fictile de limo oblongum. Persius (Sat. II. 10.)

Et o si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule!

Inde *seriola.* Persius (Sat. IV. 29.)

Seriolae veteris *metuens* deradere limum. Calph.

Omnes [45] sollicitos habui: atque haec una nox.
Quid te futurum censes, [46] quem assidue exedent?
Sic me Dî amabunt, ut me tuarum miseritum est,
Menedeme, fortunarum. *Me.* Faciat quod lubet: 55
[47] Sumat, consumat, perdat, decretum 'st pati:
Dum illum modo habeam mecum. *Ch.* Si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Ut ne [48] scientem sentiat te id sibi dare.
Me. Quid faciam? *Ch.* Quidvis potius, quam quod cogitas: 60
Per alium quemvis ut des: falli te sinas
Technis per servulum. etsi [49] subsensi id quoque
Illos [50] ibi esse, & id agere inter se clanculum.

Syrus

45. Commotos reddidi variisque ministeriis districtos. (omnes domesticos) Plaut. Menaechm. IV. 2. 11.
Sollicitos *patronos* habent. Et versu 10.
Sicut me hodie nimis sollicitum *cliens*
Quidam habuit. V.

46. Cujus fortunas omnes absument. V.

47. Sc. *filius* SUMAT de meo, quasi suum, est enim meus particeps. Dixitque notabili incremento ἐκ παραλλήλου, SUMAT, CONSUMAT, PERDAT. V.

48. Sensus est; ut ne sentiat, te scientem id sibi dare. V. Te de industria, dedita opera, pecuniam sibi, in sumtus profusos, suppeditare.

49. Aliquatenus, leviter animadverti (Bene SUBSENSI. Nam SUB est temperamentum plenae pronuntiationis, ut *Subtristis*, *Subridet*: non ad plenum tristis, aut ridet. Calph.

50. h. e. id agere. Sic infra V. 2. 30. & V. 5. 19. Plaut. Mil. I. 1. 28.
At indiligenter hic eram. Eadem ratione *Esse in aliqua re* quis dicitur, qui intentus est rei. Eun. IV. 7. 46. Horat. Epist. I. 1. 11.

Quid

Syrus cum illo vestro [51] consusurrat: [52] conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perdere 65
Talentum [53] hoc pacto satius est, quam illo minam.
Non nunc [54] de pecunia agitur: sed illud, quomodo
Minimo periclo [55] id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,

Quid verum atque decens, curo & rogo, & omnis in hoc sum. Et Serm. I. 9. 2. *Nescio quid meditans nugarum*, totus in illis. V. An ideo bis dixit Poeta, *id agere?* non credo. Itaque aut, τὸ IBI ESSE, id cogitare, meditari, propositum sibi habere; aut, ID AGERE, de ea re tractare, significat.

51. Sc. *servo Dromone*, susurros communicat, secretos miscet sermones.

52. *Conferre* absolute, & *conferre consilia* dicuntur, qui de re quapiam inter se agunt. Plaut. Rud. II. 3. 8. *Verum omnes sapientes decet* conferre *& fabulari*. Cic. Att. I. 20. *Si quid res feret, coram inter nos conferemus*. Idem Philipp. II. 15. *Cum illo aut sermones, aut consilia contulit saepius*. V.

53. Synecd. Finiti pro Infinito. (Melius est velut insciens plurimum perdas, quam sciens minimum. cum ex hoc filius quod licentiam agnoverit, iam ei lubebit majora committere. Eugr.)

54. Hic jactura pecuniae in considerationem non venit, aut venire non debet. (Editiones quaedam vetustae non agnoscunt τὸ DE. Cic. pro L. Manil. 2. Agitur *populi Rom. gloria* — Agitur *salus sociorum atque amicorum.* — Aguntur *certissima Populi Rom. vectigalia, & maxima* — Aguntur *bona multorum civium.* Sic Phorm. IV. 3. 16. V.

55. Sub. ejus corruptelae. ID sc. argentum. dicendum erat *eam*, sc. pecuniam: sed noster rem, non verba respexit.

Prius [56] proditurum te tuam vitam, & prius 70
Pecuniam omnem, quam [57] abs te amittas filium; hui,
Quantam [58] fenestram [59] ad nequitiam patefeceris!
[60] Tibi autem porro ut non sit suave vivere.
NAM DETERIORES OMNES [61] SUMUS LICENTIA.
Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
[62] Putabit, pravum an rectum siet, quod [63] petet. 75
Tu [64] rem perire, & ipsum, non poteris pati.
Dare denegaris; [65] ibit ad illud ilico,

Quo

56. Periculo expositurum. V.

57. Comicum est, *amittere*, &, *amittere a se*, pro dimittere. Phorm. III. 2. 22. V.

58. Occasionem ministraveris, januam patefeceris. Foramen in pariete seu muro Fenestram dixerunt. Virg. Aen. II. 482.
Lato dedit ore fenestram.
Juvenali I. 104. *Molles in aure fenestrae* sunt aurium foramina, gestandis inauribus. V.)

59. NEQUITIAM dixit pro nimia prodigalitate. unde in Interdicto praetoris erat haec formula: *Quia tu* nequitia *bona avita & paterna perdis.* Possit & pro ipsa libidine accipi. Ovid. Heroid. XVII. 29.
Quae tua nequitia *est, non bis contenta fuisses.* V.
Nequitia est luxus vitae prodigus atque effusus. Ovid. (Fast. I. 414.)
Nequitia est, quae te non sinit esse senem. Calph.

60. Praeterea hoc efficis, ut ob talem filium, vita tibi fiat acerba.

61. *Nos homines.* subaud. vel est Enallage Primae personae, pro tertia.

62. Cogitabit, considerabit.

63. Appetet, cupiat.

64. Intelligit rem Familiarem. Plaut. Aul. II.4.21.
Suam rem periisse, *seque eradicarier.* V.

65. Confugiet, recipiet se, ad illud consilium, institutum, vel remedium. Quidam, teste Vesterhovio, legunt. AD ILLUM QUI (*quem*) Sub. *morem.*

Quo maxume apud te se valere sentiet:
Abiturum se abs te esse ilico minabitur. 80
Me. Videre verum, atque ita uti res est, dicere.
Ch. [66] Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id [67] quaero, tibi [68] qui filium restituerem,
Me. [69] Cedo dextram: porro te [70] idem oro ut facias, Chreme.
Ch. Paratus sum. *Me.* Scin', quid nunc facere te volo? 85
Ch. Dic. *Me.* Quod sensisti illos me [71] incipere fallere,
Id ut [72] maturent [73] facere: Cupio illi dare,
Quod volt: cupio iam videre [74] *Ch.* Operam dabo.

K 3 Syrus

66. i. e. ne levissimum quidem somnum cepi. (Ovid. Heroid. XVIII. 27.
His ego, si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus.
Macrob. Saturn. VII. 3. *Vigilantissimus est consul noster, qui in consulatu suo* somnum non vidit. Aristoph. Vesp. 91.
ὕπνȣ δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς ȣδὲ πασπάλην.
Noctuque somni ne quidem ciccum vidi.
Non abhorret phrasis sacra, Gen. XXXI. 40. V.

67. Cogito, & in animo verso.

68. Quomodo. & est sermo Comicus. Calph.

69. Da, (porrige). Nos enim aut oraturi, aut confirmaturi quicquam alicui, ejus dextram poscere solemus. Calph.

70. Ut in posterum quoque studeas, filium mihi emendatum reddere.

71. Constituere, propositum habere, ut fallant me.

72. Quod celeriter, sed ordine fit, *maturatur;* quod tumultuose, *Festinatur*. Supra I. 1. 73. V.

73. i. e. curare, operam dare, te volo, ut id maturent.

74. Sc. Filium.

Syrus est [75] prehendendus, atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit: concede hinc domum, 90
Ne nos inter nos [76] congruere sentiant.
Paullum negoti mihi [77] obstat: Simus & Crito
Vicini nostri hic [78] ambigunt de finibus:
Me cepere [79] arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,
[80] Operam daturum me, hodie non posse his dare. 95
Continuo hic adero. *Me.* Ita, [81] quaeso. Di vostram fidem!
[82] ITA COMPARATAM ESSE HOMINUM NATURAM OMNIUM,
ALIENA UT MELIUS VIDEANT, ET DIJUDICENT,
QUAM SUA? an [83] eo fit, quia in re nostra, aut gaudio

Sumus

75. Deest AD. Sed ideo praetermisit, quia dicturus erat, ADHORTANDUS. Calph. Mss. & editi quidam APPREHENDENDUS. h. e. intercipiendus, appellandus. Sic And. II. 2. 16. Phorm. IV. 3. 15. V.

76. Concordare, conspirare.

77. Impedit, quo minus operam tibi dare possim.

78. Controversiam inter se habent: verbo Livius aliquoties utitur, hoc sensu. Minellius testatur, quosdam legere, Ambigui; i. e. litigantes.

79. Arbitri officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse aequum esse existimet. (Lites hae, Sc. *de limitibus agrorum*, raro deferebantur ad judicem, saepius ad arbitrum, i. e. vicinum, qui consensu utriusque partis *capiebatur*, h. e. eligebatur; quanquam alter proprie dicebatur *Ferre*, alter *capere* arbitrum. Adelph. I. 2. 43. V.)

80. Alia vice me negotio eorum vacaturum.

81. Oro ut sic facias.

82. Sub. *Mirumne est? credibile est?* aut simile quid.

83. Ideo, ea de causa.

Sumus [84] praepediti nimio, aut [85] aegritudine? 100
Hic [86] mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi!

Ch. [87] Dissolvi me, [88] otiosus operam ut tibi darem.

84. Impedimur, quo minus recte consideremus, aut judicemus.

85. Sollicitudine, dolore animi.

86. In meum commodum.

87. Expedivi me hoc negotio. (Excusavi; quasi qui foret promissione ligatus sua. Calph.)

88. i. e. ab omni alio labore vacuus.

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

SYRUS. CHREMES.

Sy. [1] Hac illac circumcursa: inveniendum 'st [2] tamen
Argentum: [3] intendenda in senem est fallacia.

K 4 *Ch.*

1. Hoc dicit seruus admonens se ipsum (Calph.)

2. Sc. quantumvis difficile sit; quantocunque cum labore & molestia. (TAMEN valet *tandem*, hoc est; postquam omnia sum expertus. V.)

3. Verbum a venatoribus translatum, qui retia *intendunt* ad feras capiendas. Vel a sagittis atque arcu. Calph. Proprie machinae bellicae *intenduntur* in arces & oppida oppugnanda. Fallaciam autem portare & verba dare seni difficile erat, ideo *intendenda in eum* videbatur *fallacia*. Unde & *expugnari* quis dicitur, a quo vix tandem quid obtinetur. Vest.

Ch. Num me fefellit [4], hosce id ftruere? videlicet
Ille Cliniae fervus [5] tardiufculus eft:
Idcirco huic noftro tradita 'ft [6] provincia. 5
Sy. Quis hic loquitur? perii! numnam haec audi-
vit? *Ch.* Syre, *Sy.* Hem!
Ch. Quid tu iftic [7]? *Sy.* [8] Recte equidem. fed te
miror, Chreme,
Tam mane [9], heri qui tantum biberis. *Ch.* Nihil
nimis [10].
Sy. Nihil narras? vifa vero 'ft, quod dici folet,
[11] Aquilae fenectus. *Ch.* Eia! *Sy.* Mulier [12] com-
moda, & 10

[13] Fa-

4. Sub. *opinio*. Vide verf. 62. Sc. praecedentis. Senex autem de Menedemo intelligit, quod fervus de ipfo loquitur.

5. Minus acri ingenio ad technas ftruendas. quidam exponunt; lentior in gerendis negotiis.

6. PROVINCIA dicitur onus cujuslibet rei gerendae Calph. Privatum etiam negotium *Provincia* dicitur. Plaut. Pfeud. I. 2. 25. *Te, cum fecuri, caudicali praeficio* provinciae. V.

7. Sub. *agis*. alii; *tecum loqueris*.

8. Recte ɔ: bene, *ago*; quafi dicat *valeo*. Donatus obfervat, ita loqui folere, qui fine injuria interrogantis aliquid reticent. Certe ita Adelp. IV. 5. 19. Hec. III. 2. 20. V.

9. Sub. *furrexiffe*, vel *prodire*.

10. Sub. *bibi*.

11. Plin. lib. X. Hift. Nat. de aquilis haec refert: *Oppetunt non fenio, nec aegritudine, fed fame, in tantum fuperiore accrefcente roftro, ut aduncitas aperiri non queat*. Igitur aquila, tantum in fenectute bibit, vel de praeda fanguinem fugit: ex quo *proverbium* in fenes, qui plus bibunt, quam comedunt. Calph. Erafmo in Chiliad. eft *vivida viridisque fenecta*. Sc. aquilae quafi renovare vires in fenectute

[13] Faceta, haec meretrix. *Ch.* Sane, idem visa 'st mihi.
Sy. Et quidem hercle forma [14] luculenta. *Ch.* [15] Sic satis.
Sy. [16] Ita non ut olim, sed uti nunc, sane bona:
Minimeque miror, Clinia hanc si deperit.
Sed habet patrem quemdam avidum, [17] miserum, atque aridum, 15
Vicinum hunc: nostin'? at quasi is non divitiis
Abundet, gnatus ejus [18] profugit inopia.
Scin' esse factum, ut dico. *Ch.* Quid ego nesciam?

K 5 [19] Ho-

te dicuntur. Vide Psalm. CIII. 5. & Esai. XL. 31. V.

12. *Commodus* est qui novit accommodare se alteri; cujus contrarium est *inhumanus*. Cicero pro Murena. 31. *Quenquamne existimas Catone — commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis?* V.

13. *Facetus* est, qui facit verbis quod vult. Potest etiam referri ad formam corporis. Calph.

14. Speciosa, splendida.

15. Mediocriter. (Quoties *Sic* additur alteri adverbio, ejus significatum quodammodo imminuit. V.).

16. Hic seni adulatur, utpote *laudatori temporis acti, se puero*, afirmat nempe puellam venustam esse, sed tamen non adeo venustam, ut quondam fuerint puellae.

17. MISER est (extreme sordidus) qui cum habeat (divitias), uti non audet. Horat. de Arte. 170.

Quaerit, & inventis miser abstinet, & timet uti.

ARIDUS est tenax nec ulli quicquam largiens Plaut. Aul. II. 4. 18.

Pumex non est aeque aridus, atque hic est senex. V.

ARIDUM) translatio a terra, quae nihil profert. Calph.

18. Hinc *Profugus* dictus proprie, qui procul a sedibus suis vagatur. Calph.

[19] Hominem pistrino dignum. *Sy.* [20] Quem? *Ch.* Istunc servolum
Dico adolescentis. *Sy.* Syre, tibi timui male. 20
Ch. Qui passus est id fieri. *Sy.* Quid faceret? *Ch.* Rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Unde esset adolescenti, amicae quod daret:
Atque hunc [22] difficilem invitum servaret senem.
Sy. [23] Garris. *Ch.* Haec facta ab illo oportebant, Syre. 25
Sy. Eho! laudas quaeso, heros qui fallunt? *Ch.* [24] In loco
Ego vero laudo. *Sy.* Recte sane. *Ch.* Quippe quia
Magnarum saepe [25] id remedium aegritudinum 'st:
Huic jam mansisset unicus gnatus domi.
Sy Jocon' an serio illaec dicat, nescio: 30
[26] Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
Ch.

19. Secum hoc loquitur, & Syrum intelligit, qui tam argute, & maligne senem descripserit.

20. Recte interrogat Syrus, poterat enim ambiguum videri, de Menedemo loqueretur, an de filio, an de alio quodam. Sic And. V. 2. 20.

Sublimem hunc intro rape, quantum potes.
Dr. Quem? h. e. Chremetemne, an Davum. V.

22. Morosi senis saluti consulere debebat, contra ipsius voluntatem; praevenire nempe, ne, quod nunc agit senex, continuis se laboribus excruciaret, & penitus perderet.

23. Non loqueris seriò.

24. Oportuno tempore. Adelph. II. 2. 8. Cicero passim. Horat. Carm. IV. 12. 28.
Dulce est desipere in loco. V.

25. Fallacia ejusmodi magnis saepe medetur animi & corporis doloribus.

26. Hoc tantummodo scio, quod voluntatem mihi auget, ut nunc magis gestiam eum fallere. Dicit haec ad spectatores conversus.

Ch. Et nunc quid [27] exſpectat, Syre? an dum
hinc denuo
Abeat, cum tolerare hujus ſumtus non queat?
Nonne [28] ad ſenem aliquam fabricam fingit? *Sy.*
Stolidus eſt.
Ch. At te adjutare oportet adoleſcentuli 35
Cauſa. *Sy.* Facile equidem facere poſſum, ſi jubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, [29] calleo
Ch. [30] Tanto hercle melior. *Sy.* Non eſt mentiri
meum.
Ch. Fac ergo. *Sy.* At heus tu! [31] Facito dum eadem
haec memineris,
Si quid [32] hujus ſimile forte aliquando evenerit, 40
[33] Ut

27. Ita intellige: EXSPECTAT Dromo, ABEAT Clinia, HUJUS Bacchidis, QUEAT Menedemus. V.

28. Dolum, fallacias contra herum. Cic. Nat. Deor. III. 29.
Neque quo pacto fallam —
Nec quem dolum ad eum *aut* machinam commoliar,
Scio quidquam. Lepide autem Chremes dolis inſtruit ſervum contra ſeſe, quum Menedemo crederet inſidias fieri. Veſt. FABRICAM. Tranſlatio ab his, qui expugnaturi oppida, machinamenta belli ad id praeparant. Calph.

29. Longo uſu edoctus, ſcio.

30. Eo aptior ſervus es, qui dominis ſcias mederi. (Formula laudandi alterum. Plaut. Truc. V, 61. Phaed. III. 5. 3. Quinctil Inſtit. VIII. 2. Petron. 69. contrarium eſt; *Tanto nequior* Adelph. IV. 1. 12. V.)

31. Da modo operam, ut ipſe memineris ea, quae nunc me jubes. (jam providet fallaciae, quam ipſe conceperat, quo facilius mereatur veniam, ſi quid ſtruxerit in herum. Calph.)

32. Ordo & ſenſus eſt: Si forte aliquando evenerit, ut filius tuus faciat quid ſimile (hujus facti Cliniae), ut humanum * eſt, ſub amare. Veſt.

[33] Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.
Ch. [34] Non usus veniet, spero. *Sy.* Spero hercle ego quoque.
Neque eo nunc dico, [35] quo quidquam illum senserim:
[36] Sed si quid, ne quid: quae sit ejus aetas, vides.
[37] Et nae ego te, si usus veniat, magnifice, Chreme, 45
Tractare possim. *Ch.* [38] De istoc, quum usus venerit,
Videbimus, quid opus sit: nunc istuc age.
Sy. Nunquam commodius unquam herum audivi loqui,

[39] Nec

33. Sententias loquitur carnifex. q. d. Idem, quod nunc Menedemo accidit, etiam tibi accidere potest. Id. * Haec posterior expositio verborum, UT SUNT HUMANA, videtur priori esse praeferenda.

34. Non hoc continget, neque fieri potest. Eugr.

35. Sensus est; Quo senserim, illum tuum quidquam ejusmodi parare in animo, aut similem esse Cliniae Menedemi. Ms. Lips. QUOD QUIDQUAM. *V.*

36. Sensus est; Si quid evenerit, ne quid succenseas. V.

37. Sane ego, si opus foret, tam egregium tibi officium possem praestare, quam tu nunc me jubes praestare Menedemo. *Tractare* non est fallere, neque id probavit Faber Soranus adductis exemplis. Sed per ambages tamen a servo hic innuitur fallacia, quam Senex antea probavit, tendens in emolumentum ejus, qui decipitur. Hinc nihil opus est cum Vesterhovio fingere quod servus haec, non ausus dicere hero praesenti, ad spectatores conversus false dixerit.

38. Sc. officio tuo, adversus me ɔ: quam egregie debeas me tractare.

[39] Nec quum male facerem, crederem mihi impunius
Licere. quisnam a nobis egreditur foras?

39. Nec sperare possem majorem mihi impunitatem, cum malefacere vellem. Ceterum alia lectio, MALEFACERE, quam Edit. in Usum Delphini; & Minellii praeferuut, aptior mihi, & sensus magis expediti, videtur.

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Quid istuc, quaeso? qui istic mos est, Clitipho? itane fieri oportet?
Cl. Quid ego feci? *Ch.* Vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici
Inserere? *Sy.* [1] Acta haec res est. perii! *Cl.* Mene? *Ch.* [2] Hisce oculis, ne nega,
Facis adeo [3] indigne injuriam illi, qui non abstineas manum [4].

Nam

1. Verbum desperantis. Timebat enim Syrus, ne ob hoc, fallacia ejus detegeretur. Calph.

2. Ita solent, ubi se certo quid scire affirmant. Adelph. III. 2. 31. Hec. III. 3. 8. Plaut. Mil. II. 3. 19. *Sc. Profecto vidi, Pa. Tuten'? Sc.* Egomet duobus hisce oculis meis Namque, ut ait idem Truc. II. 6. 8.
Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt. V.

3. Inhumaniter, foede, turpiter.

4. Sc. ab attrectanda illius amica.

Nam istaec quidem [5] contumelia 'st: 5
Hominem amicum recipere ad te, atque ejus amicam [6] subagitare.
[7] Vel heri in vino, quam immodestus fuisti! *Sy.* [8] Factum. *Ch.* Quam molestus!
[9] Ut equidem, ita me Dì ament! metui, quid futurum denique esset.
Novi ego amantium animum: [10] advertunt graviter, quae non censeas.
Cl. At mihi fides apud hunc est, [11] nihil me istius facturum, pater. 10
Ch. Esto: at certe concedas hinc aliquo [12] ab ore eorum aliquantisper.
Multa [13] fert libido: ea prohibet facere tua praesentia.

Ego

5. Turpis injuria.

6. SUBAGITARE est nequiter & per lasciviam attrectare. V.

7. Etiam. ɔ: ut cetera omittam. IN VINO. inter pocula; vel simpliciter, in convivio.

8. Testatur & hoc servus contra herilem filium, quo se insinuet magis in gratiam heri.

9. UT pro quantum, Virgil. (Ecl. VIII. 41.) Ut vidi, ut perii. Calph.

10. Accurate observant ea, quae non putantur observare. Quidam explicant; *moleste accipiunt.*

11. Utitur εὐφημισμῷ, quia verbum turpe pudet dicere, praesente patre. Eun. V. 9. 40. V.

12. A conspectu, & e praesentia. Cic. pro Rosc. Amer. 6. *Erat ille Romae frequens: atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur.* V.

13. Apportat, permittit. V. Ait multa libidinem velle, eamque sub cujusque praesentia se minus audere complere. Eugr. Itaque, *Tua* PRAESENTIA, hic idem valet, ac eujuscunque hominis praesentia, quae amantes, familiariter inter se agere, impedit.

Ego de me facio conjecturam: nemo 'ſt meorum amicorum hodie
Apud quem [14] expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam.
Apud aliud prohibet [15] dignitas: apud alium ipſius facti pudet: 15
Ne [16] ineptus, ne protervos videar: quod [17] illum facere credito.
Sed noſtrum 'ſt intelligere, [18] utcunque, atque ubicunque opus ſit, obſequi.
Sy. Quid iſtic narrat? *Cl.* Perii! *Sy.* Clitipho, [19] haec ego praecipio tibi,
Hominis [20] frugi & temperantis functus officium. *Cl.* Tace ſodes.
Sy. [21] Recte ſane. *Ch.* Syre, pudet me. *Sy.* Credo, neque id injuria. 20

Quin

14. Detegere, exponere, arcana mea.

15. Auctoritas, gravitas ipſius.

16. INEPTUS quo ad dignitatem. Cicero in II. de Oratore. (Cap. 4.) *Nam qui aut, tempus quid poſtulet, non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut* eorum, quibuscum eſt, vel dignitatis, *vel commodi* rationem non habet, *aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is* INEPTUS *eſſe dicitur.* Calph.

17. Idem illi accidere. (h. e. Libertatem ejus impediri praeſentia tua, ne faciat ea, quae fert animus, V.)

18. Quôcunque modo, & quâcunque in re.

19. Eadem ipſa quae pater. (PRAECIPIO, in praeſenti utitur, ut oſtendat perpetuam diſciplinam. V.)

20. FRUGI, utilis & neceſſarius. Calph.

21. Ironia eſt. Id enim vult, *quid ego taceam?* Sic Andr. V. 2. 7. *Bene ſane.* Eun. I. 2. 9. *Sane.* Phorm. V. 8. 10. *Recte ſane.* V.

Quin [22] mihi molestum est. *Cl.* [23] Pergin' hercle? *Sy.* [24] Verum, dico quod videtur.
Cl. Non accedam ad [25] illos. *Ch.* Eho! quaeso, [26] una accedundi via 'st?
Sy. Actum 'st. hic prius [27] se indicârit, quam ego argentum effecero.
Chreme, vin' tu homini stulto mihi [28] auscultare? *Ch.* Quid faciam? *Sy.* Jube hunc
Abire hinc aliquò. *Cl.* Quò hinc abeam ego? *Sy.* Quò? quò lubet: da illis locum. 25
[29] Abi deambulatum. *Cl.* Deambulatum! quò? *Sy.* Vah! quasi desit locus [30].

Abi

22. MIHI habet emphasin. *Mihi*, qui non sum pater. Calph.

23. Ita solent qui iam tacere jusserant alterum. Sic supra II. 2. 8. V.

24. H. e. Ego vero pergo, dico enim, quod mihi videtur. vel, dico quod verum videtur. V.

25. Cliniam sc. ac Bacchidem, in aedibus Chremetis. Videtur vero haec quasi cum impotenti desiderio dicere Clitipho. Unde Syrus metuens, ne quid persentisceret Chremes, secum ait: ACTUM 'ST, HIC PRIUS SE INDICARIT, QUAM &c. V.

26. *An unica modo datur ratio amantes accedendi,* sc. illa tua importuna & proterva? qu. dic. Non impedio, quin eos accedas; sed honesta & commoda ratione id facias, volo.

27. Prodet amorem suum patri.

28. Obedire, consilium meum sequi. Caecilius Embono:

Audire, ignoti quod imperant,
soleo, non auscultare.

Pacuvius Chryse:

Nam istis, qui linguam avium intelligunt
Plusque alieno jecore sapiunt, quam ex suo,
Magis audiendum, quam auscultandum *censeo.* V.

29. Ita solebant, ubi quem amotum vellent. Plaut. Pseud. I. 3. 29. *Ambula tu.* V.

30. Sub. *ubi spatiari possis.*

Abi ſane [31] iſtac, iſtorſum, quò vis. *Ch.* Recte dicit. cenſeo.

Cl. [32] Dî te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis. *Sy.* At tu pol tibi iſtas

Poſthac [33] comprimito manus.

[34] Cenſen' vero? quid illum porro credis facturum, Chreme. 30

Niſi eum, quantum tibi opis Dî dant, [35] ſervas, caſtigas, mones.

Ch.

31. Iſta viâ, in iſtam partem. δεικτικῶς hoc eſt intelligendum.

32. Funditus te evellant, & de medio tollant. Dum haec cum indignatione proferret, percuſſit Syrum. Calph. At hoc praeter rationem fingitur. nam Syrus mox jubet, non ut manus â verberibus, ſed ab inſinuatione in ſinus meretricios, contineat herus.

33. Adelph. IV. 2. 26. *Nae ille* continebit poſthac, *ſi ſapiat*, manus.
Plautus ad linguam retulit. Amph. I. 1. 192.
Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam comprimam linguam;
Et I. 2. 34.
Orationem comprimam.
Noſter Phorm. V. 6. 29.
Animam compreſſi. V.

34. Videntur Syri ad Chremetem verba. q. d. *Quid tibi tuus videtur filius? An haec de eo credideras?* Sic Eun. IV. 7. 33. Ain' vero. V. Poſſet ſubaudiri; *adoleſcentem eſſe impudentem;* qui ſc. mihi, te praeſente, pro dato ſalutari conſilio, maledicat. Poſſint quoque verba ſervi inſultantis, ad Clitiphonem eſſe; & ſubaudiri, *ita*. Sc. oportere ut manus comprimas.

35. Cuſtodis & obſervas, utpote adultum, vitiisque magis quam antea obnoxium. Catull. Carm. XVIII. 15.
Et puella tenellulo delicatior haedo,
Aſſervanda *nigerrimis diligentius uvis*
Phaed. III. 10. 23.
Aetatem adultam ſervans *diligentius*. V.

Ch. Ego istuc curabo. *Sy.* Atqui [36] nunc, here, hic tibi asservandus est.
Ch. Fiet. *Sy.* Si sapias: nam [37] mihi jam minus, minusque obtemperat.
Ch. [38] Quid tu? ecquid de illo, quod [39] dudum tecum egi, [40] egisti, Syre? aut
Repperisti, tibi quod placeat? an nondum etiam? *Sy.* De fallacia 35
Dicis? st! inveni nuper quandam. *Ch.* Frugi es. cedo quid est?
Sy. Dicam: [41] verum, ut aliud ex alio incidit. *Ch.* Quidnam, Syre?
Sy. Pessuma haec est meretrix. *Ch.* Ita videtur. *Sy.* Immo [42] si scias.

Vah!

36. Bene praesens tempus in metu ponit, ut ille sciat jam filium; nescio quid, moliri. Eugr.

37. Videtur Syrus fuisse paedagogus Clitiphonis. Vide Adelph. V. 9. 5. Vest.

38. Bene amoto filio de fallacia erga Menedemum exquirit. Calph.

39. Paulo ante.

40. Cogitasti, deliberasti tecum.

41. Sed dicam, quomodo insperata mihi fallacia, ex insperato eventu in mentem venit. Sic etiam explicari potest; Sed vide, vel, mirum est, quam diversi eventus in mundo se excipiunt: Bacchis nimirum, quam *commodam* putavimus *meretricem*, *pessima* est. Simplicissime autem ita exponeres; *Sed dicam*, *ut unum ex alio sequitur* ɔ: ordine; Fallaciam tibi, ex suis rationibus deductam, expediam. Eugraphio, haud injuriâ, locus est obscurus; sed ad secundam sententiam videtur inclinare. Vesterhovius nihil explicat; adducit tantum e Quinctiliano Instit. IX. 2. *Aliud ex alio succurrit mibi.*

42. Sensus est: *Immo magis dicas*, *quod dixisti*, *si scias*. V.

Vah! vide, quod [43] inceptet facinus. Fuit quaedam anus Corinthia
Hic: huic drachmarum argenti haec [44] mille dederat mutuum. 40
Ch. Quid tum? *Sy.* Ea mortua 'st: reliquit filiam adolescentulam.
Ea relicta [45] huic arrhaboni est pro illo argento. *Ch.* Intelligo.
Sy. Hanc secum huc adduxit, [46] eaque est nunc ad uxorem tuam.
Ch. Quid tum? *Sy.* Cliniam orat [47]; sibi uti id [48] nunc det, [49] illam illi [50] tamen
Post daturam [51]: mille [52] nummûm poscit. *Ch.* Et poscit [53] quidem! *Sy.* Hui! 45

 [54] Du-

43. * *Incipere* & *Inceptare*, magnorum est facinorum & audaciae. Calph. * & haec Donati sunt, ad Eun. V. 8. 1. Vest.

44. *Mille* hic, & mox versu 45. est Substantivum Singularis numeri. Vide, de natura vocis *mille*, Celeb. Perizonium ad Sanctii Minervam, Lib. IV. Cap. IV. Not. 78. Drachmae apud Graecos valuerunt, quod apud Romanos denarii. Hic, per MILLE DRACHMARUM, decem minas, vel centum coronatos, intelligunt interpretes.

45. Sc. Bacchidi. *Arrhabo* & *arrha* est id, quod dari solet ad confirmationem contractus; aliquando idem quod *pignus*, ut hic sumitur.

46. Sc. ita potuit cognosci filia Chremetis. *V.* Mox AD valet *apud*. Sic Liv. Lib. IV. Dec. III. Ad *exercitum erat*, item; ad *regem remansit*.

47. Sc. Bacchis. Vest.

48. Argentum. Vest.

49. Antiphilam adolescentulam. Vest.

50. i. e. tandem. Vest.

51. Id argentum. Sed haec (praecedentia) ita etiam capere possis. *Bacchidem post daturam esse Antiphilam Cliniae.* Vest.

[54] Dubium id est? *Ch.* Ego sic putavi. quid nunc facere cogitas?

Sy. Egone? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam ex [55] Caria,

Ditem & nobilem: si redimat, magnum inesse in ea lucrum.

Ch. Erras. *Sy.* Quid ita? *Ch.* Pro Menedemo ego nunc tibi respondeo:

Non emo. quid ais [56]? *Sy.* [57] Optata loquere. *Ch.* Atqui non est opus [58]. 50

Sy. Non opus est? *Ch.* Non hercle vero. *Sy.* Quid istuc? miror. *Ch.* Jam scies.

[59] Mane, mane! quid est, quid tam [60] a nobis graviter crepuerunt fores?

52. Videntur ἰσοδύναμα esse *nummus* & *Drachma*, nec magis diversa, quam genus & species. Certe quidem in lingua Latina *nummus* passim significat pecuniam maxime usitatam, qua uti solebant ad majores summas enunciandas, h. e. *sestertium*: Sed in rebus Graecis *Drachmam*, per quas illi majores summas solebant efferre. Vest.

53. Est formula mirantis & suspensi. Plaut. Bacchid. II. 2. 44.
Nam jam huc adveniet miles.
Ch. Et miles quidem! Vest.

54. q. d. an mirum est, si impudenter poscat mulier meretrix?

55. Provincia Minoris Asiae inter Lyciam & Joniam: cujus incolae Cares vocabantur.

56. Quid opponis ad hanc responsionem Menedemi?

57. Bona verba dic; noli sinistra nobis ominari.

58. Sc. *mihi emere illam.* Pergit ex persona Menedemi.

59. Hic est silentium indicentis.

60. Quamobrem fores aedium nostrarum tanto cum strepitu aperiuntur?

AC-

*ACTUS QUARTI.

SCENA PRIMA.

SOSTRATA, CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

So. Nisi me [1] animus fallit, hic profecto est annulus, quem ego suspicor:
Is, quicum exposita est gnata. *Ch.* Quid volt sibi, Syre, haec oratio?
So. Quid est? isne tibi videtur? *Nu.* Dixi equidem, ubi mihi ostendisti, ilico,
Eum esse. *So.* At [2] ut satis [3] contemplata modo sis, mea Nutrix. *Nu.* Satis.
So. Abi jam nunc intro, atque [4] illa si [5] jam laverit, mihi nuntia: 5
Hic ego virum interea [6] opperibor. *Sy.* Te volt: videas, quid velit:

L 3 Nescio,

* Quum Chremes & Syrus in proscenio remanserint, non videtur Mureto hic novi Actus initium esse. Vest.

1. τὸ ANIMUS opinionem h. l. notat. Sic infra IV. 2. 1. Vest.

2. Sub. *vereor*, aut *vide*. (Sic dicimus in his rebus, de quibus addubitamus. Calph.)

3. CONTEMPLARI dictum est a *templo*, id est, loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest: quem antiqui *templum* nominabant. Calph.

4. Antiphila.

5. Hoc de balneo intelligendum, cujus etiam summo mane usus viguit. Adde Eun. III. 5. 24. seqq. *V.* subaud. *se.*

6. Antique, pro *opperiar.*

Nescio, quid tristis est: non * temere 'st: metuo, quid fiet. *Ch.* [7] Quid fiet!

Nae ista hercle magno jam conatu [8] magnas nugas dixerit!

So. [9] Ehem! mi vir. *Ch.* [10] Ehem! mea uxor. *So.* Te ipsum quaero. *Ch.* Loquere quid velis.

So. [11] Primum hoc te oro, ne quid me credas contra edictum tuum 10

Facere esse ausam. *Ch.* Vin' me istuc tibi, [12] etsi incredibile 'st, credere?

Credo. *Sy* Nescio quid peccati portet haec purgatio.

So. Meministin' me esse gravidam, & mihi te maxumopere dicere,

Si puellam parerem, nolle tolli. *Ch.* Scio quid feceris:

Sustulisti. *Sy.* Si sic factum est, domina, ergo [13] herus damno [14] auctus est. 15

So.

* Sine causa. Calph.

7. Cum stomacho pronuntiandum. Id.

8. Oxymori species est. Sic Eun. V. 3. 4. Phaed. II 5. 2. de Ardelionum Romae natione

— *Occupata in otio Gratis anhelans, multa agendo nihil agens.* Vest.

9. Interjectio blandientis.

10. Haec repetitio a simili, indignantis est. Calph.

11. Hoc exordium timentis est, & animi male sibi conscii.

12. Ita hoc concedit, ut salse simul perstringat immorigeram uxorum indolem.

13. Eugraphius intelligit herum minorem, sc. Clitiphonem, quod ei coheres puella venerit. Rectius intelligitur Chremes, cui *sumtus* per hunc casum, auctus sit, in dotanda gnata faciendus.

14.

So. Minime. ſed erat hic Corinthia anus, haud [15] inpura: ei dedi
Exponendam. *Ch.* O Juppiter! tantamne eſſe in animo [16] inſcitiam!
So. Perii! quid ego feci? *Ch.* Rogitas? *So.* Si peccavi, mi Chreme,
Inſciens feci. *Ch.* Id equidem ego, ſi tu neges, certo ſcio
Te [17] inſcientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia: 20
Tot peccata in hac re oſtendis: nam, jam primum, ſi meum
Imperium exſequi voluiſſes, [18] interemtam oportuit.

L 4 Non

14. Dicimus, *Ego ſum auctus damno*, &, *Damnum eſt auctum mihi.* Calph. Eugraphius hoc nove poſitum putat. Sed phraſis vetus eſt; *Mactare malo, damno*, Plautus dixit, Aul. III. 5. 61. — *Infortunio*, Noſter Phorm. V. 8. 39. MACTARE autem eſt *augere.* (Elegans ὀξύμωρον. Magis proprie Plautus. Perſ. IV. 3. 15.
Jam liberta auctus es.
Dicitur autem quis augeri liberis. Plaut. Truc. II. 6. 35.
Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis
Gratulor.
Cic. Att. I. Filiolo *me* auctum ſcito, *ſalva Terentia.* Unde *auctor generis* dictus. Veſt.)

15. IMPURUS eſt, aliquo vitio maculatus, & aliquando dicitur *improbus.* Calph.

16. Vocat INSCITIAM potius, quam *Inſcientiam*, quia ſcitum non eſt jus negligere, & de futuro ſocordem eſſe. Veſt.

17. INSCIENS dicitur, qui res ignorat, quas deberet cognoſcere. IMPRUDENS, qui non habet delectum bonorum & malorum.

18. Hinc ἄστοργοι Romani vocantur Paulo Apoſtolo in Epiſt. ad Rom. I. 31. Quan-

Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae
dare.
At id omitto: misericordia, animus maternus [19]:
sino.
Quam bene vero abs te prospectum est! quid voluisti? cogita. 25
Nempe anui illi [20] prodita abs te filia est planissume,
[21] Per te vel uti [22] quaestum faceret, vel uti [23] veniret palam.
Credo id cogitasti. [24] quidvis satis est, dum vivat
modo.

Quid

Quanquam videtur Terentius manifestò notare morem Graecorum, apud quos licitum erat patri, vel alere partum, vel occidere. Teste *Ar.mor.* de Republ, VII. 16. Quum contrarium obtineret Romae. Vide Dion. Halicarn. II. 15. ubi memoratur lex Romuli, jubentis prolem masculam educari, sed & filiam primogenitam, nec ullam prolem necari triennio minorem. In *XII Tab.* partus monstrosus occidi jubetur, de aliis siletur. Jure Pandectarum pater tenetur agnoscere partum, & alere. *L.* 3. §. 1. *L.* 5. pr. & §. 1. D. de Agnosc. & Alend. libb. Vest.

19. Sub. *impulerunt te.* Scilicet & major in pariundo labor, & partus certitudo majorem in matribus στοργὴν creat. Vest.

20. Prodidisti, vel etiam perdidisti filiam, cum eam anui illi commisisti. (*Prodere*, Festus dicit, est dare & fallere. & bene hic capi potest eo modo Caph.)

21. Tua opera, quantum in te est. Vest.

22. Intelligit quaestum meretricium. Vest.

23. Publice venderetur in servitutem.

24. Quodcunque vitae genus eveniat filiae, id adprobandum est, dummodo &c.

Quid cum illis [25] agas, qui neque [26] jus, neque bonum atque aequum sciunt?

[27] Melius pejus; prosit obsit: nihil vident, nisi quod lubet. 30

So. Mi Chreme, peccavi, fateor: [28] vincor. nunc hoc te obsecro:

Quanto tuus est animus [29] natu gravior, ignoscentior, [30]

Ut mea stultitiae in justitia tua sit aliquid praesidî.

Ch. [31] Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum, Sostrata,

[32] Male docet te mea facilitas multa. Sed istuc quidquid est, 35

Qua [33] hoc occeptum 'st causa, loquere. *So.* Ut stultae & [34] misere omnes sumus

25. Agat aliquis, vel agi potest. qu. d. non potest cum illis disputari, non possunt erudiri. oblique autem uxoris designat inscitiam, & obstinatam voluntatem.

26. Quorum animus ab omni honestate, justitia & aequitate abhorret. Vest.

27. *Quid* hic ad singula subauditur; & elegans Asyndeton est, in sermone ab irato homine fuso.

28. Convicta sum argumentis tuis.

29. Per aetatem provectam compositior, moderatior, in honesto decoroque colendo constantior; vel etiam prudentior.

30. *Tanto sit* ad ignoscendum facilior.

31. Calphurnius vult ambas hasce particulas ad majorem comprobationem pertinere: mihi videntur innuere hominem, cum ambage aliqua, & difficultate ignoscentem.

32. Parum inservit, ad ingenium & mores tuos emendandos, mea indulgentia.

33. Sc. colloquium tuum de filia exposita.

34. MISERE RELIGIOSAE. id est, nimis anxiae & providae: Adde Gell. IV. 9. Vest. RELIGIOSAE. superstitiosae. Calph.

Religiosae; quum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho: & [35] eum dico, ut una cum puella exponeret:
Si moreretur [36], ne expers partis esset de nostris bonis.
Ch. [37] Istuc recte: conservasti te [38]; atque illam. *So.* Is hic est annulus. 40
Ch. Unde habes? *So.* [39] Quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. *Sy.* [40] Hem!

Ch.

35. Sollennis mos; cujus ratio continuo additur, SI MORERETUR (nimirum anus, quae sola natalium esse testis poterat). Vest.

36. Eugraphius puellam intelligit; neque enim (ait) liberos, etiam mortuos, fas erat fraudari bonis. Hoc videtur velle; nefas habitum fuisse, si liberi decederent, nullâ, ex bonis parentum, portione accepta. Sape haec sententia ex verbis Auctoris videtur sequi. Calphurnius recte observat, in hoc constitisse superstitionem (antea memoratam). Scilicet vera causa, cur cum infantibus exponerentur pretiosa, fuit, ut eo facilius recognoscerentur; at imperitiores hanc etiam potuerunt causam sibi fingere; ne liberi bonis parentum, ad quae per ipsam nativitatem jus habebant, injuste fraudarentur. Vesterhovius hic, cum annulo suo pronubo, nihil agit.

37. εἰρωνικῶς dictum. Calph.

38. Sc. ne quid contra religionem faceres.

39. Relativum Pronomen hic praeponitur eleganter; quo construendi modo saepe utitur Livius. Adde Ciceronem Epist. Fam. Libr. XI. Epist. XXII. *Ego enim*, quae *provideri poterunt*, *non fallar* in iis: quae *cautionem non habebunt*, de his *non ita valde laboro*. Demonstrativum EA, habes versu sequenti: *Ea lavatum* &c.

40. Syrus timet, ne sibi praeripiatur auferendi argenti occasio, agnitione filiae; itaque ingemit. Calph.

Ch. Quid ea dicit? *So.* Ea lavatum dum it, [41] servandum mihi dedit.
Animum non advorti primum: sed postquam aspexi, ilico
Cognovi: ad te exilui. *Ch.* Quid nunc suspicare, aut [42] invenis
De illa? *So.* Nescio; nisi ut ex ipsa quaeras, unde hunc habuerit, 45
Si [43] potis est reperiri. *Sy.* Interii! [44] plus spei video quam volo.
[45] Nostra est, ita si est. *Ch.* Vivitne illa, cui tu dederas? *So.* Nescio.
Ch. Quid [46] renuntiavit olim? *So.* Fecisse id quod jusseram.
Ch. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quaeratur. *So.* Philtere.
So. Ipsa est: [47] mirum ni illa salva est, & ego perii. *Ch.* Sostrata, 50

Sequere

41. Sub. *annulum.* Ex solemni more, ne inter lavandum corrumperetur. Unde Ovid. Amor. II. 15.23. annulus loquitur.
Me gere, cum calidis perfunderis imbribus artus,
Damnaque sub gemma perfer euntis aquae.
Adde Kirchmannum de Annulis, XXII. Vest.

42. Cognoscis, compertum habes.

43. Res possit investigari.

44. Nolebat tam citò cognosci filiam, ne occasio praeriperetur auferendi argentum. Calph.

45. Si res ita est, ut Sostrata refert, haec Antiphila est filia nostra herilis. Haec servus trepidans secum.

46. Proprie de iis, qui jussi rem exsequi, quid gestum sit narrant. Vest.

47. Formula comica, pro *nimirum*, *procul dubio*.

Sequere me intro hac. *So.* [48] Ut praeter spem evenit! quam timui male,
Ne nunc animo ita esses [49] duro, ut olim [50] in tollenda, Chreme!

Ch. [51] NON LICET HOMINEM ESSE SAEPE ITA UT VOLT, SI RES NON SINIT.

Nunc ita [52] tempus est mihi, ut cupiam filiam: olim nihil minus [53].

48. UT, hoc loco, est admirandi particula, pro *quam*.

49. Per Charientismum, pro impio, vel inhumano.

50. Sc. in negotio de filia educanda. vel, *erga filiam;* ut sit Enallage casus. Notum illud Virgilii Aen. II. 541. *Talis* in hoste *fuit Priamo*.

51. Sic And. IV. 5. 10. Videtur autem olim res angustior non sivisse, ut illam aleret, quod nunc in re lauta, & bona parte aucta expetit. Vest. Sententia quidem a sene non optime adplicatur, ad impietatem suam palliandam: at re ipsa egregia est, & monet, non ultra cupiendum esse, quam facultates, vel conditio hominis, patiuntur.

52. Conditio, fortuna.

53. Sub. *cupiebam*. Vest.

ACTUS QUARTI

SCENA SECUNDA.

SYRUS.

Nisi me animus fallit, [1] haud multum a me aberit infortunium:

Ita

1. Sc. non longe. Eugr.

Ita hac re [2] in angustum [3] oppido nunc meae coguntur [4] copiae:
Nisi aliquid [5] video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.
Nam quod de argento sperem, aut posse [6] postulem me fallere,
Nihil est: [7] triumpho, si licet me [8] latere tecto abscedere. 5
Crucior,

2. Id vult, se ad incitas fere esse redactum. Cic. De. Amic. 5. *In contracta res est & adducta in angustum.* Est vero militaris sermo & imperatorius, uti grandiloquentiam amat Syrus. Vest.

3. OPPIDO, *valde* significat. Eugr. Adverbium inde ortum, quod OPPIDO bonum vocarent rustici, h. e. urbi, omne magnum & excellens. Vest.

4. Comice, per COPIAS, fallacias suas intelligit.

5. Invenio, excogito, *consilium.* (Sic And. II. 2. 36. Vest.)

6. Cupiam, vel praesumam.

7. Summum gaudium est si tutus, sine vulnere (aptius, *plagis*) discedam: hoc est *Latere tecto* & (corr. id est) custodito. Eugr.

8. Nannius apud Vesterhovium existimat, Syrum allegorice loqui de exercitu, qui rebus desperatis pro victoria habet, si sine clade ab hoste discedere licet. Vesterhovius ait respici poenam servorum, qui nudi latera (mirum ni etiam tergum,) & pendentes caesi fuerint flagris. Plautum adducit Epid. I. 1. 63.

Detegetur corium de tergo meo.

Parum feliciter hoc, ut opinor. Idem doctus vir rectius affert, *latus tegere* dictos esse gladiatores, defendentes, ne inferretur ictus, quod id, sc. latus sinistrum maxime peti consueverit. Denique hac occasione annotat, quod forte omnibus notum non est; *Latus claudere* alteri, esse, ad laevam incedere. advocat Horatium Sat. II. 5. 16.

ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.

Crucior, [9] bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus.
Quid agam? aut quid comminiscar? [10] ratio de integro ineunda 'st mihi.
NIHIL TAM DIFFICILE 'ST, QUIN QUAERENDO INVESTIGARI POSSIT.
[11] Quid, si hoc nunc sic incipiam? nihil est. quid, si sic? [12] tantundem egero.
At sic [13] opinor non potest. immo optume. euge! habeo optumam [14]. 10
[15] Retraham, hercle, opinor, ad me illud fugitivum [16] argentum tamen.

Utne tegam spurco Damae latus? Et Sueton. Claud. 24. *Et in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti* latus texit.

9. Sc. praedam. Eugr. Est locutio metaphorica a feris & alitibus desumta. Sed & (BOLUS) *rete jaculum* notat, ipsumque *jactum piscatorium* inde adeo pro omni lucro ponitur. Vest.

10. De novo excogitandum est consilium.

11. Nunc incipit Syrus deliberare, & identidem proponit, & proposita refellit. Calph.

12. Tantum proficiam in hoc faciendo, quantum in alio praecedenti, jamjam confutato. Calph.

13. Sub. *melius erit*, aut, *me aliquid effecturum.*

14. Sub. *stropham, viam, rationem.* Vest.

15. Ridicule loquitur de argento, quod non posset adsequi, tanquam de servo fugitivo.

16. Hoc est mille illas drachmas ex venditione Antiphilae. Vest.

AC-

ACTUS QUARTI
SCENA TERTIA.
CLINIA. SYRUS.

Cl. Nulla mihi res posthac potest jam [1] intervenire tanta,
Quae mihi aegritudinem adferat: tanta haec laetitia oborta est.
[2] Dedo patri me nunc jam, ut [3] frugalior sim, quam volt.
Sy. Nihil me fefellit: cognita est, quantum audio hujus [4] verba.
Istuc tibi [5] ex sententia tua obtigisse laetor. 5
Cl. O mi Syre audistin' obsecro? *Sy.* Quid ni? [6] usque una adfuerim.

Cl.

1. Obvenire, accidere. (*Nimia Cliniae laetitia exprimitur de recognita Antiphila.* Calph.

2. Vide And. V. 3. 26. Eun. V. 8. 2.

3. Modestior, temperantior. QUAM VOLT. mirè hic exprimit auctor indolem fervidi adolescentis, etiam circa virtutes modum tenere nescientis.

4. Sc. *Cliniae.* loquitur ad spectatores.

5. *Ex sententia* est, ex voto, quod familiare Nostro. Aliud est *ex animi sententia*, usitatum in formulis jurisjurandi, pro, *sincere, bona fide.* Sed, *ex alterius sententia* est, ut alter suadet. Quanquam id usitatius *de sententia* dicitur. Vest.

6. USQUE hic absolute & adverbialiter positum, pro perpetuò: nisi *ad finem* subaudiatur.

Cl. Cui aeque audisti [7] commodius quidquam evenisse? *Sy.* Nulli.

Cl. Atque ita me Dì ament, ut ego nunc non tam [8] meapte causa

Laetor, quam illius: quam ego scio esse honore quovis dignam.

Sy. Ita credo. sed nunc, Clinia, age, [9] da te mihi vicissim: 10

Nam amici quoque res est [10] videnda, in tuto ut collocetur.

[11] Ne quid de amica nunc senex. *Cl.* [12] O Juppiter! *Sy.* Quiesce.

Cl. Antiphila mea nubet mihi. *Sy.* Siccine [13] mihi interloquere?

Cl.

7. Alii legunt COMMODE; quidam, COMMODI. Mihi videtur, in sermone hominis, affectu abrepti, omnia non esse ad regulas Grammaticas exigenda. (Si ita scripsit Terentius, auctorem habuit Plautum. Capt. III. 5. 41. *Nec est quisquam mihi*, aeque melius *cui velim*. Vest.)

8. Cum Ablativo παρέλκον additum, ut *Nostrapte*. Cato tamen ponit *mihipte*, pro *mihi ipsi*. Calph.

9. Obsequere mihi contra, ut tibi sum obsecutus; fac quod peto.

10. Hoc, vers. 16. levi & eleganti variatione repetitur. Cic. Philipp. XIII. 5. Ut videatur a vobis *Cn. Pompeji filius* in patrimonio suo collocatus. Vest.

11. Ne quid Chremes de Bacchidis & Clitiphonis amoribus *resciscat*. Vest.

12. Exclamatio gaudentis & simul gratulantis. Id.

13. Quasi *loqueris inter me* i. e. meum sermonem, illum interrumpendo. Calph. Alii, ME INTERLOQUERE? quod ex Festo probat Georg. Fabritius. Vest. Atque hoc modo videtur Calphurnius legisse.

Cl. Quid faciam, Syre mi? gaudeo. [14] fer me. *Sy.* Fero hercle [15] vero.
Cl. Deorum vitam [16] apti ſumus. *Sy.* Fruſtra operam, opinor, ſumo, 15
Cl. Loquere, audio. *Sy.* At jam [17] hoc non ages. *Cl.* Agam. *Sy.* Videndum eſt, inquam,
Amici quoque res [18], Clinia, tui in tuto ut collocetur:
Nam ſi nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Senex reſciſcet ilico, eſſe amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, [19] celabitur itidem, ut celata adhuc eſt. 20
Cl. At enim [20] iſtoc nihil eſt magis, Syro, meis nuptiis advorſum:
Nam quo [21] ore appellabo patrem? [22] tenes, quid dicam? *Sy.* Quid ni?

Cl.

14. Id eſt, *tolera.* Calph.

15. Per voculam *vero*, affirmat ſe quidem *illum ferre*, ſed *aegre*, & *invitum*. reſpondet noſtro, *mev.*

16. Feliciſſimi ſumus, ego & Antiphila. (Vide ad And. V. 5. 4. Virgil. Ecl. IV. 15. *Ille Deûm vitam accipiet.* Eſt autem APTI ab *apiſcor*, uti ADEPTI ab *adipiſcor*. Veſt.)

17. Non attendes ad ea quae dicturus ſum. Vide ad Andr. I. 2. 15. Veſt.

18. Negotium Clitiphonis, ſc. amor.

19. Ignorabitur, ut huc uſque factum, quod Bacchis amica ſit Clitiphonis.

20. Iſta re, ſc. ſi abduxero Bacchidem.

21. Quo pudore. Sic *os ferreum*, *os durum*, *os nullum*, de homine inverecundo & impudente. Cic. pro Rabir. Poſtum. 12. *Quod habent os? quam audaciam?* Pompeio Magno ſpeciatim *os probum*, h. e. verecundum tribuit Plinius VII. 12. & XXXVII. 2. quod quoties in concionem veniret,

Cl. Quid dicam? quam caufam adferam? *Sy.* Quin nolo mentiare.
Aperte, ita ut res fefe habet, narrato. Cl. Quid ais? *Sy.* Jubeo [23].
* Illam te amare, & velle uxorem: hanc effe Clitiphonis. 25
Cl. [24] Bonam atque juftam rem oppido imperas, & factu facilem:
Et fcilicet jam me hoc voles patrem exorare, ut celet
Senem voftrum. *Sy.* Immo, ut [25] recta viâ rem narret ordine omnem. *Cl.* Hem!
Satin' fanus es, aut fobrius? tu quidem illum plane [26] prodis.

Nam

cet, etiam maximis rebus geftis, erubefceret. Veft. Qua fronte, quo vultu, qua confidentia rogabo, vel rogare poffim patrem, ut nuptias meas cum Antiphila procuret, cum ipfe meretricem ante oculos ipfi adducam?

22. Dilogia in hoc eft; aut enim ait; *nonne intelligis, quid dicam?* aut; *num tu fcis mihi fuggerere, quod patri dicere poffim?*

23. Haec fatis magnifice fervus: an fub. *ut dicas?* an vero fequentia cum τῷ NARRATO jungenda funt? hoc malim.

* ILLAM, Antiphilam. HANC, Bacchidem. Veft.

24. Calphurnius haec, ut & SCILICET, v. fequ. Ironice intelligenda cenfet. Mihi ferið dicta videntur, fervi confilium planam Cliniae patefecit viam, ad honeftam cum amica conjunctionem, neque hactenus in Clitiphonis incommodum tendere videbatur, modò exoraretur Menedemus, ut amorem ejus celaret Chremetem.

25. Aperte, fine ambagibus.

26. PRODERE proprie ad parentes refertur: fed nonnunquam ad eum cui res alterius demandata eft, & cujus confilio alter regitur. Alii legunt PERDIS. Calph.

Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi. 30
Sy. Huic equidem consilio [27] palmam do: hic me magnifice effero,
Qui [28] vim tantam in me, & potestatem habeam tantae astutiae,
Vera dicendo ut eos ambos fallam: ut quum narret senex
[29] Voster nostro, [30] istam esse amicam gnati, non credat tamen.
Cl. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis: 35
Nam dum amicam [31] hanc meam esse credet, non committet filiam.
Tu fortasse, quid mê fiat, parvi pendis, [32] dum illi consulas.
Sy. Quid? malum! me [33] aetatem censes velle id adsimularier?

27. ·: omnibus aliis consiliis meis id antefero. *Palma* est signum victoriae, & Metonym. ipsa victoria. Mox HIC, valet, hoc consilio.

28. VIM hic, per *efficaciam*, quidam exponunt. mihi non est sensu diversa â POTESTATE f. *facultate*. talis pleonasmus in orationem hominis gloriantis bene convenit.

29. Menedemus Chremeti. Omnis nimirum vis fallaciae â Chremetis incredulitate dependebat, sive â falsa ejus opinione, quod haec ad fallendum Menedemum essent efficta.

30. Bacchidem Clitiphonis.

31. Bacchidem Chremes.

32. Dummodo provideas Clitiphoni.

33. Diu, in perpetuum. adverbialiter, ut censet Donatus, ad ea Hec. V. 1. 20. *Nam neque ille hôc animô erit* aetatem. * In Centonibus Lucilianis haec sunt.
Namque videtis, uti multos mensesque diesque,
Non tamen aetatem *tempestate hac scelerosi.*
Laetentur. Vest.

Unus est dies, dum [34] argentum eripio. [35] pax! nihil amplius.
Cl. Tantum [36] sat habes? quid tum, quaeso, si hoc [37] pater resciverit? 40
Sy. [38] Quid si redeo ad illos, qui ajunt: quid si nunc coelum ruat?
Cl. [39] Metuo quid agam. *Sy.* Metuis? quasi non [40] ea potestas sit tua

Quo

34. Pecuniam, quam Clitipho promisit Bacchidi, Chremeti extorqueo.

35. Interjectio Comica silentium indicens origine Graeca. Unde Hesych. παξ ἐπὶ τῶ̄ τέλος ἔχειν. Vest. Significat *tantum.* Calph.

36. H. e. Uno illô die, quem dicis, es contentus? Syri enim NIHIL AMPLIUS aequipollet Cliniae TANTUM. Ut adeo sensus sit: *satis habes, si nihil amplius uno die tibi detur, ad eripiendum argentum a patre* * *Menedemo.* Vest. * nonne, *a Chremete?*

37. Chremes, pater Clitiphonis. *Idem.*

38. Ut, quod sentio, dicam, parum mihi boni sensus esse videtur, seu legas, QUID SI REDEO, seu (cum Guyeto.) QUID SI RIDEO. Lego igitur, & distinguo: QUID SI? REDEO AD ILLOS, QUI AJUNT, QUID SI NUNC COELUM RUAT? Scilicet dixerat Clinia, QUID TUM, QUAESO, SI &c.? Syrus igitur indignabundus cum exprobratione repetit verba Cliniae, QUID SI? q. d. apage illud tuum QUID SI. Video mihi rem esse cum homine simili illis, qui metuunt ne coelum ruat. Insignis autem est locus Arriani Expedit. Alex. l. 4. narrantis, Celtas interrogatos ab Alexandro, quid in rebus humanis maxime extimescerent? respondisse: δεδίεναι, μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι. *Vereri, ne coelum in ipsos ruat.* Quorum verborum sensus omnino videtur fuisse, se nihil quicquam vereri. Vest.

39. Incertus sum, dubito.

Quo velis in tempore, ut te [41] exsolvas: rem facias paiam.

Cl. Age, age, traducatur Bacchis [42]. *Sy.* Optume: ipsa exit foras.

40. Eleganter dictum, pro, *id in tua potestate sit*.

41. Liberes metu.

42. Sc. ad Menedemum, ut ibi celetur.

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.

BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA.

Ba. Satis, pol, proterve me Syri promissa [1] huc induxerunt:

[2] Decem minas, quas mihi dare pollicitus est: quod si is nunc

1. *Inducitur* aliquis, cum verbis alterius decipitur. in Andria. *vide, quò me inducas*. Calph. Ad hoc negotium, sc. cum Clitiphone, allexerunt.

2. Vulgò particulam *ob* volunt subaudiri. Guyetus appositive dictum vult per ἀντίπτωσιν, Sc. Syri promissa quae decem sunt minae. Vesterhovius censet, aut reticeri quid, aut constructionem esse hanc: *Decem minae* (sunt) *quas* (decem minas) *mihi dare pollicitus est*. Quin & ego fingam, pro *quas* rescribendum esse *queis*; sc. Promissa Syri, *queis* ɔ: quibus, v. per quae, *decem minas mihi* &c. Nisi mavis hoc tribuere artificio poetae, quod facit mulierem iratam talem striblìginem proferre.

Me deceperit, saepe obsecrans me, ut veniam, frustra [3] veniet.

Aut quum venturam dixero & [4] constituero; quum is certo

[5] Renuntiarit, Clitipho cum spe [6] pendebit animi: 5

Decipiam, ' ac non veniam: Syrus [7] mihi tergo poenas pendet.

Cl. Satis [8] scite [9] promittit tibi. *Sy.* Atqui tu [10] hanc jocari credis?

Faciet, nisi caveo. *Ba.* [11] Dormiunt: pol ego istos [12] commovebo.

Mea Phrygia, [13] audisti, modo iste homo quam villam demonstravit

Charini?

3. Pulchra permutatio ejusdem verbi per tempora, quae convenit iratis. Calph.

4. Certum tempus dixero And. I. 5. 34. Eun. III. 4. 3. Hec. I. 2. 120. Vest.

5. Rediens, ad herum, nuntiaverit me esse venturam.

6. Anxius me expectabit. multi legunt *in spe.*

7. In ultionem injuriae mihi illatae, dorsô poenas dabit, verberabitur enim ab hero, quod fâlso retulerit, me esse venturam.

8. Lepide, speciose.

9. Minatur. Virg. Aen. II. 94. *Me, fors si qua tulisset,* promisi ultorem.

10. HANC, & ad contemtum, & ad odium dixit. Habent enim ista pronomina quandam emphasin. Calph.

11. Otiosi sunt & negligentes (sc. Clitipho & Syrus, ad promissum mihi argentum praestandum) Calph. Securi sunt, nec verba mea referunt ad animum (sc. Clinia & Syrus). Sic Adelph. IV. 5. 59. Phorm. V. 8. 18. Coelius Ciceroni Fam. VIII. 17. *Vos dormitis, nec haec adhuc mihi videmini intelligere.* Vest. Prior sensus mihi placet.

12. Sic And. V. 2. 25. Vest.

13. Haec vafrè infert me-
re-

Charini? *Ph.* Audivi. *Ba.* Proximam esse huic
fundo ad dextram? *Ph.* Memini. 10

Ba. [14] Curricu'o percurre: apud eum miles [15]
Dionysia agitat.

Sy. Quid haec inceptat? *Ba.* Dic me hic oppido
esse invitam, atque adservari:

Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, &
venturam [16].

Sy. Perii hercle! Bacchis, mane, mane: quo mittis
istanc? quaeso!

Jube, maneat. *Ba.* I. *Sy.* [17] Quin est paratum
argentum. *Ba.* Quin ego [18] maneo. 15

Sy. Atqui jam dabitur. *Ba.* Ut lubet. [19] num ego
insto? *Sy.* At scin' quid, [20] sodes?

M 4 *Ba.*

retrix, ad pavorem incutiendum Syro, ut eo magis properet argentum sibi invenire; adhuc tamen dissimulat, quod Syrum adesse sciat.

14. Hoc dicit uti Plaut. Aul. II. 2. 4.

Nunc domum properare propero.

Trin. IV. 4. 11.

Curre *in Pyraeeum, atque unum* curriculum *face.*

Est vero *curriculum*, quod cursoribus certantibus emetiendum spatium est praefixum. Unde *curriculo currere* maximam in currendo celeritatem notat. Barth. Adverf. XXI. 12. Vest.

15. Supra I. 1. 110. *Agitandi* autem verbo utuntur de diebus festis, & quibus genio indulgebant. Hec. I. 2. 18. Suet. Claud. 32. Convivia agitabat *& ampla & assidua*. De eodem autem *milite* jam mentio facta, supra II. 3. 124. Vest.

16. Sc. ad militem.

17. Pro *immo*, & hoc repetit Bacchis, ut mos est iratorum. Calph.

18. Hôc illudit Syro, qui ante dixerat, *mane, mane*, orans nempe ut cursum puellae sisteret.

19. Num urgeo argenti illius persolutionem. Vest.

20. Blandientis Adverbium. Calph.

Ba. Quid? *Sy.* Transeundum nunc tibi ad Menedemum eſt, & tua [21] pompa
Eo [22] traducenda eſt. *Ba.* [23] Quam rem agis? ſcelus. *Sy.* Egone? argentum [24] cudo,
Quod tibi dem. *Ba.* [25] Dignam me putas quam illudas? *Sy.* Non eſt temere [26].
Ba. Etiamne tecum res [27] hic mihi eſt? *Sy.* Minime: [28] tuum tibi reddo. 20
Ba. Eatur, *Sy.* Sequere hac. heus Dromo. *Dr.* Quis me volt? *Sy.* Syrus. *Dr.* Quid eſt rei?

Sy.

21. Magnifice dictum de ancillarum grege. Sic Plaut. Bacchid. I. 2. 5. de nimio ornatu & apparatu:
Quo nunc capeſſis te, hinc advorſa via
Cum tanta pompa?
Reſpicitur autem Romanorum pompa Circenſis & Triumphalis. Veſt.

22. Proprie de pompa. Cic. Att. V. 9. de turba proconſulari & apparatu triumphi, quem ſecum ex provincia adportabat: *Munus hoc extraordinarium* traducamus. Ovid. Metam. XIII. 699. *Cineri materno* ducere pompam. Veſt.

23. Quid moliris, ſceleſte?

24. Joculariter dixit. *Cuditur* enim *pecunia* dum imprimitur. Calph.

25. Non temere id rogat meretrix; qui enim modo tanto hiatu dixerat: QUIN EST PARATUM ARGENTUM, &, ATQUI JAM DABITUR, nunc ſe *cudere* demum, i. e. inveniendo argento occupatum eſſe fatetur. Veſt.

26. Sc. quod velim te tranſire ad Menedemum. Poteſt & falſa Dilogia ineſſe. qu. d. Hoc ſine cauſa non putarem, nam digna eſt meretrix, ut illudatur.

27. *In hac re*, ut ad Menedemum traducar. Calph. Poteſt & exponi: Pergis hic ɔ: in platea moleſtus mihi eſſe?

28. H. e. Quod tu mutuum dederas anui illi Corinthiae; id paro, ut tibi reddatur. vide ſupra III. 3. 40. Veſt.

Sy. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere.
Dr. Quamobrem? *Sy.* Ne quaeras: efferant quae secum huc adtulerunt.
Sperabit sumtum sibi senex [29] levatum esse harum abitu.
Nae, ille haud scit, paullum lucri, quantum ei [30] damni apportet 25
Tu [31] nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. *Dr.* Mutum me dices [32].

29. Dominus credet sibi * allevatum sumtum. Eugr. h. e. imminutum. * Dicunt autem promiscue, *Levare alicui onus*, & *Levare quem onere*. Cic. Fam. III. 12. *Leva me igitur hoc onere*. Vest.

30. Persolvet Chremes argentum ex fallacia Syri, quod erit majus *damnum*, quam si permansisset meretrix. Calph.

31. Id age ut nescisse videare. Eugr. In Eunucho, *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis.* Non possumus nescire quod *scimus:* sed ita (hoc dicitur), ut *concordia discors*. Virg. (Aen. XI. 659.) *Sequiturque sequentem*. Calph.

32. Per ὑπερβολὴν Eugr. Adeo scilicet sum taciturus.

ACTUS QUARTI

SCENA QUINTA.

CHREMES. SYRUS.

Ch. [1] Ita me Dì amabunt, ut nunc Menedemi vicem
Miseret me; tantum devenisse ad eum [2] mali.
Illanccine mulierem alere cum illa [3] familia [4] ?
Etsi scio, [5] hosce aliquot dies non sentiet [6] :

Ita

1. Discedentibus ancillis senex ingemiscit, quod tanta ad Menedemum multitudo ventura sit: quam & ipse cum unam diem sustineret, magno se dixit affectum damno. Eugr.

2. Proprius dixisset *damni :* Nisi ad aegritudinem referas. Calph. Posset per *malum*, ipsam meretricem, & ejus catervam intelligere. Quicquid sit, *malum*, pro *damno*, satis Latine dicitur.

3. More antiquo FAMILIAM pro famulorum famularumque grege usurpat. Sallust. B. Catil. 50. *Cethegus autem per nuntios* familiam, *atque libertos suos — orabat, uti, grege facto, cum telis ad sese irrumperent.* Phaed. III. 19. 1. *Aesopus domino solus cum esset familia.* Sed & proprie ALERE dixit. Sic. And. I. 1. 30. de equis & canibus ad venandum. Horat. Serm. I. 3. 11.
* Alebat *saepe ducentos*.
Saepe decem servos :
* Baxter legit *habebat.* Ita in vulgato illo
σώματα πολλὰ τρέφειν,
καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν
ἄτραπος εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.
Aedificare domos, & corpora pascere multa
Ad paupertatem proximus est aditus. Vest.

4. Sub. *quis possit?*

5. Pauculos dies, a filii reditu primos.

6. Sub. malum, vel damnum istud.

Ita magno [7] desiderio fuit ei filius: 5
Verum ubi videbit tantos sibi sumtus domi
Cotidianos fieri, nec fieri [8] modum,
Optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum optimè eccum! *Sy.* Cesso hunc [9] adoriri?
Ch. Syre. *Sy* Hem!
Ch. Quid est [10]? *Sy.* Te mihi ipsum jam dudum optabam dari [11]. 10
Ch. [12] Videre egisse jam nescio quid cum sene.
Sy. [13] De illo quod dudum? [14] dictum ac factum reddidi.
Ch. [15] Bonan' fide? *Sy.* Bona hercle. *Ch.* [16] Non possum pati,

Quin

7. Tantum desiderium filii absentis pater habuit. Eugr.

8. i. e. finem. Cic. Nat. Deor. III. 38.
Quinam Tantalidarum internecioni modus
Paretur? aut quaenam unquam ob mortem Myrtili
Poenis luendis dabitur satias supplicii?
Plaut. Menaech. II. 1. 8.
Mes. *Nam quid* modi *futurum est illum quaerere?*
Hic annus sextus, postquam illi rei operam damus
Qui locus pessime citatur in Thesauro Fabri, vertiturque: Auf welche Weise soll man ihn künftig suchen? Verti enim oportuerat, Wie lange soll man ihn suchen? Vest.

9. ADORIRI dicitur qui ex insidiis repente invadit. Dictum ab eo, quod corpora aggredientium exurgant subitò, atque increscant. Calph.

10. Sc. quod tam laetus es.

11. Sc. *Obviam.* vel occurrere.

12. Colligit hoc ex verbis Syri, a quo exoptaretur: credebat enim senex se a servo non optari, nisi gratia fallaciae in Menedemum. Calph.

13. Sub. *loqueris.*

14. Cum dixisses, factum continuò reddidi Eugr.

15. An sincere, seriò, loqueris. * Formulae speciem habet, Plaut. Aul. IV. 10. 42.

Eu.

Quin tibi caput [17] demulceam. accede huc, Syre:
[18] Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens. 15
Sy. At si scias, quam [19] scite in mentem venerit.
Ch. Vah! [20] gloriare evenisse ex sententia?
Sy. Non hercle vero: verum dico. *Ch.* Dic, quid est?
Sy. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem,
Menedemo dixit Clinia: & ea gratia 20
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.

Ch.

Eu. *Dic* bona fide: *tu id aurum non surripuisti?* Ly. Bona.
Eu. *Neque scis quis abstulerit?* Ly. *Istuc quoque* bona.
Capt. IV. 2. 110.
He. *Dic*, bonan' fide *tu mihi istaec verba dixisti?* Er. Bona. Vest.

16. Elegans formula pro qua Eun. V. 2. 20. *Vix me contineo, quin.* Eodem sensu, *Facere non possum, quin*; *nequeo, quin; teneri non possum*, quin; *nequeo mihi temperare, quo minus*, Cicero, Apulejus, Plautus & Plinius dixerunt. Vide Eun. I. 1. 7. Idem.

17. Quod solet fieri his qui placent, ut manus per caput tractu ducta, quasi quaedam videatur esse laudatio. Eugr. Palladius Martio, Tit. XII. de domandis bobus: *Tunc appellationibus blandis & illecebris oblatorum ciborum, non a latere, neque* a tergo, *sed a fronte accedens bubulcus* admulceat, *naresque & terga pertractet, mero subinde conspergens.* Sed *demulcere aures* est demittere. Turneb. Adverf. XXI. 22. quod & *remulcere* dixit Virgilius Aen. XI. 812. de lupo:
Caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, silvasque petivit. Vest.

18. Sic Adelph. V. 5. 5. & V. 6. 8. Idem. Non dicit quid: ut eum laetiorem reddat, & in spe magni boni detineat. Calph.

19. Ingeniose fallaciam commentus sim.

20. Ergo falsò antea jactabas, negotium esse confe-

Ch. Probe [21]. *Sy.* Dic fodes [22]. *Ch.* Nimium [23], inquam. *Sy.* Immo fi fcias [24].
Sed porro aufculta, quod fupereft [25] fallaciae.
Sefe ipfe dicet tuam vidiffe filiam:
Ejus fibi complacitam formam, poftquam adfpexerit [26]. 25
Hanc cupere uxorem. *Ch.* Modone quae inventa 'ft? *Sy.* Eam.
Et quidem jubebit pofci [27]. *Ch.* Quamobrem iftuc, Syre?
Nam prorfum [28] nihil intelligo. *Sy.* [29] Hui! tardus es.

Ch.

fectum, cum nunc tantum dicas, tibi in mentem veniffe, quo pacto id fieri poffit.

21. Sub. Factum eft.

22. Servus fimulat, fe non audiffe dictum Chremetis, ut eo majorem fibi approbationem eliciat: quod ἦθος eft hominis gloriofi.

23. Affectibus Theatri hoc gratificatur poeta, ut fenex fraudes adverfus fe paratas laudet, auctori gratias agat, mifera ignorantia alens augensque mala fua. Boeclerus.

24. Sc. quantum hoc ad fallaciam valeat, tum magis diceres. Calphurnius & multi alii Vefterhovio citati, habent SIC SATIS, i. e. *mediocriter*: Quae lectio illi alteri videtur praeferenda, & bene in arrogantem congruit, qui minuit interdum merita fua, ut alii illa majoribus laudibus efferant.

25. Refpicit id, quod dixerat fupra IV. 3. 33. *Vera dicendo, ut eos ambos fallam.* Haec eft igitur, quam dicit, *fallacia*, & qua vera dicendo nunc fallit Chremetem. Veft.

26. Scilicet, quia ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν. Veft.

27. Per hoc gratificatur hero, perftringens fimul impudentiam Cliniae, & indulgentiam Menedemi.

28. Apte, primum dubitat fenex, in re quam de-ne-

Ch. Fortaſſe. *Sy.* Argentum dabitur [30] ei ad nuptias,
Aurum, atque veſtem, quî [31], teneſne? *Ch.* Comparet? 30
Sy. Id ipſum. *Ch.* At ego illi neque do, neque deſpondeo.
Sy. Non? quamobrem? *Ch.* Quamobrem? me rogas? homini [32]! *Sy.* Ut lubet.
Non ego dicebam, in perpetuum illam illi ut dares,
Verum ut ſimulares. *Ch.* Non mea'ſt ſimulatio [33]:
Ita tu iſtaec tua [34] miſceto; ne me admiſceas. 35
Egon' [35] cui daturus non ſum, ut ei deſpondeam?
Sy. Credebam [36]. *Ch.* Minime. *Sy.* Scite poterat fieri:
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere juſſeras,

[37] Eo

negaturus eſt, & per gradus veterator depellitur. Boecl.

29. Interjectio mirantis. & hoc cum geſtu ſervili, & leviori perſonae congrue dictum. Calph.

30. Cliniae a Menedemo Calph.

31. Apoſiopeſis, quam mox ſupplet Chremes.

32. Sub. in alieno amore occupato, & amanti Bacchidem. Ei ego filiam darem in ſeditionem atque incertas nuptias. Veſt. FUGITIVO DABO, legit Calphurnius; quod, rectius, ſubaudiri vult Farnabius.

33. Boni & ſapientis viri hic ſenſus eſt, ut nunquam audeat, quod nunquam ſit facturus, polliceri. Eugr.

34. Tu tibi habe conſarcinatas tuas technas, neque me iis admiſceas. Farnabius.

35. Sub. committam, vel animum inducam.

36. Sub. Te aſſimulaturum, & fore, ut facile id tibi perſuaderetur. Inſerviunt autem haec differendae Cataſtrophe. Veſt.

[37] Eo cepi *Ch.* Credo. *Sy.* Caeterum equidem iſtuc, Chreme,
Aequi bonique [38] facio. *Ch.* Atqui [39] cum maxume 40
Volo te dare operam, ut fiat, verum alia via.
Sy. Fiat [40]: quaeratur aliud. [41] ſed illud, quod tibi
Dixi de argento, quod [42] iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum 'ſt illi. Neque tu ſcilicet
[43] Eò nunc confugies. quid mea? num datum mihi eſt?
Num juſſi? num illa oppignerare filiam 45
Meam,

37. Ideo cepi hoc conſilium.

38. Senſus & conſtructio eſt, Accipio id in partem aequi & boni. aeſtimo tanquam aequum & bonum. Adde C. V. Jac. Periz. ad Sanct. Min. IV. 7. 2. *V.* * Sed quaeritur qua de re ſervus loquatur? Forſan de propoſito Chremetis nihil in hac re ſimulandi, vel, ingenio ejus à ſimulatione alieno. Fallitur Paraphraſtes Delphini, qui poſt AEQUI BONIQUE, addidit, *cauſâ*.

39. ἔλλειψις. plene, *ita nunc, ut, cum maxime.* Adelph. IV. 1. 2. Phorm. I. 4. 27. Flor. IV. 1. 3. Gr. ὅτι μάλιστα. Priſcian. Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. Veſt.

40. Aſtute & callide in omnibus aſſentitur hero: quia jam lenibus verbis extorquebit argentum. Calph.

41. Depulſus eo, quod agitaverat, conſilio, Syrus aliò vertit. Voluit enim poeta in hoc praecipue ſervo, extemporalitatem comminiſcendi ac fraudandi oſtendere. Sed in nova hac fraude, exceptiones juris, quibus uti poterat Chremes, occupat Syrus, atque adeo in hoc etiam calliditatis ſuae ſpecimen edit. Boeclerus.

42. Filia tua Antiphila.

43. Ad eas exceptiones: quas mox enumerat.

Meam, me invito, potuit? Verum illud [44], Chreme,
Dicunt, [45] *jus summum saepe summa* [46] *malitia est.*
Ch. [47] Haud faciam. *Sy.* Immo, aliis si licet [48], tibi non licet:
Omnes te [49] in lauta, & bene aucta parte putant. 50
Ch.

44. Sc. proverbium.

45. Nimius juris rigor saepe maxima est iniquitas. *Summum jus* dicitur, quando leges sine aliqua mitigatione observantur: *Aequitas*, mitigatio legum propter justam causam, sive summi juris remissio. * Columella in Prolog. Lib. VII. *Nec sane est vindicandum nobis quidquid licet: nam summum jus antiqui putabant summam crucem.* Hieronym. ad Innocent. de muliere septies icta: *& o vere jus summum, summa malitia; post tanta miracula adhuc saeviunt leges.* Lindenbrog.

46. In aliis est, INJURIA, fortasse rectius ob vocum ἐναντίωσιν. MALITIA h. l. est asperior ac malitiosa juris interpretatio Gall. *chicane*. Caeteroquin versuta & fallax aliis nocendi ratio. Vesterhovius Sequitur vir Doctissimus, in hac interpretatione, Tanaquillum Fabrum, subtiliorem saepe, quam feliciorem interpretem. Probat vero illam magna veri specie ex Menandro, & Cicerone Off. I. 10. & pro Caecina 23. Ego operae pretium non putabam haec loca transscribere; nam meô sensu, per talem interpretationem, humanissima sententia multum de vi sua amittit.

47. Non confugiam ad has exceptiones.

48. Sc. sequi juris rigorem.

49. Omnes te numerant inter lautos & locupletes. (ita ut, ad τὸ PARTE, subaudiatur *civium*.) Paraphrastes Delph. Phrasis integra, *esse in lauta parte*, suspecta est Boeclero. Malim, si per Codd. liceret: OMNES TE IN LAUTA ET BENE AUCTA RE PUTANT. Sed fortasse τὸ PARTE queat notare haereditatem patrimonii, & bonorum partem divinitus Chremeti datam. Possit tamen & vera lectio videri: OMNES

Ch. [50] Quin egomet jam ad eam deferam. *Sy.* Immo filium

Jube potius. *Ch.* Quamobrem? *Sy.* Quia enim in hunc [51] suspicio 'st

Translata amoris. *Ch.* Quid tum? *Sy.* Quia videbitur

Magis verisimile id [52] esse, quum hic illi dabit:

Simul & [53] conficiam facilius ego, quod volo. 55

Ipse adeo adest. abi: effer argentum. *Ch.* [54] Effero.

OMNES TE IN LAUTA ET BENE PER TE AUCTA RE PUTANT. Quae Conjectura est Cl. Viri Jac. Perizonii. Vest.

50. Senex gloriae cupidus, adeo flectitur verbis Syri, ut ad meretricem cum argento festinare cupiat. Calph.

51. Clitiphonem, vide supra v. 20.

52. Sc. quod Clitipho amet Bacchidem.

53. Id est: facilius Menedemum decipiam, sub specie tui decipiendi. * Haec parum intellexit Chremes, caeteroquin (Si intellexisset) minime daturus argentum. Intellexit autem de Menedemo fallendo, quum Syrus paullum aversus ad spectatores id vellet, sub specie Menedemi fallendi decipiam Chremetem. Vest.

54. Mox elaturus sum, ut, *mox huc revertor*, & similia. Boeclerus.

ACTUS QUARTI
SCENA SEXTA.

CLITIPHO. SYRUS.

Cl. Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiet,
[1] Quam invitus facias: [2] vel me [3] haec deambulatio,
[4] Quam non laborioſa, [5] ad languorem dedit!
Nec quidquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem. 5
[6] Ut te quidem omnes Dii, Deaeque, quantum eſt [7], Syre,
[8] Cum tuo iſtoc invento, cumque incepto perduint!

Hujus-

1. Voluntas numeratur inter actionum principia, quâ propenſa vel averſa redduntur labores graves vel leves. Farnab.

2. VEL, modo non eſt Disjunctiva conjunctio, ſed pro *etiam* poſita. ut apud Virgilium (Aen. XI. 259.) *Vel Priamo miſeranda manus*. Calph. ex Donato ad And. III. 29. ut adnotat Veſterhov.

3. Reſpicit verba Syri, quibus â Bacchide fuerat excluſus, Supra III. 3. 24. Veſterh.

4. H. e. quam facilis. Veſterh.

5. Plane defeſſum reddidit. * Plaut. Aſinar. III. 2. 28.
Ubi ſaepe ad languorem *tua duritia* dederis *octo Validos lictores*. Lindenbrog.

6. Ad jurgium excitandum haec facta ſunt. Haec enim Clitiphonem, dum ingreditur, dicentem Syrus audit, & mox invicem accuſat. Boecl.

7. Sub. *illorum*. i. e. quotquot exiſtunt.

8. Ob tuum inventum. Cic. Philipp. XIII. 18. *Conſervandus civis* cum *tam pio, juſtoque foedere*, Veſt.

Hujusmodi res semper comminiscere.
Ubi me [10] excarnifices. *Sy.* [11] I tu hinc quò dignus es:
Quam pene tua me [12] perdidit [13] protervitas! 10
Cl. Vellem hercle factum [14]: ita meritus. *Sy.* [15] Meritus! quomodo?
Nae me istuc ex te prius audivisse gaudeo,
Quam argentum [16] haberes, quod daturus jam fui.
Cl. [17] Quid igitur dicam tibi, vis? [18] abiisti: mihi

9. H. e. Quibus rebus me excarnifices. Scilicet solet τὸ UBI pro relativo usurpari, & ad praecedens substantivum referri. Sic Eun. II. 3. 20. III. 5. 36. Heaut. V. 1. 43. Plaut. Capt. Caterva versu 5.
Hujusmodi paucas poetae reperiunt Comoedias,
Ubi *boni meliores fiunt.*
Vid. Eun. III. 5. 36. Vest. Eodem modo & *Ibi* loco demonstrativi usurpatur. Vid. Salluft. Cat. V. 2.

10. Minutim excrucies. Farnab.

11. Syrus quidem imprecanti hero suum reddit, sed formulâ multo modestiorî.

12. Sensus est; quam pene tua protervitas & manus incontinentes consilia mea disturbassent, & me patris tui irae objecissent. Vest.

13. Importunitas Calph.

14. Sc. ut perdidisset te.

15. Egone meritus sum ut perirem, ut malo mactarer? vultu augetur sententia. Loquitur, qui conscius sibi est (forte; *ut* qui conscius sibi *sit*) magnorum in Clitiphonem meritorum. Itaque mox de mutando in posterum animo minas jacit: quasi beneficium interea Clitiphoni paratum, intercepturus ingrato. Boeclerus.

16. i. e. a me acciperes, eô potirere: ne beneficium in indignum conferretur.

17. Minus haec contumaciter, vultuque remissiore, per speciem tamen defensionis, dicit: quomodo igitur vis me loqui tecum, qui tantam mihi molestiam confeceris, dum eâdem ostentas amicam, & interdicis: meque ne praesentibus quidem bonis frui permittis? Boeclerus.

Amicam adduxti, quam non liceat tangere 15
Sy. Jam non ſum iratus. Sed ſcin' ubi nunc ſit [19] tibi
Tua Bacchis? *Cl.* Apud nos. *Sy.* [20] Non. *Cl.* Ubi ergo? *Sy.* Apud Cliniam.
Cl. Perii! *Sy.* Bono animo es: jam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. *Cl.* [21] Garris. unde? *Sy.* A tuo patre.
Cl. [22] Ludis fortaſſe me. *Sy.* Ipſa re experibere [23]. 20
Cl. Nae ego fortunatus homo ſum! [24] deamo te, Syre.
Sy. [25] Qua cauſa id fiat. obſecundato [26] in loco.

[27] Sed

18. Sc. ad Antiphilam ex urbe arceſſendam. Vide ſupra I. 21. 17. Veſt.

19. TIBI TUA, blande & ſuaviter.

20. Interponitur aliqua ſpei mora, comico invento, ut augeatur beneficii gratia. Boecl.

21. Nugaris. Metaphora ab avibus Farnab.

22. Ita ſolent, qui vix credunt rem laetam ſibi nunciatam. Veſt.

23. Sc. *qua cauſa id fiat*; quod, verſu hinc ſecundo extat, atque ut Veſterhovius optimè obſervat, hic dicturus erat Syrus, niſi ab hero interpellatus fuiſſet.

24. DEAMO TE, grati animi vox eſt. Eun. I. 2. 106. Heaut. II. 3. 119. Adelph. V. 8. 23.

25. Nempe, cur Bacchis ſit apud Cliniam; vel, cur argentum ei a patre deferas.

26. Sc. patri vel mihi. Simile praeceptum vide And. IV. 3. 20. eſt vero *obſecundare* omnia alicui ſecunda & ſubſervientia dicere & facere. Sic Plaut. Truc. IV. 2. 3. *Tempus ei rei ſecundes.* Veſt. IN LOCO. oportuno tempore, ſicubi id opus fuerit, vel res poſtulaverit.

[27] Sed pater egreditur. cave quidquam admiratus sies [28]:
Quod imperabit facito: loquitor paucula [29].

27. Hunc versum praecedenti antepoſuit Muretus, & multi eum ſecuti, praeter veterum Codicum auctoritatem, quod teſtatur Veſterhovius.

28. Sc. Quod pater tam facilem ſe praebeat, in argento tibi dando.

29. Ne ex ſermonibus tuis naſcatur ulla ſuſpicio. Eugr.

ACTUS QUARTI

SCENA SEPTIMA.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Ubi Clitipho nunc eſt? *Sy.* [1] Eccum me! inque. *Cl.* Eccum hic tibi!
Ch. Quid rei eſſet, dixti huic? *Sy.* Dixi pleraque omnia
Ch. Cape hoc argentum, ac defer. *Sy.* [2] Hei, quid ſtas? [3] Lapis!

N 3 Quin

1. Syrus ſubjicit verba Clitiphoni, quae patri reſpondeat. Calph.

2. Quidam legunt, I. ſc. ad patrem. Caeterum Guietus parum accurate omnia haec, CAPE HOC ARGENTUM, AC DEFER. I, QUID STAS? LAPIS! QUIN ACCIPIS? Chremeti tribuit. Chremes enim, qui adhuc non commutaverat verbum unum cum filio, *Laudem* eum diceret? Chremes juberet primum ire cum argento filium ad Bacchidem; mox demum a ſe accipere argentum? non cohaerent. Veſt.

Quin Accipis? *Cl.* [4] Cedo sane. *Sy.* Sequere hac me ocius.
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere: 5
Nam [5] nihil est, illic quod moremur diutius.
Ch. [6] Minas quidem jam decem habet a me filia:
Quas pro [7] alimentis esse nunc duco datas:
Hasce [8] ornamentis consequentur alterae.

Porro

Vest. Syro ideo certe haec tribuenda sunt, ut admiratione cunctantem adolescentem impellat, redigatque illi in memoriam praeceptum suum; *Cave quicquam admiratus sies.*

3. Stupidum hominem & stolidum *Lapidem* vocabant. Sic infra V. 1. 44. Hec. II. 1. 17. Plaut. Merc. III. 4. 46.

Egomet credidi
Homini docto rem mandare,
is lapidi mando maximo.

Aristoph. Nub. 1204: λίθοι. Ubi scholia: τυ̃λέςιν, ἠλίθιοι, ἀναίςηΐοι, μεΐαφείικῶς. Vest. Possit tamen, ex his circumstantiis, exponi per ignave, cunctator.

4. Immo nihil moror, da modo argentum, pater.

5. Nulla causa, ob quam *illic* &c. * Fingit autem haec servus, ne suspicio amoris suboriatur Chremeti, si diutius moraretur Clitipho in aedibus Menedemi cum Bacchide. Suspicatur autem sibi fucum factum a Syro, infra V. 1. 9. Vest.

6. Inducitur tenax senex circa rem sollicitus, qui conqueritur de damno quod ei acciderat de inventa filia. Calph.

7. HORTAMENTIS legit Eugraphius, & exponit, nutrimentis; dici enim *hortatores* qui equos nutriant. Antesignanus, citante Vesterhovio, in Pharaphrasi habet: au lieu de ce qu'il m'eut coste la faire nourrir. ɔ: *pro eo, quô mibi educatio ejus constitisset*, vel, *quod in eam insumendum fuisset.*

8. *Pro* hic est repetendum: Sed potest etiam Dandi casus esse; ut sit, *alterae* decem minae ad ornamenta, i. e. mundum muliebrem.

Porro [9] haec talenta dotis adpofcunt duo. 10
Quam multa injufta ac prava fiunt [10] moribus!
Mihi nunc [11] relictis rebus, [12] inveniendus eft
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona [13].

9. Primum HAEC dictum pro HAE fub. *minae*. Phorm. V. 8. 23. Plaut. Aul. III. 58.
Haec *funt atque aliae multae in magnis dotibus*
Incommoditates.
Tum ADPOSCUNT fub. fibi. quafi in eandem fummam. Poftremo DOTIS, eft dotis nomine. Plaut. Cift. II. 3. 19.
Unde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis.
Vir Cl. Jac. Perizonius ad Sanct. Min. II. 3. 7. exponit, *duo talenta, quibus conftet dos.* & adducit illa Plauti Perf. III. 1. 66.
Dabuntur dotis *tibi inde fexcenti logi.*
Et Nep. Alcib. 9. *Ex quo quingaginta talenta* vectigalis *capiebat*. Veft.

10. H. e. confuetudine. Guietus Eugraphium legiffe autumat: QUAM MULTA JUSTA INJUSTA FIUNT MORIBUS. Retinendae autem vulgatae lectioni aptus videtur locus Plauti Stich. V. 1. 1.
More hoc fit; *atque ftulte mea fenteutia.*
Uti enim Plautus, *hoc more fit atque ftulte*, ita Terentius, *multa fiunt moribus injufta ac prava.* Plaut. Trin. IV. 3. 30.
Mores leges perduxerunt jam in poteftatem fuam.
Tangit autem corruptos mores fui temporis, refpiciens tempora heroica, quibus filiae non adferebant dotes, fed emebantur a procis. Vid. Salmas. de Mod. Ufur. pag. 138. & Ampl. Gisb. Cuperi Obferv. I. 20. Veft.

11. Aliis negotiis pofthabitis. * Sic And. II. 5. 1. Veft.

12. Quaerendus. Eugr.

13. Ut filiam meam ducat uxorem. Idem.

ACTUS QUARTI
SCENA OCTAVA.

MENEDEMUS. CHREMES.

Me. [1] Multo omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse, gnate, quum te intelligo
[2] Resipisse. *Ch.* Ut errat! *Me.* Te ipsum quaerebam, Chreme:
Serva, [3] quod in te est, filium [4], & me, & [5] familiam.
Ch. Cedo, quid vis? faciam. *Me.* Invenisti hodie filium.
Ch. Quid tum? *Me.* Hanc sibi uxorem dari volt Clinia. 5

Ch.

1. *Hic est jucunda expositio erroris senis de verbis Syri, qui Menedemum credit dec[illegible]i, dum ipse decipitur.* Calph. Haec egrediens domo senex intro ad filium loquitur. MULTO ad FORTUNATISSIMUM refer.

2. Cum bona mente in gratiam rediisse. Plaut. Rud. IV. 1. 8. simili archaismo. *Pol magis* sapisset, *si dormivisset domi.*
Cicero Att. IV. 5. *Vix aliquando te auctore* resipui. Diversum significatum vide And. IV. 2. 15. Alii, RESIPISCERE. Vest.

3. Quantum in tua est potestate.

4. Filium prius nominavit, in quo omnis cura patris erat. Calph.

5. Eugraphius hoc de *posteritate* videtur intelligere. Quidam de *re familiari* intelligunt, quo sensu vocabulum infra V. 1. 36. usurpatur.

Ch. [6] Quaeso, [7] quid tu hominis es? *Me.* Quid est? *Ch.* Jamne oblitus es,
Inter nos quid sit dictum de fallacia [8]?
Ut ea via abs te argentum [9] auferretur. *Me.* Scio.
Ch. [10] Ea res nunc agitur ipsa. *Me.* Quid dixti, Chreme? 10
[11] Erravi. sic res acta est. quanta spe decidi!

N 5 *Im-

6. Modo objurgatorium est. Calph.

7. Est cum contemtu dictum. Sic Hec. IV. 4. 21. *Sed quid mulieris uxorem habes?* Vest.

8. Sub. tibi struenda.

9. Phorm. III. 2. 28. V. 8. 49. Plaut. Mostell. IV. 1. 23.
bene merens
Hoc pretium inde abstuli.
Cic. Fam. IV, 12. *Perceleriter se* ablaturum *diploma.* Horat. Lib. II. Epist. 1.
aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti. Vest.

* I. e. obtineretur, vel, reportaretur. Sensu non protritô, at eleganti.

10. Istud negotium, de argento tibi per fallaciam auferendo.

11. Hic versus, teste Vesterhovio, in quibusdam libris desideratur: forte dedita opera exclusus, ut intellectu difficilis. Immo subdititium esse Faernus inde concludit, quod Menedemus denique v. 16. errorem suum agnoscens, in haec prorumpat; *id est, profecto id amicae dabitur.* & interposito Chremetis assensu, *Vah, frustra igitur gavisus miser.* Scilicet nihil est facilius, quam pro subdititio rejicere, quod statim non intelligas. Multo hic melius Boeclerus, vir egregie de Terentio meritus, quem nunc audi. „ Si haec distinctio personarum servetur, tum accommodata moribus Menedemi oratione, ostenditur quomodo se is in quamcunque partem trahi passus sit: quando & statim Chremetis suspicioni credidit; * & cum subinde recordatus esset, quod de Clitiphonis amica Bacchide cognovisset, levi contradictione cessit cognitae posses-sione

* Immo haec quidem, quae apud te est, [12] Clitiphonis est

Amica. *Me.* [13] Ita ajunt. *Ch.* Et tu credis? *Me.* Omnia.

Ch. Et [14] illum ajunt velle uxorem, ut quum desponderim;

Des quî aurum, ac vestem, atque alia, quae opus sunt, [15] comparet. 15

Me.

sione veritatis. (* Nota, ut haec ultima intelligas, diversam lectionem, ad versum sequ. adscribendam). SIC RES ACTA EST, i. e. Actum est. quod in re perdita & mala dicitur. Alii ita distinguunt. (Inter hos est Vesterhovius).
Ch, En res nunc agitur ipsa.
Me. Quid dixti Chreme?
Ch. Erravi: sic res acta est.
Me. Quanta spe decidi!
Ita illa verba; *erravi: sic res acta est*, ἐπανορθωτικὴν διάνοιαν haberent. *En res nunc agitur ipsa*, &, quid dico agitur? *erravi:* jam *sic res acta est.* Jam facta transacta omnia. „ Hactenus Boeclerus. Sed possent haec etiam sic exponi. Memoria lapsus eram. certe illud negotium inter nos convenit, sc. ut me paterer decipi. Vesterhovium audire noli, qui hunc versum Syro, aucupanti ex occulto sermonem senum, attribuendum proponit.

* Guietus, & Mss. Boecleri, in hoc versu legunt ME, pro TE: & versum integrum, ac illa sequentis vers., AMICA. ITA AJUNT, tribuunt Menedemo. quod miror Vesterhovium non observasse.

12. Seriò haec non dicit, ut qui neque ipse credat, sed tantum ut rideat credulitatem Menedemi.

13. ITA AJUNT. Est trepida confessio (Alii, forsan melius, *tepida consensio*), & quasi inviti responsio. Donatus ad And. I. 2. 21.

14. Cliniam, filium tuum eo fine nuptias filiae meae ambire, ajunt.

15. Proprie, pro *emat.* quod & *parare* dicunt. Plaut. Poen. I. 2. 1. *Negotii*

Me. Id eſt profecto! id amicae dabitur. *Ch.* [16] Scilicet
Daturum. *Me.* Vah! fruſtra ſum igitur gaviſus miſer [17].
Quidvis tamen jam malo, quam hunc amittere.
Quid nunc renuntiem abs te reſponſum [18], Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe [19], atque aegre ferat? 20
Ch. [20] Aegre! nimium illi, Menedeme, [21] indulges. *Me.* Sine!
Inceptum eſt: perfice hoc mihi [22] perpetuò, Chreme.

Cl.

gotii ſibi qui volet vim parare, Navem & mulierem, haec duo, comparato. Phaed. IV. 4. 42. *ut ornatum paret.* Cic. Att. XII. 19. *Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare.* Veſterh.

16. H. e. Scire licet, Cliniam id argentum daturum eſſe amicae. Supra II. 3. 18. & infra V. 1. 19. Veſt. Poſſit *te* ſubaudiri; hoc ſenſu; certum enim eſt, quod tu argentum ſis daturus. Poſſit etiam Ironia eſſe, & *me*, ſubaudiri: ut ſit; Quaſi vero tam perdito adoleſcenti daturus ſim filiam.

17. Sub. Filium meum Cliniam ad uxorem appuliſſe animum, & Antiphilam filiam tuam ſibi in matrimonium petere. Veſt.

18. Sc. de petitione uxoria.

19. Quod, ſub ſpecie nuptiarum, argentum mihi elicere intendat.

20. Haec repetitio corripientis eſt.

21. Sed & filius dicitur *indulgens* in patrem. Cic. Off. III. 31. *Qui* perindulgens in patrem, *idem acerbe* ſeverus in filium. Veſt.

22. Georg. Fabritius verè teſtatur, legi etiam *perpetuum.* quod praetulerim, ut ἐμφατικώτερον. id enim, quod inceptum erat (Sc. à Chremete, de filio illi reſtituendo), perpetuum & ratum fieri poſtulat. qu. d. beneficium verbis initum dudum, nunc re comproba. ex And. V. 1. 5. Veſt.

Ch. Dic [23] convenisse; egisse te de nuptiis.
Me. Dicam. quid deinde? *Ch.* Me facturum esse omnia:
Generum placere. postremò etiam, si voles, 25
Desponsam quoque esse dicito. *Me.* [24] Hem! istuc volueram.
Ch. [25] Tanto ocius te ut poscat, & tu id, quod cupis,
Quam ocissime ut des. *Me.* Cupio. *Ch.* Nae tu propediem,
[26] Ut istam rem video, [27] istius obsaturabere.
Sed haec [28] ita ut sunt, cautim, & paulatim dabis, 30

Si

23. Sensus est, vel *nos convenisse*, vel, *te convenisse me*. Idem.

24. Modo Interjectio laetantis, alias irascentis. Calph. Mox τὸ Istuc, vel Pronomen est, vel Adverbium: Si hoc, sensus est, id quaerebam, expectabam.

25. Ut eo citius argentum ad nuptias abs te petat.

26. Quantum ego de hac re sentio, existimo; Scil. sumtum tibi faciendum considero.

27. H. e. Satias te & taedium istius filii capiet. Hec. IV. 2. 18. Plaut. Stich. I. 1. 18.
Hae res vitae me, soror, saturant.
Porro vide ad Eun. III. 1. 13. Vest.

28. Rivius & Fr. Fabritius defendunt, SED HAEC UT UT SUNT. h. e. qualiacunque sunt atque ita est in Mss. nonnullis & editis. Vest. I. e. prout hae res se habent. Videtur innuere conditionem Menedemi, quod nimirum in re magna non sit, at, ex nimio amore, filio procaci ac dissoluto obnoxius, h. e. quasi servitute quadam illius arbitrio subjectus: Fore autem, ut filius, prima argenti summa dilapidata, iterum, & sic porro, majorem etiam flagitet, atque sic, brevi tempore, patrem ad egestatem redigat.

Si [29] sapies. *Me.* Faciam. *Ch.* Abi intro; vide, quid postulet.
Ego domi ero, si quid me voles. *Me.* Sane volo.
Nam te [30] sciente faciam quicquid egero.

29. Sapienter te gerere vis.

30. Conscio, vel, consultore.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

MENEDEMUS. CHREMES.

Me. Ego, me non [1] tam astutum, neque ita perspicacem esse, id certò scio.
Sed hic [2] adjutor meus, & monitor, & [3] praemonstrator Chremes,
[4] Hôc mihi praestat in me quidvis harum [5] rerum convenit,

Quae

1. Est in verbis Menedemi mera διασυρτικὴ εἰρωνεία. Suis enim erroribus soluto vacat etiam ridere eum, a quo usque adhuc irrisus erat, & magistri rectorisque elogio honestare, qui sibi in alieno tantum sapere visus erat, incaute interim in fraudem illicitus. Vest. TAM hic non est particula comparationis, sed quantitatis, pro *valde.* Quidam tamen subaudiri volunt: *sicut opus est, sicut debebam* esse.

2. Cum risu haec (Singula Chremetis elogia) pronuncianda. ADJUTOR propriè in re bona, *impulsor* in re mala. Calph.

3. Doctor, praeceptor. * Plaut. Pers. I. 3. 68.
Praemonstra *doctè, praecipe astu filiae,*
Quid fabuletur, ubi se natam praedicet. Vest.

Quae sunt dicta in stultum, [6] caudex, [7] stipes,
[8] asinus, plumbeus.
In illum nihil potest; nam exsuperat ejus [8b] stultitia
haec omnia. 5
Ch. [9] Ohe! jam desine Deos, uxor, [10] gratulando
obtundere,

Tuam

4. Hâc re, i. e. stultitia & stupiditate, me antecedit.

5. RES hic, per Hellenismum, pro vocabulo, vel nomine. vel, HARUM RERUM: est Periphrasis τȣ *Horum.* Utrumlibet admittas, censebis auctorem vers. sequ. rectè dixisse, in genere Neutro, QUAE DICTA sunt. (Editio autem Delphini habet, *quae dictae.*) Nimirum Scriptores veteres, in constructione sua, magis quandoque respiciunt sensum, quam verba. Salust. Jug. XXI. 1. *Abundantia* earum rerum, quae prima *mortales ducunt.* Hanc figuram Synthesin, seu Synesin appellant.

6. Guyetus praefert CAUTES, Sc. quia sequitur. v. 44. NI ESSEM LAPIS. Tum, quia CAUDEX & STIPES idem sunt. Quî vero minus CAUDEX & STIPES jungantur, quam *Silex* & *Cautes* in illo Virgilii Aen. VI. 471. (corrige 466.)
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Vest.

7. Cicero post reditum in Senatu. Cap. 6. *Cum hoc homine, an cum* stipite *Aethiope si in foro constitisses; nihil crederes interesse.* Planto eadem ratione *Frutex* in convitiis est Most. I. 1. 12. Idem.

8. Sic Eun. III. 5. 50. Adelph. V. 8. 12. Idem.

8b. *Stultitiae* vox hic apta fuit, ad absolvendum, inexpectata interpretatione, διασυρμόν. Boeclerus.

9. Ohe! Interjectio est, satietatem usque ad fastidium designans. Calph.

10. H. e. gratias agendo. Ennius Hecuba. *Jupiter tibi summe tandem male re gesta* gratulor. Gell. IV. 18. *Eamus hinc protinus Jovi Opt. max.* gratulatum. Dixit autem OBTUNDERE, quod crederent Deos fatigari

Tuam esse inventam gnatam: nisi illos [11] ex tuo ingenio judicas,
Ut nihil credas intelligere, nisi dictum sit [12] centies.
[13] Sed interim, quid illic jam dudum gnatus cessat cum Syro?
Me. Quos ais homines, Chreme, cessare? *Ch.* Ehem! Menedeme, advenis? 10
Dic mihi; Cliniae, quae dixi, nuntiastin'? *Me.* Omnia.
Ch. Quid ait? *Me.* Gaudere adeo coepit, quasi qui cupiunt nuptias.
Ch. [14] Ha! ha! he! *Me.* Quid risisti? *Ch.* Servi venere in mentem Syri
Calliditates. *Me.* Itane? *Ch.* [15] Voltus quoque hominum fingit scelus.

Me.

ri precibus. Vest. *Obtundere.* Translatio est à fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo, & idem *obtundunt* & hebetant. Calph.

11. Putas tibi esse simi. les, sc. stupiditate. * Turpilius apud Non. *Nunc me ex aliorum ingeniis judicat.* Vest.

12. Saepissime. Numerus certus, pro incerto.

13. Respicit ea, quae narrantur supra IV. 7. 3. seqq. Nunc autem demum subsentit sibi fucum factum Chremes. τὸ ILLIC autem valet, in domo Menedemi cum Bacchide. Vest.

14. Vox nimii cachinni, & accommodata Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in filio, & assimulatè illum petere uxorem. Calph.

15. Scelestus ille Syrus, non se tantum, sed & alios, ut Cliniam, ita instituit ac format, ut vultum capiant, quem praemonstrat. * Caes. B. G. I. 39. *Hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant.* Ovid. Heroid. XVII. 15. *Si non est ficto vultus mihi tristis in ore.* Vest.

Me. Gnatus quod se adsimulat laetum, id dicis?
Ch. Id. *Me.* Idem istuc mihi
Venit in mentem. *Ch.* [16] Veterator! *Me.* [17] Magis, si magis noris, putes,
Ita rem esse. *Ch.* Ain' tu? *Me.* Quin tu ausculta.
Ch. Mane. hoc prius scire expeto,
[18] Quid perdideris: nam ubi desponsam nuntiasti filio,
Continuo injecisse verba tibi Dromonem [19], scilicet
Sponsae vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum ut dares. 20
Me. Non. *Ch.* Quid? [20] non? *Me.* Non, inquam. *Ch.* Neque ipse gnatus? *Me.* Nihil prorsus, Chreme.
Magis [21] unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiae.
Ch. Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quicquam [22]? *Me.* Nihil.

Ch.

16. Vide ad And. II. 6. 26.

17. H. e. Nondum etiam ejus astutias bene nosti. Supra illae sunt, quam putas. Vest.

18. Quantum argenti tibi extorserit Syrus. Farnab.

19. Alii comma post *Scilicet* collocant; & ea videtur fuisse mens Vesterhovii, supra ad Act. IV. 8. 16., quam cur hic mutaverit, videant ejus admiratores, ego non video. Sensus autem, si vulgata interpunctione uti fas sit, hic erit: Non est dubium, quin Dromo, a Clinia & Syro ad hoc ipsum subornatus, statim subjecerit, suggesserit, proposuerit tibi, *ut dares* &c.

20. Cum admiratione repetit NON. Calph.

21. Id solummodo urgebat, perseverabat postulare.

22. Sub. Verborum injecit. vel interpellavit te de argento.

Ch. Quamobrem? *Me.* Nescio equidem: sed te miror [23], qui alia tam plane scias.
Sed ille [24] tuus quoque Syrus idem mire [25] finxit filium, 25
Ut ne paullulum quidem suboleat, esse amicam hanc Cliniae.
Ch. [26] Quid ais! *Me.* Mitto jam osculari, atque amplexari [27]: id nihil puto.
Ch. Quid est, quod amplius simuletur [28]? *Me.* [29] Vah! *Ch.* Quid est? *Me.* Audi modo:

Est

23. Sub. nescire, quamobrem hoc fiat, qui tam clare perspicias omnia alia, vel praesertim, ea quae ad hoc negotium pertinent. Farnabius vehementer fallitur, in hujus & duor. seqq. versuum interpretatione. Vesterhovius tacet ferme, quod illi quandoque accidit in locis intricatis, qualis hic locus mihi videtur.

24. TUUS fortè dixit, quia Chremes ante, seriò an jocô? dixerat SYRUS MEUS. Ceteri, quos habeo, legunt TUUM, quod determinat, quo de filio sermo sit. Diceres Vesterhovium hoc rejecisse, ut sententia fieret implicatior.

25. Instruxit & informavit, ad Bacchidis amorem tantô artificiô simulandum, ut ne tantillum quidem sentiat quisquam, eam esse amicam Cliniae, quod tu affirmas. Ad haec verba; MIRE TUUM FINXIT FILIUM, Eugraphius adnotavit; *ut amicam ejus tu Bacchidem suspicari non possis.* Quod nullo pacto conciliari potest cum versu sequ. Nisi τὸ MIRE FINXIT Ironicè dictum sit; sc. ut stupidum esse oporteat, qui non sentiat, eum amare Bacchidem.

26. QUID AIS. Hoc loco metuentis est, non interrogantis. Calph.

27. Sub. uti Clitipho & Bacchis fecerunt.

28. Nempe, a Clitiphone & Bacchide, ne tu eam suspiceris filii amicam esse.

Eſt mihi in [30] ultimis conclave aedibus quoddam, retro : (30

Huc eſt intro [31] latus lectus; veſtimentis ſtratus eſt.

Ch. Quid, poſtquam hoc eſt factum? *Me.* [32] Dictum factum huc abiit Clitipho.

Ch. Solus? *Me.* Solus. *Ch.* Timeo [33]. *Me.* Bacchis conſecuta 'ſt ilico.

Ch. Sola? *Me.* Sola. *Ch.* Perii! *Me.* Ubi abiere intro [34] operuere oſtium. *Ch.* [35] Hem!

Clinia haec fieri videbat? *Me.* Quidni? mecum una ſimul.

Ch. Filì eſt amica Bacchis, Menedeme. [36] occidi! 35

Me.

29. Hâc Interjectione ſignificat, adhuc majora eſſe reliqua, ignota Chremeti.

30. Dixit ULTIMIS AEDIBUS, pro, *ultima aedium parte.* Sic Phorm. I. 4. 38. Curt. IV. 10. *in ultimas terras trahi ſe querebantur.* Eun. IV. 2. 12. *extrema linea.* Cic. Fam. III. 6. *Te in prima provincia velle eſſe, ut, quam primum decederes.* RETRO autem additur; ut notetur plane ultima pars aedium. unde & diviſim pronunciandum, contra ac fit vulgo. Veſterhov.

31. Hic annotant interpretos lectos olim fuiſſe exemtiles, & deportari potuiſſe ad alia atque alia loca.

32. Ovid. Metam. IV. 459. *Res dicta ſequuta eſt.* Vide ad And. II. 3. 7. *V.*

33. Ita ſolent in media narratione, ubi quid mali ominantur. Sic And. I. 2. 46. & 100. Veſt.

34. Sicut *Aperio* ſignificat recludo, ſic *operio* interdum ſignificat claudo, uti hic Calph. OPERUERE OSTIUM. Ne ſcilicet deprehenderentur. Sic Eun. III. 5. 55. Veſt.

35. Interjectio indignantis.

36. Tandem ergo Chremes, veluti ſomno excuſſus, ſe & filium, & ſuam fortunam ſapientiamque agnoſcit. ἐμπαθῶς haec pronuntianda ſunt. Boeclerus.

Me. [37] Quamobrem? *Ch.* Decem dierum vix mihi est [38] familia.

Me. Quid? istuc times, quod ille operam amico dat suo?

Ch. Immo quod [39] amicae. *Me.* Si dat. *Ch.* An dubium id tibi est?

Quemquamne animo tam [40] communi esse, aut leni putas,

O 2 Qui

37. Menedemus hic, & in seqq. simulat, adhuc se credere filium amare Bacchidem; & illa a Clitiphone fieri ad verba sibi danda. Hoc ipso subtiliter deridet Chremetem.

38. Res familiaris ut sensus sit. * *Tout mon bien ne durera pas dix jours.* vel vertente Dacieria: *A peine ai-je du bien pour dix jours.* (* vix durabunt, suppetent, universae opes meae in decem dies. vix habeo opes ad decem dierum sumtum sustinendum.) Unde *hercifcere familiam* in veteri jure est dividere bona haereditaria. Quique patrimonio nondum diviso in communibus etiam erant bonis, *hercto non cito* cohaeredes dicti. Gell. I. 9. *Citum* enim patrimonium divisum est. Vest.

39. Sub. *operam dat.* Atque in eo versabatur jocus ex ambiguo. neque enim ex mente senum reprehendendus erat Clitipho, quod operam daret amico Cliniae, alludendo ad ejus amicam, dum verba daret patri Menedemo, versu 41. Est vero *amicae operam dare* eodem sensu dictum, quo, *amori dari operam.* Sic Plaut. Trin. III. 2. 25. *In foro* amicis operam da, *haud in lecto* amicae. Vest.

40. Sensus hoc loco est; Indole sua tam commodum, humanum, facilem & promtum ad suum (bonum, cum aliis communicandum, esse. * In quibusdam Edd. antiquis est COMI. Vir Cl. J. G. Graevius ad Ciceron. Fam. IV. 9. haec notat. „COMMUNES latinis dicuntur *comes*, aliter *civiles*, qui nihil singulare ac praecipuum sibi tribuunt prae aliis,

Qui se vidente amicam patiatur suam [41]? 40
Me. Quidni? quo verba facilius dentur mihi.
Ch. [42] Derides? meritò mihi nunc ego succenseo.
Quot res dedere [43], [44] ubi possem persentiscere,

Nisi

aliis, qui non supra alios cives se extollunt, qui sunt populares, modesti, patientes juris legumque communium, qui non suo in omnibus utuntur consilio, sed & aliorum civium hominumve. „ (*Multa hic autorum loca adscribit Graevius, quae ad ejus locum magis, quam ad nostrum illustrandum sunt, & pleraque in Fabri Thesauro visuntur.) Haec Graevius. Cicero pro Balbo, Cap. 16. distinguit inter *Communiter.* & *comiter.* Verba Ciceronis. *In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat*, comiter esse communiter. *quasi vero pri scum verbum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur, comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur*, qui erranti comiter monstrat viam, *benigne, & non gravate: Communiter quidem certe, non convenit.* Vesterh.

41. Est honesta ἔλλειψις in re turpi. Virgilius (Ecl. III. 8.
Novimus & qui te. Calph.

42. Tam diu irridendus erat scilicet donec se irrideri animadverteret. Boecl.

43. Sub. *se.* Plaut. Bacchid. IV. 4. 25.
An nesciebas, quam ejusmodi homini raro tempus se daret?
Nisi forte sensus est: quot res Clitipho & Syrus fecere? quot indiciis eam rem prodidere? Sic fere Eun. III. 2. 4. Vest.

44. UBI. H. e. ex quibus rebus. (*mallem in quibus, per quas.) Adverbium pro relativo. Sic Prudentius περὶ στεφ. de Cassiano martyre 13.
Innumeri circum pueri miserabile visu,
Confossa parvis membra figebant stilis.
Unde *pugillares soliti percurrere ceras*
Scholare murmur annotantes scripserant.

Ubi

Nisi essem [45] lapis? [46] quae vidi! vae misero mihi!
At, nae, illud haud inultum, [47] si vivo, [48] ferent: 45
[49] Nam jam! *Me.* Non tu te [50] cohibes? [51] non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum [52]? *Ch.* Prae iracundia,
Menedeme, [53] non sum apud me. *Me.* Tene [54] istuc loqui?

Ubi τὸ *unde* valet, *quibus stilis*. Vid. Eun. III. 5. 36. Vesterh.

45. Vide supra IV. 7. 3. & Hec. II. 1. 17. Idem. Ni omni sensu fuissem destitutus, prorsus stupidus.

46. Quanta, & quam manifesta indicia hujus amoris, vidi!

47. Formula jurisjurandi, etiam ipsi Deo in sacris literis usitata. Vest.

48. HAUD INULTUM FERENT. Vide ad And. III. 5. 4. Idem.

49. NAM JAM ἀποσιώπησις. (irati); H. e. ex hoc tempore (statim) exlaeridabo eum (& servum verberabo usque ad necem), aut aliquid tale. Virg. (Aen. I. 135.) *Quos ego!* Calph.

50. Quod hic de iracundia, id Servius de maerore Ciceronis (Non sane; sed de indignatione, vel dolore, sui ipsius, super mortalitate, & aevo brevi, hominum), Fam. IV. 5. *Visne tu te, Servi*, cohibere? Vest.

51. Reponit Menedemus Chremeti dictum supra. I. 1. 18.
Neque te respicis. Idem.

52. Ne sc. irascendo nimium amoribus filii, aliquid facias, unde tibi cruciatum ipse paries, sicut mihi accidit. Boecler.

53. ἰσοδύναμα sunt perturbatum esse, &, non esse apud se. And. II. 4. 5. Hec. IV. 4. 85. Unde & *redire ad se* est colligere se. And. III. 5. 16. Adelph. V. 3. 8. παράλληλον est Adelph. III. 2. 12. *Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.* Vest.

Nonne id [55] flagitium 'ſt, te aliis conſilium dare,
[56] Foris ſapere; [57] tibi non poſſe auxiliarier? 50
Ch. Quid faciam? *Me.* Id quod me feciſſe ajebas parum.
[58] Fac te patrem eſſe ſentiat: Fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poſcere:
Ne quam [59] aliam quaerat copiam, ac te deſerat.
Ch. Immo [60] abeat [61] multo malo, quovis gentium, 55

Quam

54. Sub. decet. * Virgilius (Aen. I. 37.) *Mene incepto deſiſtere victam.* Calph.

55. Res pudenda, reprehenſione & convitio digna. vide infra annotanda.

56. I. e. in negotiis alienis, vel, in aliorum utilitatem. * Cic. Fam. VII. 6. *Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit.* Idem Fam. X. 26. *O mi Furni, quàm tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcas!* Ennius apud Cic. de Div. I. 58. *Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam* V.

57. Guyeto in Gloſſis Mſſ. TIBI valet *intus*, & opponitur τῷ FORIS. Veſterh.

58. Reponit Chremeti ſuas monitiones, ſupra I. 1. 10. Idem.

59. Sc. abeundi facultatem. vel, aliam pecuniae inveniendae rationem incat.

60. Hoc terribiliter pronuntiandum: & verba proprie rigidi & aſperi patris. GENTIUM, in fine ſuperflua adjectio, ſicut *interea loci.* dat tamen quandam αὔξησιν pronuntianti. Calphurn.

61. Alii, MULTO POTIUS. Rurſus alii, POTIUS MALO. Lectio, quam exhibeo, eſt Plauto familiaris. Moſtell. I. 3. 22. Poen. I. 2. 88. Sic Noſter Hec. I. 2. 35. Veſterhov. MULTO MALO elegans dictio eſt, & accurata, nam comparatio, *magis*, in verbo ineſt. In illa altera dictione eſt pleonaſmus, teſtatur autem Veſterhovius, eam etiam eſſe Plautinam.

Quam hic per [62] flagitium ad inopiam redigat patrem.
Nam si illi pergo suppeditare [63] sumtibus,
Menedeme, mihi illaec vere [64] ad rastros res redît.
Me. Quot [65] incommoditates in hac re accipies, nisi caves?

 [66] Dif-

62. FLAGITIUM more militari dicitur, res *flagitatione*, hoc est increpatione digna. nam *flagitare* est personare, inde *flamma* & *flagella*, quod haec non sint sine sonitu ac crepitu Calph. ex Donato ad Eun. II. 3. 90 Ubi vide Vesterhovium. * Glossar. *Flagitium* ἀτόπημα, βία. signatè βια. Nimirum ut βιάζεσθαι ἐπ' αἰσχρῶ, quo significatu hic *flagitium* intelligi potest. Inde *flagitare*. Apul. Metam. XI. *Nudatum supinatumque juvenem execrandis uredinibus flagitabant*. Lindenbrog.

63. I. e. ad sumtus. Dativus, pro Accusativo cum Praepositione *ad*, vel, *in*. Vesterhovio insolens videtur constructio, sive tertio, sive sexto casu ponatur τὸ SUMTIBUS. Varia ideo conjicit, sed, mea opinione, frustra; Putat autem (& id solum probabiliter) quod expeditissima conciliandi ratio sit, levis mutatio interpunctationis, ita nempe: SI ILLI PERGO SUPPEDITARE (i. e. praebere affatim quaecunque poscat), SUMTIBUS, (i. e. per eos sumtus) MENEDEME, MIHI ILLAEC VERE AD RASTROS RES REDIIT.

64. Omnis Emphasis est in τῷ VERE, q. d. *Mihi verè victus rastris erit quaerendus* ob inopiam, non ut tibi, qui prae nimio dolore ob filii absentiam rastros usque adhuc tractasti. Vest.

65. Alii. QUOT INCOMMODA TIBI IN HAC RE CAPIES. Sed plusculae Edd. exhibent, ut edidi; atque haud scio, an melius, consentientibus nonnullis Mss., Terentiana sunt, COMMODITAS & INCOM-

[66] Difficilem oftendes te effe, & ignofces tamen 60
Poft; & id [67] ingratum. *Ch.* Ah! nefcis quàm doleam. *Me.* [68] Ut lubet.
Quid hoc, quod [69] volo, ut illa nubat noftro? [70] nifi quid eft,
Quod mavis. *Ch.* Immo & gener, & [71] affines placent.
Me. Quid dotis dicam te [72] dixiffe filio?
[73] Quid obticuifti? *Ch.* [74] Dotis! *Me.* Ita dico.
Ch. Ah! *Me.* Chreme, 65

[75] Ne

COMMODITAS, in contrahendis nuptiis. Sic And. III. 3. 35. & 37. Dixit autem INCOMMODITATES ACCIPERE, uti fupra II. 3. 96. *Accipere meum.* Veft.

66. Durum, malè exorabilem.

67. Eo parvam, aut nullam, a filio inis gratiam. Vide fupra Vefterhovium ad II. 3. 21.

68. Haec quoque refpondent fuperioribus I. 1. 114 & 115. *Ch. Siccine eft fententia? Me. Sic. Ch. Bene vale.* Boecler.

69. Sub. *te.* i. e. qua caufa te nunc adibam. * Robert. Stephanus, Aldus, cet. legunt, QUID HOC, QUOD ROGO. Eft autem VOLO vehementer cupio. Sic And. III. 3. 18. Heaut. V. 4. 4. Veft.

70. Eodem fenfu dixit And. V. 4. 47. *Nifi quid pater ait aliu.* Veft.

71. Per affines intelligit Menedemum, & alios cognatos Cliniae, qui, per has nuptias, filiae, atque adeo fibi, reddantur affines.

72. Proprium juris eft verbum, cum dicitur *dos* (*dicere dotem*) quod exprimitur. Eugraph. H. e. decreviffe dare. Ordo autem eft, QUID DOTIS DICAM FILIO, TE DIXISSE? Veft.

73. Deliberationem fignificat haec cunctatio, non tam de dóte, quam de ratione (per hanc occafionem) emendandi & ad frugem revocandi filii. Boecler.

[75] Ne quid vereare, si minus: nihil nos dos [76] movet.
Ch. Duo talenta pro re nostra ego esse [77] decrevi
satis.
Sed ita dictu opus est, [78] si me vis salvum esse, &
rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixisse illi. *Me.* Quam
rem agis?
Ch. Id mirari te simulato, & illum hoc rogitato
simul, 79
Quamobrem id faciam. *Me.* Quin egô vero, quamobrem id facias, nescio.
Ch. Egone? ut ejus animum, qui nunc luxuria &
[79] lascivia

O 5 Dif-

74. Scilicet loquebare de dote? Hoc cunctanter, & quasi aliud agens, pronuntiat Chremes, nimirum in deliberatione secum occupatus.

75. Noli vereri modicam dicere. vel noli vereri, ne displiceat nobis, si modicam dixeris dotem.

76. Ducit, allicit, ad ineundam tecum affinitatem. • Ita loquitur, quod esset in re lauta, & bene per se aucta Supra IV. 5. 50. Vest. (Ibi vero sermo est de Chremete, non Menedemo.)

77. Judicavi, existimavi.

78. Compromissa dote adjungit, *Si me vis salvum:* aliter enim filium corrigi non posse credit, nisi dotis nomine omnia bona filiae promisisse videatur, unde crederet filius exhaeredem se. Eugraph.

79. LASCIVIA designat quandam petulantiam & importunitatem, exsultando & delectando (se) in sua turpitudine. indifferenter tamen illis duobus (*Luxuria*, & *Lascivia*) utimur pro eodem significatu. Calph. LUXURIA ET LASCIVIA DIFFLUIT. Synonyma videntur. Gr. ἀσωτία. Cic. Lael. 15. *Non ergo erunt homines deliciis* diffluentes *audiendi.* Idem eadem metaphora *liquescere voluptate* dixit

Diffluit, [80] retundam: & redigam, ut, [81] quo se
vertat, nesciat.

Me. Quid agis? *Ch.* Mitte. sine me in hac re gerere mihi morem. *Me.* Sino.

Itane vis? *Ch.* Ita. *Me.* Fiat *Ch.* Age jam, uxorem ut arcessat, paret [82].

[83] Hic, ita ut liberos est aequom, dictis [84] confutabitur.

Sed Syrum [85]! *Me.* Quid eum? *Ch.* Egone? si vivo, adeo [86] exornatum dabo,

Adeo

xit Tusc. Quaest. II. 22. Vesterhov. Vide omnino ad hunc locum Fabrum in Thesauro, vocibus *Luxuria*, & *diffluere*.

80. H. e. In ordinem cogam & contineam. Proprie de ferro, aliave materia acuta, quae hebetatur. Horat. Carm. I. 35. 38.

O utinam nova
Incude diffingas retusum *in Massagetas Arabasque ferrum.*

Inde ad animum transfertur. Cic. Att. XVI. 15. *Quanquam enim postea, in praesentia belle iste puer retundit Antonium.* Phaed. IV. 23. 21.

Satis profecto retudi superbiam. Vesterhov.

81. H. e. Quid agat, quidve consilii capiat. Idem.

82. Sc. Clinia tuus.

83. Intelligit Clitiphonem suum. Vest.

84. Sic Phorm. III. 1. 13. Est vero *confutare* turbare, & impetum alicujus reprimere. Gell. VII. 3. *Injuriis atque imperiosis minationibus* confutare. Ibid. *quod nostras* secundas *res* confutet. Illa Tironis liberti Ciceronis, haec Catonis verba; quae perperam Ciceroni tribuuntur in Fabri Thesauro. Hodie pro *leniter refellere* usurpant. Confutat autem filium infra V. 2. 7. seqq. Vest.

85. Erudite Eugraphius. *Cum utique majora tormenta servo minitatus* (forte, *minaturus*) *sit, irascentis more, quod esset facturus, exprimere non potuit.* Boeclerus.

Adeo [87] depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei:
Qui sibi me pro [88] ridiculo, ac delectamento putat.
Non, ita me Dì ament! auderet haec facere [89] viduae mulieri, 80
Quae in me fecit [90].

86. Id est, comptum, per εἰρωνείαν Eugraph. Verba Ornandi sumuntur quandoque in deteriorem partem. Sic Adelph. II. 1. 22. Vest.

87. H. e. Compositum poenis & tormentis. Eugraph. * at haec Paraphrasis melius conveniret in EXORNATUM, quod modo praecessit. ** DEPEXUM Loquitur κατ' ἀντίφρασιν, i. e. *comtum*, *ornatum*. Atilius apud Varronem L. L. VI. *Cape, caede Lyde, come, conde*. Guyetus in Notis MSS. legit, *caede, lide, come, tunde*, ut *lide* valeat, percute. Plaut. Menaechm. V. 7. 28. *Pecte pugnis*. Salse autem jocatur senex. sponsi enim ante nuptias *pecti* & ornari solebant. Juvenal. VI. 25.
Conventum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras: jamque a tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.
Nonius Marcellus DEPEXUM interpretatur laceratum. De phrasi vide ad Phorm. V. 7. 81. Vest.

88. Qui putat me adeo esse stolidum, & imbecillum, ut liceat sibi me deridere, & in me fallendo se delectare.

89. Scilicet sequior sexus contumeliis magis expositus. Plaut. Milite II. 6. 6.
Non hercle hisce homines me marem, sed feminam
Vicini esse rentur servi militis:
Ita me ludificant. Vesterh. (confer. Bacchid. IV. 8. 4.) Quint. Decl. CCCXXXVIII. *Imbecilla res est* foemina *& affert infirmitati naturali non leve pondus, quod* vidua *est*. Lindenbrog.

90. In MS. Boenderm. additum, TANTAS ILLUSIONES. Vest.

AC-

ACTUS QUINTI
SCENA SECUNDA.

CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.

Cl. [1] Itane tandem, quaeso, Menedeme, ut pater
Tam in brevi spatio omnem de me [2] ejecerit animum patris?
Quodnam ob factum? quid ego tantum sceleris admisi miser?
Volgò faciunt [4]. *Me.* Scio tibi esse hoc gravius multò, ac durius,
Cui fit: verum ego haud minus aegre patior, [5] id qui, nescio; 5
Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo.

Cl.

1. Hoccine est credibile, & memorabile? Nota quam significet graviter τὸ TANDEM. Boecl. TANDEM hic expletiva conjunctio. Cicero. Cat. I. 1. *Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?* Calphur. ITANE TANDEM. Ita solent cum indignatione interrogantes. Sic Phorm. II. 3. 26. Vest.

2. Rarior locutio. Possit videri Metaphora translata de iis quae evomendo ejiciuntur. * Cic. Fam. XIV. 7. Vest. * Locus ille est elegans, sed longior, quam huc transscribi possit.

4. Sub. *adolescentes.* Sic Adelph. IV. 5. 54. De eadem culpa. *Facere alii saepe, item boni.* Vest.

5. Alii scribunt; PATIOR. ID QUI NESCIO. Alii etiam, PATIOR ID, QUI NESCIO. QUI valet

Cl. Hic patrem adstare ajebas? *Me.* Eccum! *Ch.* [6] Quid me incusas Clitipho?
Quidquid ego [7] hujus feci, tibi prospexi, & [8] stultitiae tuae.
Ubi te vidi animo esse [9] omisso, & suavia [10] in praesentia
Quae essent, [11] prima habere, neque consulere [12] in longitudinem: 10

[13] Cepi

let *quamobrem.* ut sit sensus, cur pater id faciat, nescio, nequeo causam, hujus facti, patris tui, intelligere, id solum scio, *quod tibi* &c.

6. Vide mihi, quam pater iratus, hic, & in seqq. cum filio loquatur moderate & leniter, ut oratio ejus magis querimonia, & commiseratione, quam reprehensione, aut poenae denuntiatione constet: atque haec sane ratio multum valet, ad pudorem, & poenitentiam delictorum, in liberis excitandum. Confer omnino Boeclerum.

7. HUJUS absolute: ut per ἔλλειψιν desit *rei.* In Hecyra *Ne quid sit* hujus *oro.* EGO HUJUS. Semper gravis inceptio orationis, quae exordium sumit a pronomine. Calph.

8. Intelligit STULTITIAE nomine ἀσωτίαν. Vest.

9. Negligenti, incurioso. Sic Adelph. V. 3. 45.

10. Aristot. Ethic. 1. 3. ὁ νεανίσκος τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικός ἐστι, κατὰ πάθος γὰρ ζῇ, καὶ μάλιστα διώκει τὸ ἡδὺ αὐτῷ, καὶ τὸ παρόν. Sed & τὰ μαλακὰ dixere SUAVIA. *V.*

11. H. e. optima, praecipua. Vid. Eun. I. 1. 5. Salluft. Catil. 36. *Quae prima mortales putant.* Jugurth. 41. *Quae prima mortales ducunt.* Vest.

12. I. e. in tempus futurum non providere, nullam de futuris curam gerere, in diem vivere. * Tacit. Hist. II. 95. *Ipse abunde*

[13] Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut [14] haec posses perdere.
[15] Ubi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,
[16] Abii ad proximos, qui erant tibi, eis commisi, & credidi:
Ibi tuae [17] stultitiae semper erit praesidium, Clitipho:
[18] Victus, vestitus, [19] quo in tectum te receptes. *Cl.* Hei mihi! 15

Ch.

de ratus si praesentibus fruetur, neve in longius consultans *novies millies sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur.* Vest.

13. H. e. inveni modum. Calph.

14. Sub. *bona mea.* PERDERE, absumere, dissipare.

15. UBI, postquam, vel, quoniam. Ordo est: *Ubi per te non licuit mihi dare tibi, cui primo decuit* sc. me dare, aut, decuit dari. PER TE. i. e. propter tuam luxuriam, & lasciviam, te ipso obstante. PRIMO ɔ: praecipuo, utpote filio familias.

16. Respicit jus Atticum & Romanum ubi furiosi & prodigi dabantur in tutelam proxime cognatis. Varro R. Rust. I. 2. *Mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus.* Horat. Sat. II. 3. 217.

interdicto huic omne adimat jus
Praetor, & ad sanos redeat tutela propinquos. Vest.

Per PROXIMOS hic, soror & levir, intelliguntur.

17. Noli hic per *stultitiam*, intelligere *luxuriam*, uti versu 8. Sed intellige *furorem*, per figuram Litoten. Filio prodigo, & ob id, quasi furioso, a patrimonii possessione excluso, adsignat vitae tolerandae adjumenta apud proximos haeredes.

18. VICTUS olim distinctus a vestitu & habitatione, post utrumque complexus, praesertim Ictis. vid. L. 234. §. 2. 43. 44. 45. de verbor. signif. Vest.

Ch. Satius est, quam [20] te ipso haerede haec possidere Bacchidem.

Sy. Disperii! scelestus quantas [21] turbas concivi insciens!

Cl. [22] Emori cupio. *Ch.* Prius, quaeso, disce, quid sit vivere [23]:

Ubi scies; si displicebit [24] vita, tum istoc [25] utitor.

Sy. Here, licetne? *Ch.* Loquere. *Sy.* [26] At tuto? *Ch.* Loquere. *Sy.* [27] Quae ista 'st [28] pravitas . 20

Quaeve

19. Locus qui domicilio tibi inserviat, aliàs scilicet hoc difficulter inventuro.

20. Hîc tandem, sed obliquè significat, quod exhaeredatus sit, & cur.

21. Quantos motus excitavi, per imprudentiam meam, vel, praeter meam intentionem!

22. Extremi taedii formula; congrua in eum, qui se credebat & patris charitate, & bonis, &, quod forsan illi gravissimum, lubidine sua, seu voluptate excidisse.

23. *Cum virtute & ratione*, subaudiri volunt interpretes; mihi sermo videtur esse, de oneribus vitae, & molestiis, quas crudus, & delicatulus, adolescens adhuc parum noverat. meae sententiae favere videtur τὸ DISPLICEBIT vers. seq. Lactantius ab interpretibus stat, qui laudat hunc locum Lib. III. 18. Verba ejus, Observante Vesterhovio, haec sunt: *De vita quereris: quasi vixeris, aut unquam tibi ratio constiterit, cur omnino sis natus. Nonne igitur tibi verus ille & communis omnium pater Terentianum illud jure increpaverit?* PRIUS DISCE, QUID SIT VIVERE: SI DISPLICEBIT VITA, TUM ISTOC UTITOR.

24. Calphurnius, & alii, hìc per VITAM intelligunt, *actus* & *mores*: malè, meâ sententiâ.

25. Sub. *moriendi consilio*, vel, *perfugio*.

Quaeve amentia est, quod peccavi ego, id obesse
huic? *Ch.* [29] Ilicet.
Ne te admisce: nemo accusat, Syre, te; nec tu [30]
aram tibi,
Nec [31] precatorem pararis. *Sy.* Quid agis? *Ch.* Nihil [32] succenseo,

Nec

26. Mſ. Bodl. AC TUTO? Sensus est, ne mihi fraudi sit, liberius si locutus fuero. Vest.

27. Servus iram domini in personam suam *inclinare cupiens, ut adolescenti possit succurrere, interponit haec verba. Eugraph.

28. Comica αὐξήσει usurpata sunt haec vocabula, de ordine juris perverso, de praepostera ratione factorum. Boeclerus.

29. De voce ILICET vide ad Eun. I. 1. 9. Vest.

30. Praesidium. Miseri ad aram, ut tuti sint, confugere solent. Ovid. (Trist. IV. 5. 2.)
*Unica * praesidiis ara reperta meis.*
* Vesterhov. observat, legi *fortunis*. Calph. Scilicet duo perfugia habebant servi, ARAM & PRECATOREM seu *deprecatorem*. De *ara* frequentia sunt apud Comicos exempla, & in jure de servis ad statuas confugientibus. Idem mos ad aras confugiendi ut in plusculatum gentium hominibus supplicium metuentibus fuit usitatus, ita antiquissimus. Virgil. Aen. II. 512. seqq. ubi vid Emmeness. Ovid. Pont. I. 2. 149. & maximè e sacris 1 Regum 1. 50. Hinc *Ara* pro defensore sumitur. De precatore vide infra versu 49. & Phorm. I. 2. 90. Vest.

31. *Precari* aliquando idem, quod *deprecari*, hoc est, a se crimen depellere. Calph. Ne, inquit, ut adsolent servi, velis & tu habere precatorem qui pro te roget. vobis enim non irascor, cum multa feceritis: ita aequum est & mihi vos (*ob hoc factum, erga filium) ne irascamini. Eugraph.

32. SUCCENSERE is dicitur, qui cum amare debeat, laesus irascitur. Calph. ex Donato ad Phorm. II. 3. 14. observante Vesterhovio.

Nec tibi, nec huic: nec vos eſt aequom, quod
facio, mihi.

Sy. [33] Abiit; vah! rogaſſe vellem. *Cl.* Quid? *Sy.*
Unde mihi [34] peterem cibum: 25

Ita nos [35] alienavit: tibi jam [36] eſſe ad ſororem in-
telligo.

Cl. Adeon' rem rediiſſe, ut periculum etiam [37] fa-
me mihi ſit, Syre?

Sy. Modo liceat vivere; [38] eſt ſpes. *Cl.* Quae?
Sy. [39] Nos eſurituros ſatis.

Cl. Irrides [40] in re tanta? neque me quidquam con-
ſilio adjuvas?

Sy.

33. ABIIT. Quo facilius terreret, ſenex diſceſſit. Eugraph.

34. PETEREM CIBUM. Proprie de mendicis. Eun. III. 2. 38. Ovid. Ibid. (in Ibin.) III.

Exſul inops erres, alienaque limina luſtres
Exiguumque petas *ore tremente* cibum. Veſt.

35. ALIENAVIT. quaſi alienos ſegregavit. Cicero aliter, Fam. V. 8. *Te nonnunquam* a me alienaverunt. h. e. adduxerunt me apud te in invidiam. Quidam Mſſ. & Edd. ABALIENAVIT. Lindenbruchius citat è Mſ. ITA NOS ALIENAVIT SIBI, JAM ISSE AD SOROREM INTELLIGO. Veſterhov.

36. Senſus eſt, *tibi exheredato ſororis coenam eſſe captandam intelligo*, heredis ſcilicet bonorum patris ex aſſe. Veſterhov.

37. FAME. H. e. *Famis.* vid. Gell. IX. 14. Alii, A FAME. Idem.

38. Apollod. οὐδέποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράσσοντα ἄνδρα, τὰ βελτίω τε προσδοκᾶν ἀεί. Idem.

39. παρὰ προσδοκίαν, quando aliter reſpondemus quam expectatur. Calph. Vernile ἀπροσδόκητον. qualia *Submoroſa ridicula* vocat Cicero de Oratore II. 69. Veſterhov.

Sy. Immo & [41] ibi nunc sum, & usque id egi [42] dudum, dum loquitur pater: 30
Et, quantum ego intelligere possum [43]. *Cl.* Quid? *Sy.* Non aberit longius [44].
Cl. Quid id ergo? *Sy.* [45] Sic est, non esse [46] horum te arbitror. *Cl.* Quid istuc, Syre?
Satin' sanus es, *Sy.* Ego dicam, quod mihi in mentem [47]: tu dijudica.
Dum istis fuisti solus [48], dum nulla alia delectatio,
Quae [49] propior esset, [50] te indulgebant, tibi dabant: nunc filia 35

Post-

40. Tam seriô & gravi negotio, vel, tanta calamitate. * Sic Cicero Att. XV. 9. *Rides* in talibus rebus? *V.*

41. IBI SUM. Vide supra III. 1. 63. Vest.

42. Sc. ut consilium meditarer, quo te adjuvarem.

43. Sermo ab impatiente adolescente interruptus. Alii tamen putant, hic studiô reticere servum, ut magnam opinionem injiciat adolescenti, de consilio, tam anxiè â se quaesito, & hoc pacto ejus praeparet animum, ad illud admittendum, quod ipsi mox suggestum velit.

44. Vesterhovius subaudiri vult *consilium*, quod servus, meditabundum fingens, jam tantum non se habere significet: Quidam subaudiunt; *a vero mea conjectura:* Utrique recte; ille ex Clitiphonis, hi ex Syri sententia, quae ex seqq. patet.

45. Servus, quasi secum, SIC EST, ait. q. d. εὕρηκα, inveni consilium. Vest. Servus pergit in dilogia sua, de qua nota praeced. mox, praeter expectationem Clitiphonis, pro *consilio*, edit *conjecturam*.

46. HORUM. id cum contemtu pronuntiatum. Sic supra. II. 3. 19. Vest. Sub. *verum filium.*

47. Alii addunt EST. Vesterh.

48. Sub. *liberorum.*

49. Hoc ideo dicit, quod filius subditus revera est alienus.

50. Vide Donatum ad Eun.

Postquam est inventa [51] vera, inventa est [52] causa,
quâ te expellerent.
Cl. Est verisimile. *Sy.* An tu ob [53] peccatum hoc
esse illum iratum putas?
Cl. Non arbitror. *Sy.* Nunc aliud [54] specta:
[55] matres omnes filiis
In peccato adjutrices, auxilio [56] in paterna injuria
Solent esse: id non fit [57]. *Cl.* [58] Verum dicis. quid
nunc faciam, Syre? 40
Sy. [59] Suspicionem istanc ex illis quaere: rem profer palam:

Eun. II. 1. 16. Afranius Vopisco: *Malè merentur de nobis ber~, qui* nos *tantopere* indulgent in pueritia. Lucil. Iram indulget *nimis*. Vide omnino * Gotl. Cortium ad Sallust. Catil. 2. n. 9. Vesterhov. * Ego hujus viri notis meliores, nullas vidisse mihi videor.

51. VERA. cum emphasi expressum, & opposite ad Clitiphonem subditum scilicet. Vest.

52. Sic And. II. 3. 8. Idem.

53. Intelligit scortationem cum Bacchide. Idem.

54. Sub. considera *argumentum*, unde efficitur te esse subditum. Primum autem argumentum fuit, quod diligebant filium, antequam filia esset inventa, tum vero mox exheredabant.

55. Adjicit hoc argumentum, cum matres semper pro filiis intervenire consueverint, nunc in iracundia non rogat mater. Eugraph.

56. Pro, *cum pater injurius est*.

57. Sub. Tibi. mater tibi, in hac tam atroci patris injuria, non est adjutrix.

58. VERUM DICIS. Amplius nunc dicit, quam paullo ante, EST VERISIMILE, paullatim enim fit, ut prorsus credat verbis Syri. Vest.

59. SUSPICIONEM ISTANC. Ita citat Priscianus Lib. XII. Vest. Sensus est; Percontare ex parenti-

Si non eſt verum, ad miſericordiam ambos adduces [60] citò; aut
[61] Scibis, cujus ſis. *Cl.* Recte ſuades; faciam. *Sy.* [62] Sat recte hoc mihi
In mentem venit. namque adoleſcens [63] quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillime patris [64] pacem in leges conficiet [65] ſuas. 45
Etiam haud ſcio, [66] an uxorem ducat [67]; ac Syro nihil [68] gratiae.

[69] Quod

tibus, rectene, an ſecus, te Subditum eſſe ſuſpiceris.

60. Quia parentes veri filiis citò ignoſcunt. Calph.

61. Tuos parentes facile cognoſces. Eugraph.

62. Jam reſtans in ſcena conſilium ſuum admiratur.

63. Cum enim in periculo majore poſitus fuerit filius, tum facile parentibus poteſt movere pietatem; vel pacem ab iracundo patre ſuſcipere. Eugraph. Ex his apparet Eugraphium legiſſe, *cum*, *tum*, At illa, QUAM, TAM, hic ſtant pro *ut*, *ita*. Salluſt. Jugurth. XXXI. 14. Quam *quiſque* peſſume *fecit*, tam maxume tutus *eſt*. Varro de R. R. Quam pauciſſimos *reliqueris*, tam optimi *in alendo fiunt*.

64. PACEM dixit veniam ut Virgilius. Aen. IV. 56. *Pacemque per aras, exquirunt.* i. e. benevolentiam ac veniam. Eugraph. Plaut. Moſtell. V. 2. 5.
Nunc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus,
Qui a patre ejus conciliarem pacem. Veſt.

65. H. e. Secundum eas conditiones, quas dare patri voluerit in ea pace ineunda, ſuo arbitrio. Calph. Dixit LEGES (SUAS) pro conditionibus & pactis ſibi maxime placitis. Veſt.

66. Valet id, quod vulgo nunc dicat, *Haud ſcio, an non uxorem ducat.* Sic Adelph. IV. 5. 33.
Qui infelix haud ſcio an *illam miſere nunc amat.*
Eſt autem formula verecundè & timidè aſſeverantis. Vide ad And. III. 2. 45. Vesterh.

[69] Quid hoc autem? senex exit foras: ego fugio.
[70] Adhuc quod factum 'st,
Miror, continuo non jussisse abripi me [71]. ad Menedemum [72] hinc pergam:
Eum mihi precatorem parabo: seni nostro [73] fidei nihil habeo.

67. Sub. ex anteced. *in leges suas*, i. e. quam volet, nempe Bacchidem, aliamve. Calphurnius hoc intelligit de Chremete, patriam, cum uxore Sostrata, relicturo, & egregie fallitur.

68. I. e. veniae apud Chremetem. retributionis, praemii a Clitiphone, pro argento senibus erepto; secundum alios, & in his Vesterhov. sed vix rectè, ut opinor.

69. Formula subito casu attoniti.

70. Miror id, quod adhuc contigit (mihi) Sc. *continuo non jussisse* (Chremetem) &c. Alii ADHUC jungunt τῷ JUSSISSE, quod expeditum esset, nisi τὸ CONTINUO ibi adesset. Possis tamen & sic exponere; *cum considero antecedentia*, id est, *meum facinus*, & *senis ob id iram in filium*, miror &c.

71. Sub. ad poenam de me sumendam. Ceteri, quos habeo, legunt ARRIPI, ɔ: comprehendi.

72. Lindenbrogius legit HUNC, quod cum fastidio dictum videri poterit, in hominem, cujus in familiam jam transiturum erat patrimonium heri minoris.

73. Non credam seni quasi ignoscenti, itaque Menedemum precatorem parabo. Eugraph.

ACTUS QUINTI
SCENA TERTIA.
SOSTRATA. CHREMES.

So. Profecto, nisi caves, [1] tu homo, aliquid gnato conficies mali:
Idque adeo miror, quomodo
Tam [2] ineptum quidquam tibi in mentem venire, mi vir, potuerit.

Ch. Pergin', [3] mulier, odiosa esse? ullamne ego rem unquam in vita mea

Vo-

1. TU HOMO. cum contemtu & stomacho pronuntiandum. * Et dicit, TU HOMO, & postea subito mulierum naturâ redit ad lenitatem, discedente indignatione. Calph. Vesterhovius negat, TU HOMO stomachose dictum esse, propterea quod MI VIR continuò in eadem oratione sequatur, Blandientis autem esse, quoties τὸ MI, vel MEA addatur. Hoc verum est, sed potuitne mulier hâc blanditiâ uti, per amaram Ironiam?

2. Stultum, absurdum, vel, indignum, sc. consilium de exhaeredando filio.

3. Vesterhovius ex Edd. Vet. allegat OH! PERGIN' MULIER ESSE. Quod, in senem iratum, apprime videtur quadrare, quasi nihil gravius convicium in mulierem queat inveniri, quam, *mulier es.* Neque aliter legisse Calphurnium, apparet. En ejus verba; PERGIN' MULIER. *Ita solent mariti uxoribus dicere, cum illae adversantur. & est energia senilis. Sensus igitur est: Pergin' mulieris partes exercere & officium, quae semper vult loqui, & marito repugnare.*

Volui, quin in ea re mihi fueris * advorsatrix, Sostrata? 5
At si rogitem jam: 4 quid est, quod peccem, aut quamobrem hoc faciam? nescias 5.
In qua re nunc tam 6 confidenter restas, stulta? *So.* 7 Ego nescio.
Ch. 8 Immo scis, potius quam quidem redeat ad integrum haec eadem oratio.
So. Oh! iniquus es, qui me tacere de re 9 tanta postules.
Ch. Non postulo: jam loquere: nihilo minus ego hoc faciam 10 tamen. 10
So. 11 Facies? *Ch.* Verum. *So.* Non vides quantum mali ex ea re excites?

 12 Sub-

* Naevius Agitatoria. *Quasi dedita opera, quae ego volo, ea tu non vis, quare ego nolo, ea cupis.* Idem Tereo. *Video ego te mulier, more mulierum utier, ut vim contendas tuam ad majestatem viri.* Vest.

4. Quomodo, aut qua de causa pecco? * Notat mulierum imprudentiam & imperitiam. Calph.

5. Sub. mihi respondere, v. causam, aut rem, in qua re tam impudenter resistis. Interpres Delph. hic Semicolon ponit, & post STULTA Exclamationem: quam interpunctionem lubens praeferrem Vesterhovianae.

6. *Confidentia* saepius in malam: *fiducia* vero in bonam partem accipitur. (vid. Donat. ad And. V. 3. 5.) Calph.

7. Sic lege, ut intelligas contrarium. Calph.

8. Imo concedam te scire, potius quam ut rixam hanc a principio redordiare. Iracunda concessio.

9. Scilicet in periculo filii. Calph.

10. Sc. exheredabo filium. TAMEN Stomachose & contumaciter additur.

11. Indignabunda repetit verbum.

[12] Subditum se suspicatur. *Ch.* [13] Subditum! ain
tu. *So.* Certe, inquam, mi vir.
Ch. [14] Confitere, tuum non esse. *So.* Au! obsecro te, [15] istuc inimicis siet.

Egone

12. ὑποβολιμαῖον. Liv. XL. *Me* subditum *& pellice genitum appellant.* Idem *Subditius* & *subditivus* dicitur Plauto. Suet. Ner. 7. *Ut* Subditivum *apud patrem arguere conatus est.* Vesterh. Hic jam intelligendum, venisse adolescentem, & matri, hoc est, mitiori de parentibus, suam suspicionem indicasse. Eugraph. * Recte hoc, nisi fallor Eugraphius; Potuit enim Clitipho, cum Scenâ priori a Syro abiret, e vestigio ad matrem confugere, ac illi obiter aperire suspicionem suam, imo rationem suspicionis, ɔ: exhaeredationem. Mater autem, tantâ calamitate filii, & metu eum amittendi, attonita, verisimiliter non existimavit tempus perdendum, in pluribus super hac suspicione quaestionibus; itaque ad maritum confestim evolavit, uti eum, a tam acerbo in se, & in filium impio consilio averteret. Tanaquillus Faber, & eum secuta Dacieria contrarium sentiunt, eô quod Clitipho non adeat ad matrem, prius quam Sc. sequenti; atque Faber effert se, quod primus ostendat, peccatum hic graviter a Terentio esse contra oeconomiam Fabulae. Itaque legi malunt, SUSPICETUR, ɔ: *suspicari posset.* at nondum credo talem suspicionem, & mulieri, & matri, tam facile in mentem venire potuisse.

13. Cum admiratione, sed severa, & contradicendi studio excitata, dici haec, responsio matronae monstrat magna asseveratione, *certe, inquam, mi vir.* Boeclerus.

14. Plus intelligi vult, quam dicere videtur: in aperto enim, tanquam ex facili dicere videtur; quando quidem id movet filius, auge ejus opinionem, confitere ex te non esse natum. Occulte autem, ut sequentia docent, contrarium εἰρωνείᾳ penetrabili signatur.

Con-

Egone confitear meum non esse filium, qui sit meus?
Ch. Quid? metuis, ne non, quum velis, convincas esse illum tuum? 15
So. Quod filia est inventa [16]? *Ch.* Non [17]: Sed quod magis credendum siet,
[18] Id quod est consimilis moribus,
Convinces facile ex te natum: nam [19] tui similis est probè:
[20] Nam illi nihil vitii est * relictum, quin sit & idem tibi.
Tum praeterea [21] talem, nisi tu, nulla pareret filium. 20

 Sed

Confitere, si potes, filium tuum non esse, qui te ingenio & moribus prorsum refert. Boeclerus.

15. Haec imprecatio (rectius abominandi, vel infelicia deprecandi formula) sic usurpatur ab Ovidio ut illius propria sit. Calph. Plaut. Merc. I. 2. 25.
Ac. *Periimus.* Ch. *Principium inimicis dato.*
Virg. Georg. III. 513.
Di meliora piis, erroremque hostibus illum! Vest.

16. Quae sc. probet me non sterilem fuisse, neque adeo opus habuisse, ut de supponendo filio unquam cogitarem. Sumatur enim sensus qui est simplicior, & Sostratae ingenio accommodatior. Boecler.

17. Sub. *hoc dico:* at aliud habeo argumentum, quod multo fortius ad convincendum sit.

18. i. e. propter id, quod, eô quod.

19. SIMILIS dicimus cum genitivo, cum morum similitudinem, aut doctrinae, ostendimus. Calph.

20. Hic exprimit in quo consistat illa similitudo. NAM comicè iteratur.

* Quicquid est in ipso vitii, etiam in te cernitur. Boeclerus.

21, ɔ: tam vitiosum, sicut scena sequ. describitur. Boecler.

Sed ipse egreditur. quam severus! [22] rem, eum videas, censeas.

22. Sensus videtur esse. Si ex vultu judices, credas esse sincerum & gravem; sed si rem (ɔ: ingenium & mores hominis) penitus inspicias, apparet nullius esse frugi. Noster imitatus est Plautum Cas. III. 2. 32. *Sed eccum incedit, at quum aspicias tristem, frugi censeas.* Vesterhov.

ACTUS QUINTI

SCENA QUARTA.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

Cl. [1] Si unquam ullum fuit tempus, mater, quum ego voluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus [2] tua voluntate, obsecro,
Ejus ut memineris, atque [3] inopis nunc te miserescat mei.
Quod peto, & [4] volo, parentes meos ut commonstres mihi.

So.

1. Ad commovendam pietatem commemorat praeteritos affectus. quò sic facilius possit agnosci Eugr. Preces ad muliebre ingenium & animum maternum maxime efficaces. Boecl.

2. Si non fui, tua certe voluntate dicebar esse, quae me pro filio tibi esse voluisti. Boecl.

3. Sine ope & auxilio. Adelph. II. 1. 2. Justin. XIX. 3. *Inter haec procedit inops e navi sua imperator.* Vesterh.

4. ɔ: cupio, desidero. ita enim saepius *τὸ velle* significat. Boecl.

So. Obsecro, mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum, 5
[5] Alienum esse te. *Cl.* [6] Sum. *So.* Miseram me! [7] hoccine quaesisti, obsecro?
Ita mihi atque huic sies superstes [8], ut ex me atque ex [9] hoc natus es!
Et cave posthac, si me amas, umquam istuc verbum [10] ex te audiam.
Ch. At ego [11], si me metuis, mores cave in te esse istos sentiam.

Cl.

5. Non nostrae familiae, Adelph. I. 2. 57. & III. 4. 6. Hec. IV. 4. 27. Liv. XXIX. 29. *Extitit quidam, Mezetulus nomine, non alienus sanguine regibus.* Dicitur autem quis *alienus alicui, aliquo*, & *ab aliquo*. Vest.

6. Haec vox simplex terribiliter pronuntiat. Calph.

7. Laudat Boeclerus Gallum interpretem, qui vertit: *N'as tu point honte d'avoir fait telle demande?* (Non pudet te ita interrogasse?) Errat autem uterque. Sensus enim est. *Hoccine voluisti.* Sic Virg. IV. 675.
Hoc illud, germana, fuit?
me fraude petebas?
Quanquam possunt haec videri verba Sostratae ad Chremetem *, sequentia ad filium. Vesterhov. * Ita sane est, hôc sc. sensu; *num hoc quaesisti, inhumano tuo facto, ut me filio orbares, illumque ac me, in ultimam desperationem conjiceres.*

8. Jurisjurandi formula est, concepta per particulas, ITA, & UT Seneca. IX. Controv. 4. Ita *mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum, qui mori maluit, parricidam vocavi.* Vesterhov. ὅρκος ἠθικος, ex solenni parentum voto. Apud Quintilianum ita effertur, Instit. Orat. IX. 2. *Ita mihi contingat haerede filio mori.* Boecl.

9. HOC, & modò ante HUIC, fastidiose de Chremete.

10. Sc. *Subditus sum.* vel, *commonstra mihi parentes meos.*

Cl. Quos? *Ch.* Si scire vis, ego dicam: [12] gerro,
[13] iners, [14] fraus, [15] heluo, 10
[16] Ganeo, [17] damnosus! [18] crede, & nostrum te
esse credito.

Cl.

11. Sub. *denuntio tibi.* vel, sic ordina. *At, si me metuis, cave ego sentiam istos in te mores esse.* EGO ad auctoritatem valet, initiô orationis positum. * Matri dat (poeta) verba suavia, patri vero aspera. illa inquit, SI ME AMAS: Hic, SI ME METUIS. Calph. Vesterhovius censet dicendum fuisse, *mater*, *pater*. sed frustra; nec enim cepit sensum Calphurnii.

12. Nugator. φλυαρὸς ἐδαμινός. Unde Nonius Marcellus: CONGERRO, *qui easdem exercet nugas. V.*

13. Otiosus, ignavus, sine arte & industria vivendi; ut vult *Servius*. Calph.

14. Ponitur hic FRAUS pro fraudulento, ut alibi scelus pro scelesto. Calph. Idem satis doctè, quanquam ad hanc rem non pertineat, observat, ex *Ulpiano*, quod *fraus sit ipsa noxa.* i. e. culpa, & quasi quaedam praeparatio poenae. & ex *Servio*, quod interdum etiam ponatur, in jure, pro *poena:* Item pro *periculo*, ut, *erit illa res fraudi*, i. e. periculo.

15. HELUO Pompeio Festo dicitur *immoderate bona sua consumens*, *ab* eluendo. *Cui aspiratur* (ɔ: aspiratio praeponitur); *ut aviditas magis exprobretur. fit enim vox incitatior.* Nisi forte ab antiquo *Helus*, h. e. holus, quod notat omnis generis dapes. Vest.

16. Tabernis operam dans, & conviviis turpioribus. Eugr. Veteres *ganeum*, meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra. Calph.

17. Prodigus. Insanos sumtus *damna* dixerunt. Suet. Ner. 31. *Non in alia re damnosior, quam in aedificando.* Vest.

18. Persvadere tibi debes, quod omnes hi tituli bene, in te, & mores tuos, conveniant, adeoque audacter persuade tibi & hoc, te, talibus ornatum titulis, nostrum esse filium. Satis liquet haec per amaram Iro-

niam

Cl. Non sunt haec [19] parentis dicta. *Ch.* [20] Non? si ex capite sis meo
Natus item, ut * ajunt [21] Minervam esse ex Jove, ea causa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri [22].
So. Dî istaec [23]. *Ch.* Deos nescio [24]: ego quod potero, enitar [25] sedulò. 15

Quae-

niam dicta esse. Vesterhovius seriò dicta esse ait, quod adolescens mox respondeat; NON SUNT HAEC PARENTIS DICTA. & Chremes deinde; QUAERIS ID QUOD HABES. Delph. Paraphrastes exponit; *crede meis praeceptis, & ita credito te esse nostrum filium.* minus, ut opinor, ad mentem Terentii.

19. Sub. convitia.

20. Stomachose repetit negationem Clitiphonis. * NON? ita distinxi ut gravior esset sensus. Vulgo sine ulla interrogatione: NON, SI EX CAPITE SIS MEO — EA CAUSA MAGIS PATIAR &c. Malim, si per Codices liceret; NON? NON SI EX CAPITE MEO SIS NATUS. Vest. NON? SI EX CAPITE SIS MEO. Haec ingenti clamore pronuntianda. Calph.

*Bene AJUNT, de re fabulosa & ficta. Calph.

21. Fabulam vide apud Lucianum in Dialogo Jovis & Vulcani. Adde Mythologos. Sensus autem videtur esse: *Si tu maxime propius me contingeres, quam humanos parentes contingunt filii, ea causa non magis paterer, me tuis flagitiis infamem fieri.* Ceterum hunc locum in animo fuisse apparet Horatio. Arte. 93.

Interdum tamen & vocem Comoedia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

Videntur enim verba Chremetis grandiora quam pro stylo comico Vesterh.

22. Si hìc poneretur *nota quaestionis*, Vesterhovii *quaestio* suprà, post NON posita, melius se tueretur. Sensus autem hic foret; *an magis ea causa conveniat*, v. *fas sit, ut patiar?* &c.

Quaeris id, quod habes, parentes: quod abest [27], non quaeris, patri
Quomodo obsequare: & ut serves, quod labore invenerit.
Non [28] mihi per fallacias adducere ante oculos [29]? pudet

Dicere

23. Sub. *prohibeant* * Formula abominandi & deprecandi. Liv. VI. 18. *Bene facitis, quod abominamini:* Dii prohibeant haec. *Sed nunquam propter me de caelo descendent. Vobis dent mentem, oportet, ut prohibeatis.* Vesterhov.

24. Sc. quid facturi, an prohibituri sint? Sic supra II. 4. 16. *Nescio alias*, Sc. aliae mulieres quid faciant. * Crediderim sensum verborum Chremetis esse, *Non nunc de Diis agitur, neque adeo Deos in partes voco.* Unde continuò a Diis discedens, quid ipse hac in re facturus sit, addit. Sic Guido Juvenalis: NESCIO DEOS. *Modus loquendi iratorum, praecipuè qui Dei cogitationem* (malim *cognitionem*) non habent. Sallustius Catil. 52. *Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Ubi socordiae tete, atque ignaviae tradideris, nequicquam Deos implores; irati infestique sunt.* Plaut. Cistell. I. 53. Gy. *Di faxint.* Le. *Sine opera tua nihil Di horunc facere possunt.* Vest.

25. ENITAR, ne infamis fiam. Calph.

27. Sc. *a te.* quo cares.

28. Quidam hic subaudiri volunt, *veritus es:* Certè, praeter id, quod in fine reticetur, aliquid hinc abest, quicquid demum sit: nisi velimus admittere Enallagen Modi, ut ADDUCERE positum sit pro *adducas*; at tum *quaestio* vix locum haberet, neque ea exstit in Edit. Minellii Hamburgensi. In opere tantae molis, ac pretii, atque hoc Vesterhovii est, debuerat hic locus illustrari. * Vide ad Eun. IV. 7. 24. Vest.

29. ἀποσιώπησις honesta. noluit dicere meretricem, praesente matre, Calph.

Dicere, hac praesente, [30] verbum turpe: at te id
nullo modo.
Puduit facere. *Cl.* Eheu, quam ego nunc totus
displiceo mihi! 20
Quam pudet! neque quod principium inveniam ad
placandum, scio.

30. Omnis emphasis est in τῷ DICERE, cui mox, ad exaggerandum Clitiphonis flagitium opponitur τὸ FACERE. Caeterum fuit quaedam sanctitas & majestas matronarum. De qua vide Plutarchum in Romulo. Juvenal. Sat. XI. 201.

Spectent hoc nuptae juxta recubante marito,
Quod pudeat narrasse aliquem praesentibus ipsis.

Intelligit autem *verba praetextata*. De quibus vide Suet. Vesp. 22. Gell. IX. 10. Vesterhov.

ACTUS QUINTI
SCENA QUINTA.

MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

Me. [1] Enimvero Chremes nimis graviter cruciat
adolescentulum,
Nimisque inhumane. exeo ego, ut pacem conciliem.
[2] optume

Ipsos

1. *Intervenit persona, cujus gratia pax concilietur: ita ut omnia tranquilla sint & composita, prouti Comoediae finis postulat.* ENIMVERO. hoc loquitur Menedemus solus apud se. Calph.

2. Perquam opportune.

Ipsos video. *Ch.* [3] Ehem, Menedeme: cur non arcessi jubes
Filiam, &, quod [4] dotis dixi, [5] firmas? *So.* Mi vir, te [6] obsecro,
Ne facias. *Cl.* Pater, obsecro, ut mihi ignoscas. *Me.* Da veniam, Chreme: 5
Sine te exorem. *Ch.* Egon' [7] mea bona ut dem Bacchidi dono? [8] sciens

Non

3. HEM. Interjectio percipientis eum, quem volebat. Calph.

4. De Dote supra IV. 7. 10. & V. 1. 67. Propriè autem *Dos dicitur*, h. e. promittitur. Ovid. Fast. VI. 504.

Si vir es, i, dictas *exige* dotis opes.
Afranius, Fratriis:

Dat rustico nescio cui vicino suo
Perpauperi, *cui* dicat dotis *paululum.*

Hinc *Doti dicere* Ictorum proprium. Sic Servius ad Virg. Georg. I. 31. Inde (τὸ *dicere*) ad alia transfertur Nepos Eumen. 2. *Hoc tempore data est Eumeni Cappodocia, sive potius* dicta; *nam tum in hostium erat potestate.* Vesterhov. Nihil efficacius erat ad permovendum Clitiphonem, ut peteret veniam, (huc enim res deducta erat, ut aliter non posset finiri) quam injecta denuo mentio dotis, in qua exhaeredatio ipsius continebatur. Boecler.

5. Concludis, ratum & certum facis, pactum dotale; tabulis sc. dotis conficiendis, vel, nuptiis celebrandis. Paraphrastes Delph. *approbas & admittis dotem.* quod minus mihi placet.

6. OBSECRO. Nil significantius. nam *orare*, est placidos petere. *Obsecrare* vero, iratos rogare. Calph.

7. Sub. *adducar, committam;* vel, *exorari possim.*

8. Similis ferè usus τοῦ SCIENS, Adelph. IV. 5. 77. Vesterhov. Vel, voluntate meâ; vel, sanae mentis dum ero.

Non faciam. *Me.* At id nos non finemus. *Cl.* Si me [9] vivum vis, pater,
Ignofce. *So.* Age, Chremes mi. *Me* Age, quaefo, ne tam [10] obfirma te, Chreme.
Ch. Quid iftic [11]? video, non licere, ut coeperam, hoc [12] pertendere.
Me. Facis ut te decet [13]. *Ch.* Ea lege hoc adeo faciam, fi facit 10
Quod ego hunc [14] aequom cenfeo. *Cl.* Pater, omnia faciam: impera
Ch. Uxorem ut ducas. *Cl.* [15] Pater. *Ch.* Nihil audio. *Me.* [16] Ad me recipio:
Faciet.

9. Hoc folo verbo poterat placare patrem. nam pater filii vitam omnibus rebus anteponit. Calph.

10. I. e. noli te tam obftinatum oftendere. Ille enim dicitur fe *obfirmare* in aliquo propofito, qui obftinatè & pertinaciter in illo perfeverat. Calph. Pacuvius, Periboea:
Tamen animo obfirmato *mitefcit metus.* Veft.

11. Ufitata formula concedentium, qui expugnati tandem dicunt; *quid iftic?* fub. ago, refifto. Boecl. Ita ISTIC foret, *in ea re.* poteft autem & Pronomen effe, & fubaudiri, *vult fibi?* Sc. taediofus ille deprecator, Menedemus.

12. I. e. contendendo, five urgendo, ad effectum perducere meum propofitum: filium nempe exhaeredare.

13. Nempe, quod te pateris exorari.

14. Sub. facere.

15. Tantum dicit hoc verbum, non ftatim volens dare refponfum, tanquam prius deliberaturus. Calph. Chremes videtur hoc eò cepiffe, quafi rogare velit filius, ut liceat fibi, aut ducere Bacchidem; aut aliam, fuâ voluntate, fibi eligere uxorem; aut nuptias differre: aut omnino recufet eas, quafi abhorrens ab re uxoria. Tales ideo ambages,

 fta-

Faciet. *Ch.* Nihil etiam audio [17] ipſum. *Cl.* Perii!
So. An dubitas Clitipho [18] ?
Ch. Immo, utrum volt *. *Me.* Faciet omnia. *So.*
Haec [19], dum incipias, gravia ſunt:
Dumque ignores: ubi cognoris, facilia. *Cl.* Faciam, pater. 15
So.

ſtatim praecidit, denuntiando, nihil ſe audire velle, quod contra hoc dicturus ſit filius.

16. Hoc dicendi genere ſaepius *Cicero* utitur in ſuis epiſtolis, & praecipuè commendatitiis. Calph. AD ME RECIPIO. Polliceor, me praeſtiturum, ut ille id faciat. Inde *Recipere* abſolutè, pro, polliceri. Phorm. V. 7. 9. Veſt.

17. Guietus ſubaudit; *Reſpondere* (ſc. Clitiphonem) *ad ea quae propoſui.* Dacieria ſubaudit, *mihi polliceri.* Eſt autem vox indignantis, qualis ſupra, quando Clitipho audiens, uxorem ſibi eſſe ducendam, PATER, diceret, Chremetis reſponſio, NIHIL AUDIO. q. d. Non eſt quod nuptias iſtas effugere velis. Quod igitur hic filio, idem mox Menedemo inquit; NIHIL ETIAM AUDIO IPSUM. Unde videns Clitipho, ſe teneri, nec elabi poſſe, FACIAM, PATER, inquit. Veſterh. Videtur mihi loqui filio, de Menedemo: ut hic ſit ſenſus; *Neque ego ipſum hunc Menedemum audio, de tuo obſequio fidem ſuam interponentem, vel ſpondentem, quando tu haud obſcurè tergiverſationes oſtendis.*

18. Ducere ſc. uxorem, quod jubet pater.

* Sub. faciat, eligat; nihil ad me, nihil eum cogo. vel; aut uxorem ducat, aut exhaeredetur.

19. HAEC, quidam intelligunt de nuptiis in genere, utpote quae liberis hominum cervicibus jugum imponant. intelligerem ſtrictius, de nuptiis quae ab invito ineuntur, uti hae a Clitiphone.

So. Gnate mi, [20] ego pol tibi dabo illam lepidam, quam [21] facilè ames;
Filiam Phanocratae nostri [22]. *Cl.* [23] Rufamne illam virginem,
[24] Caesiam, [25] sparso ore, [26] adunco naso? non possum; pater.

Q 2 *Ch.*

20. Hic illudit, ut joco tristitia solvatur; cum promittit filiam nescio cujus admodum foedam. Eugraph. Neque tamen putandum est matrem consultò talem nominasse, quae illa (sequenti) descriptione irrideri posset. Sed cum illa honestatem familiae, divitias, & talia spectaret in eligenda conditione: adolescens pro aetate & ingenio, formae primam sibi rationem ducit habendam. Boecler.

21. Sine dubio, lubenter. Ita Cicero passim. Vest.

22. Sub. amici, aut vicini.

23. Martialis XII. 54.
Crine ruber, *niger ore, brevis pede, lumine laesus,*
Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.
Erat autem color crinium rufus invisus. Vest. atque etiamnum invisus est multis, utpote index saevi ingenii & maligni.

24. Gellius in Secundo Noctium Atticarum (Cap. 26.) inquit. *Nostris autem Latinis veteribus Caesia dicta est, quae a Graecis γλαυκῶπις dicitur, ut Nigidius ait, de colore caeli, quasi caelia.* Dantur caesii oculi Minervae, coerulei Neptuno. Calph. CAESIAM. id est, oculis obtortis. vel caesuras, id est, rugas habentem, aut lenticulosam. Eugraph. Plautus itidem per contumeliam *Noctuinos oculos* vocat. Curc. I. 3. 35. ubi vide Turnebum. Vest. Confer Hec. III. 4. 26. & ibi vide Donatum.

25. Vultu lentiginoso; & hoc apte a poeta subjectum, cum antea dixerit RUFAM; constat enim, *Rufos* ferè lentiginosos esse. Qui, SPARSO ORE, per *late diducto*, explicant, non sunt audiendi.

26. Indecens nasus vituperatur, sed magis in muliere.

Ch. * Heja! [27] ut elegans eſt! [28] credas animum ibi eſſe. *So.* Aliam dabo.
Cl. Quid iſtic [29]? quandoquidem ducenda eſt, egomet habeo propemodum, 20
Quam volo. *So.* Nunc laudo te, gnate. *Cl.* Archonidi [30] hujus filiam.
So. [31] Perplacet. *Cl.* Pater; hoc nunc reſtat. *Ch.* Quid? *Cl.* Syro ignoſcas, volo,
[32] Quae mea cauſa fecit. *Ch.* Fiat. [33] Ω. Vos valete & [34] plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

liere. Calph. ADUNCO NASO. hunc in puero ſuo laudat Martialis IV. 4. 9. *Fons* (corr. *Frons*) *brevis, atque modus breviter ſit* naribus uncis.
Lego, *leviter:* ut *naribus leviter uncis*: valeat *aduncis.* Petron. Cap. 126. *Nares paullulum inflexas.* Sidon. Lib. I. Epiſt. 2. *Naſus venuſtiſſime incurvus.* de Theodorico rege. Veſt.

* Interjectio, hoc loco, admirantis per Ironiam.

27. Id eſt, prudens in diſcernendis puellis. quia *ibi* id eſt, in hac electione totus eſt. Eugraph. Totum eſt ironicum. q. d. Quam faſtidioſus formarum arbiter! quem ſi ſpectes, credas animum ad uxorem appulſurum eſſe. Qui enim tam profeſſum ageret formarum cenſorem niſi aliquam magno e numero electurus? Vide ad Eun. III. 5. 18. Veſterh.

28. CREDAS, ANIMUM IBI ESSE. Sic ſupra. V. 2. 30. Vide ad Eun. IV. 2. 46. Veſt.

29. Sub. *laboras, mater. immoremur;* aut ſimile quid.

30. Archonidi Hujus. δεικ]ικῶς de vicino. Veſt.

31. Sub. *Mihi nurus haec,* vel, *conditio.* * Cur tacet Chremes, cujus vel maximè requirebatur aſſenſus? Niſi dicas, ſponſalia, ubi patris concenſus requiritur, nondum celebrari, idque agi

agi folum, quo Clitiphonis animus ab amore meretricio ad uxorium transferatur. Quando τὸ PERPLACET matri suasorias agenti non incommodè tribuetur. Vesterh.

32. Transfert in se crimen servi, dicens, *quod ... cit., meâ causâ fecit.* Eugraph.

33. Non una eruditorum hominum de hac nota (Ω) est sententia. Petitus ex duplo ο ο, id est ὁ ὄχλος, turba, caterva, quod in Graecis Comoediis fuerit appositum, τὸ ω natum esse autumat. Boeclerus uti non negat, τὸ PLAUDITE a toto histrionum grege fuisse acclamatum, ita contendit, antiquitus non Ω, quod Faernus reperisse se in Codicibus vetustissimis scribit, sed G scriptum fuisse, quo GREX fuerit notatus. Eugraphius medii aevi Grammaticus Calliopium facit recitatorem τȢ PLAUDITE. Hic vero nec egit Comoediam, nec modos fecit, sed Critici munere functus Codices veteres recensuit. Consule omnino Barthium Adversar. VI. 20. qui eum vero nomine Alcuinum magistrum Carolo Magno familiarem fecit, ob Philologiae & Poeseos studium Calliopium dictum, quod quasi ab ipsa Calliope formatus videretur. Vide porro Dacieriam, quae τὸ Ω μέγα a librariis additum autumat, ut esset signum *finis*, quomodo elementum τȢ ἄλφα fuerit praemissum initiis operum. Qua de re consulendi interpretes ad Apocalypf. I. 8. Vesterhov. (Notam Ω item illud, CALLIOPIUS RECENSUI, non expressi ad finem Andriae; nam si expressissem, videbam mihi tum necessariò exscribendam longam hancce annotationem: at nulli tunc rei, aeque ac brevitati, certis de causis, studebam. Sunt & variae Edd. in quibus utrumque, aut certe alterutrum, horum desideratur.)

34. Collisis manibus approbationem vestram significate, sub. *Spectatores.* * *Plaudere* verbum est textricum, Gr. σπαθᾶν vel κρότεῖν: cum illae licium densius inculcant, & cum plausu collidunt. Apul. Lib. I. Metamorph. *Dextra saevientē frontem replaudens.* i. e. repercutiens. Hoc verbum

bum in theatrum etiam migravit postea: eoque, peractis fabulis, spectatores dimittebantur. *Valere* enim & *plaudere* jubebantur in hunc modum, VALETE & PLAUDITE. Quae vel a GREGE, vel ab ea persona, quae postrema in scenam introducebatur, pronuntiabantur. Quod in Terentii Comoediis perpetuum est, qui non tam latè se effundens in hac formula, quam Plautus, vel solo verbo PLAUDITE nonnunquam contentus est. Alluserunt Ovidius 2. Trist.

Plauditur, *& magno palma favore datur.*

Tertullian. Lib. I. adverf. Valent. *Quod superest, inquam*, vos valete & plaudite. Apulejus Lib. 3. Florid. *Renunciavere, poetam dixisse rebus humanis* valere & plaudere, *suis vero familiaribus* dolere & plangere. Brissonius.

P. TE-

P. TERENTII
HECYRA.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, SEX. JUL. CAESARE, CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU [1] FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST L. [2] AEMILIO PAULO LUDIS FUNEBRIBUS. NON

 EST

1. Scripta, composita, Graecè ab Apollodoro.

2. In edit. Minellii est, AEMILII PAULI. At hic dictum est, *Ludis Paulo*, pro Ludis in Pauli honorem editis. * *Ludi funebres* erant, qui in honorem defunctorum (illustrium) exhibebantur, quales Homerus memorat celebratos ab Achille in funere Patrocli ; & Virgilius refert ab Aenea celebratos in honorem Anchisae parentis. Paraphrastes Delphini.

EST PLACITA. TERTIO RELATA EST. Q. FULVIO, L. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT. [3] ANNO AB URBE CONDITA DLXXXVIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLXIII. ITERATA A. V. DLXXXIX.

3. Haec in editione Minellii adjiciuntur.

PER.

PERSONAE.

PROLOGUS.

BACCHIS, *meretrix, amica Pomphili.*

PHIDIPPUS, *senex, pater Philumenae.*

LACHES, *senex, pater Pamphili.*

PHILOTIS, *meretrix.*

MYRRHINA, *mater Philumenae.*

SOSIA, *servus Pamphili.*

PAMPHILUS, *filius Lachetis & Sostratae.*

SOSTRATA, *mater Pamphili.*

PARMENO, *servus Sostratae.*

SYRA, *anus, lena.*

PERSONAE MUTAE.

PHILUMENA, *puella, nupta Pamphilo.*

NUTRIX.

SCIRTUS, *Servulus.*

ANCILLAE *Bacchidis.*

C. SULPITII APOLLINARIS
PERIOCHA
IN TERENTII HECYRAM.

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Cujusque, per vim quem detraxit anulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae.
Dein profectus in Imbrum est, nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut aegram ad se transfert. revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt. pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatae forte agnoscit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

AELII

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN HECYRAM TERENTII.

Haec Fabula Apollodori esse dicitur Graeca: nam & ipsa & PHORMIO ab eodem dicuntur esse translatae: quum reliquae quatuor sint Menandri Comici. HECYRA autem dicitur, ideo, quia per socrus & soceros in ea aguntur multa. Nam & ἑκυρὸς & ἑκυρὰ, soceri nomen, socrusque significant. Est autem mixta motoriis actibus ac statariis: multumque sententiarum & figurarum continet in toto stilo. Unde quum delectet plurimum; non minus utilitatis adfert spectatoribus. Atque in hac, primae partes sunt Lachetis, secundae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis: ac deinceps aliarum personarum, quae his adjunctae sunt. Divisa est autem, ut caeterae, quinque Actibus legitimis: quos in subditis distinguemus. In hac Prologus est & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quod

saepe

saepe exclusa haec Comoedia, diligentissima defensione indigebat. Atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus, Sexto Julio, C. Rabirio Aedilibus Curulibus: Egitque L. Ambivius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Graeca est, factaque & edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio Coss. Cantica & diverbia summo in hac favore suscepta sunt. προτατικὰ in hac πρόσωπα, id est, personae extra argumentum duae sunt. Philotidis & Syrac. In tota Comoedia hoc agitur, ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim benevolae socrus; verecunda nurus; lenissimus in uxorem maritus, & item deditus matri suae, meretrix bona.

PUB-

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS HECYRA.

PROLOGUS.

[1] HECYRA est huic nomen Fabulae. haec cum [2] data est
Nova, [3] novum intervenit vitium & calamitas,
Ut neque spectari, neque [4] cognosci potuerit.

[5] Ita

1. HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE. Nominativo casu figuravit, quum in usu sit, ut dativo dicamus. quamvis praestò sint exempla, quibus veteres, per omnes fere casus (intellige nominativum, genitivum & dativum. Vest.) hoc genus locutionis enuntiabant. Donatus.

2. Ita dicitur, *Data est Fabula*, ut *data est coena*, *datum est prandium*. & *Dari* dicitur *Fabula*, quum agitur: *Stare*, quum placet. Donat.

3. NOVA, NOVUM Figura παρονομασία. Donat. Videtur Funambuli lusus non temere antea turbasse Comoedias. VITIUM petitum est ex augurali disciplina, CALAMITAS è re rustica. Quod vero augures & de coelo servantes VITIUM vocant, eandem obscenam tempestatem, quae frangit, & dejicit sata, & frustratur laborem agricolarum, rustici *calamitatem* dicunt. Eadem igitur utriusque est notio, sed diverso respectu. quanquam VITIUM omne infaustum omen notat. Vesterh.

4. Cognosci Fabulae nisi spectatae non possunt. Habent igitur haec (COGNOSCI, & SPECTARI) quasi συνωνυμίας speciem. Vesterhov.

[5] Ita populus [6] studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc haec planè est [7] pro nova
Et is, qui scripsit hanc, [8] ob eam rem noluit
[9] Iterum referre, ut [10] iterum possit vendere.
Alias cognostis ejus: quaeso hanc nunc noscite.

5. ITA. Dicitur emphaticè pro adeo. Sic Prol. Alt. Vers. 22. & And. Prolog. 11. Vest.

6. Non quia mala, inquit, exclusa est. sed quia populus funambuli admiratione obstupuit. Stupidus pro stupens ut (Virgil. Ecl. VI. 20.) *Timidisque supervenit Aegle.* Donat. Scilicet σχοινοβάται ἐν θαυματοποιοῖς erant olim. Eleganter M. Manilius Lib. V. 652.

aut tenues ausus sine limite gressus
Certa per extentos ponit vestigia funes,
Et coeli meditatus iter vestigia perdet.
Et penè ut pendens populum suspendit ab ipso.

Prudent. Hamartig. 367.
Inde per aerium pendens audacia funem,
Ardua securis scandit prosternia plantis.

Unde & ἀεροβάται dicti funambuli. Messalla Corvinus primus nomen FUNAMBULO latinè fecit. Apulejo Florid. IV. *Funirepus* dicitur. STUPIDUS h. l. prae admiratione haerens est. Vest.

7. Tanquam nova. Saa got som ny * quod nimirum data quidem, sed nondum spectata, nedum cognita fuerat. Vest.

8. Id est, ob eam caussam. Donat.

9. Supervacuum est ITERUM. Donat. Si REFERRE hic significet *proponere*, vel, *repraesentare*, nihil est supervacui.

10. Aliis ludis. Maluit avarum poetam populo inducere, quam suo operi diffidentem. Donatus. Objectio avaritiae gratiam Comoediae conciliat; quia non emeretur denuo ab aedilibus dicam, an histrionibus? nisi praeclarè de ea sentirent. Vest.

ALTER

ALTER PROLOGUS. *

[1] ORATOR ad vos venio ornatu prologi: [2] Sinite [3] exorator ut siem: eodem ut jure uti senem

Liceat,

* Videtur editioni tertiae Prologus hic praefixus, uti superior secundae. Vest. *Magna arte hic Prologus scriptus est, & nimis oratoriè. Nam totiens expulsa Fabula, quomodo honeste revocari potuit in proscenium, nisi primo ipsa impudentia pro fiducia proferretur? Deinde actor peritissimus ipse Ambivius, probaret & Poetam & Comoediam, cujus auctoritas elucet ex verbis? Tum deinde subtiliter novo Poetae, a vetusto & magnae auctoritatis* Caecilio, *peteretur exemplum, & peteretur ingeniosissimè? Nam quod rudi* Terentio *contigit, accidisse memoratur veteri* Caecilio: *quod huic semel, illi saepè. quod huic in aliis numquam, hoc illi ferè in omnibus. — His omnibus argumentis id actum est, ut neque desperandum sit de Terentio, quod explosus* (Lib. Veter. omnes, *expulsus*. nisi fortè *exclusus*. Vest.) *est: ut nihilominus illi tantum attribuendum sit, ut aut par* Caecilio, *magno tunc Poetae, aut ultrò melior etiam esse possit*. Donatus.

1. ORATOR h. l. est qui caussam agit Poetae & ejus Comoediae apud spectatores, tanquam judices. Dacieria Donatum sequuta vertit *un Ambassadeur* (Legatus) citans illud Ennii: Orator *sine pace redit, Regeique refert rem*. Mihi illa *Legati* significatio grandior h. l. videtur, quam par est. Vest.

2. Verbum *sinendi* proprium quasi sedem habet in precationibus. Sic infrà 44. And. V. 3. 30. Eun. I. 2. 105. Heut. V. 5. 6. Adelph. V. 8. 13. Phorm. III. 2. 30. Plaut. Bacchid. V. 2. 51. Sine *hoc* exorare (an exorari?) *abs te* Vest.

3. ORATOR, est dum agit (MSS. & Edd. Veteres *rogat*. Vest.) EXORATOR, quum impetraverit. Ita illud, dicentis: hoc jam effecti significationem habet. Donatus.

Liceat; [4] quo jure sum usus adolescentior:
[5] Novas qui exactas feci ut [6] inveterascerent;
Ne cum poëta [7] scriptura evanesceret. 5
In his, quas [8] primum [9] Caecilii didici novas,

[10] Par-

4. Eleganter repetitur τὸ JURE. Sic infra 22. Vide ad Heaut. Prol. 20. Vesterh.

5. Σύλληψις. Donat. Est in verbis Enallage accusativi pro nominativo, comicis usitata: sed & scriptoribus Graecis. Sensus autem est. *Quidni ego, qui adolescentior saepius in scenam reduxi semel exclusas Fabulas, nunc usu edoctus, quum vobis placeam, idem in Hecyra per stuporem populi neglecta experiar?* Vest.

6. In consuetudinem venirent. Donatus. Cic. Att. XIV. *Quae mihi videntur habitura etiam* vetustatem. i. e. in consuetudinem abitura, utpote saepius committenda. Vesterhov.

7. Ne cum obitu ipsius poetae poema interiret. Ipsa Fabula passim in Prologis SCRIPTURA dicitur. Vest.

8. PRIMUM ad aetatem L. Ambivii refero. q. d. Quum olim adolescens discendis & agendis Caecilii Comoediis operam dare inciperem. Vest.

9. CAECILII. De eo ita Gellius IV. 20. *Statius autem servile nomen fuit. Caecilius quoque ille Comoediarum poeta inclutus servus fuit, & propterea nomen habuit Statius: sed postea versum est quasi in cognomentum; appellatusque* Caecilius Statius. Idem Lib. XV. ex Vulcatio Sedigito, de Comicis Latinis judicium refert invidiosis versibus conscriptum: in quibus est hic:

Caecilio *palmam* Statio *do* Comico.

Malus auctor Latinitatis dicitur Ciceroni Att. VII. 3. Et in Bruto 74. Caecilium *& Pacuvium malè locutos videmus* Vesterhov. At multum ei tribuit Horatius, qui non temerè quenquam laudavit. Epist. II. 1. 57. 59. *Dicitur — vincere* Caecilius *gravitate.*

[10] Partim ſum earum exactus: partim vix [11] ſteti.
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam:
Spe incerta, [12] certum [13] mihi laborem ſuſtuli.
[14] Eaſdem agere coepi, ut [15] ab eodem alias diſcerem 10

Novas,

10. PARTIM, pro in aliis. Et ſimul ſplendida locutio eſt. PARTIM adverbium eſt. Partim exactae ſunt *Caecilii* Fabulae, partim vix admiſſae. Et eſt ſenſus, aut diſplicui, inquit, aut in aliquibus vix placui. Donat. PARTIM SUM EARUM. De hac conſtructione vide Gellium X. 13. Cic. Tuſc. Quaeſt. V. 13. Earum ipſarum partim *ſolivagas*, *partim congregatas*. Nep. Att. 7. Quorum partim *inviriſſimi caſtra ſunt ſecuti*. Niſi forte PARTIM dixit pro PARTEM ἀρχαικῶς q. d. κατὰ μέρος. Veſterh.

11. STARE dicitur Fabula, quae ita placet, ut peragatur. Sed & *Cadere* & *excidere* hiſtriones dicuntur, qui exploduntur. Reſpexit huc Cicero Fam. I. 4. *Cum in Senatu pulcherrime* ſtaremus. Eſt autem *ſtandi* ſignificatio a praeliis & certamine forenſi deducta, ubi *ſtare* dicuntur victores. Idem.

12. INCERTA CERTUM. Honeſta figura quae dicitur ἀντίθησις. Donatus.

13. MIHI SUSTULI ɔ: in me ſuſcepi; ſubii. Tranſlatio ab oneribus, vel ſarcinis. Veſterhovius exponit; *Omiſi certum laborem:* & procul dubio errat.

14. Exactas. Donatus,

15. AB EODEM, pro ejuſdem. ſub. Caecilii, Locutione Comica Veſterhov. Idem vir doctiſſimus hic aliquas nectit ambages, quas operae non eſt tranſcribere. Mihi facile intellectu eſt, ideo retuliſſe hiſtrionem Fabulas exactas, ut novas egregii ejus poetae ad diſcendum acciperet; id eſt, ut commodo ſuo conſuleret. nam ſi exactae in perpetuum cecidiſſent, verendum erat omnino, ne, & animus poetae, ad plures Fabulas ſcribendas, & lucrum hiſtrionis, caderet.

Novas, [16] ſtudioſè; ne illum [17] ab ſtudio abducerem.
[18] Perfeci ut ſpectarentur. ubi ſunt cognitae;
[19] Placitae ſunt. ita poetam [20] reſtitui in locum,
Prope jam [21] remotum injuriâ adverſariûm
Ab ſtudio, atque ab labore, atque [22] arte muſica. 15
Quod ſi [23] ſcripturam ſprevisſem [24] in praeſentia,

Et

16. I. e. accuratè, diligenter. * STUDIOSE; NE ILLUM AB STUDIO παρόμοιον. Donatus.

17. AB STUDIO ABDUCEREM dixit ita, uti mox verſu 14. REMOTUM AB STUDIO. & Phorm. Prol. 2. *Retrahere ab ſtudio.* & verſu 18. *Hunc ab ſtudio ſtuduit rejicere.* Unde ſimul adparet *Studium* Terentio κατ' ἐξοχὴν de arte muſica dictum. Veſterhov. ſub. *mea inſcitiâ, ignaviâ*, vel *inertia.* Interpretatio STUDII, quam dat Veſterhovius, nimis eſt ſubtilis, etiam verſui 15. contraria, niſi dicamus auctorem ibi idem bis dicere.

18. Non *Feci* dixit, ſed potius PERFECI: ut molem difficultatis oſtenderet. Donatus.

19. Nota participium ſine origine verbi (Sc. paſſivae Formae.) Idem.

20. Sic Phorm. Prol. 33. (De hiſtrionum grege.)
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum.
And. IV. 1. 58.
Reſtitue, in *quem me accepiſti*, locum.
Ubi *locus* pro ſtatu & conditione accipitur. Plaut. Milite III. 1. 108.
Haud facilè te in eundem *rurſus* reſtitues locum. Veſterhov,

21. REMMOTUM. Geminavit M. ſecundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant. Donatus. REMOTUM. alienatum, averſum, deterritum.

22. Idem *ſtudium muſicum* dixit. Heaut. Prolog. 23. Veſterhov.

Et [25] in deterrendo voluissem operam sumere,
Ut in otio esset potius, quam in negotio:
Deterruissem facile., ne alias scriberet.
Nunc quid petam, meâ causâ, aequô animô attendite. 20
Hecyram ad vos refero, quam mihi [26] per silentium
Numquam agere licitum est. ita eam oppressit [27] calamitas:
Eam calamitatem vostra intelligentia
[28] Sedabit: si erit adjutrix [29] nostrae industriae.
Quum primum eam agere coepi, [30] pugilum gloria, 25

23. Comoedias Caecilii secundum alios: Hecyram, secundum Vesterhovium, qui ait se Donatum sequi.

24. Statim ut a populo ejiciebatur. Donatus.

25. Id deterrendo MSS. magna pars. Et Edit. 1469. Vesterhov. Sic ordo foret; *Id operam sumere voluissem* ɔ: studuissem, *deterrendo*, &c.

26. Cum faventi silentio, audientiâ, spectatorum.

27. Exclusionem vocat *calamitatem*. Vesterhov.

28. Eadem metaphora usus est. Plautus Poen. V. 4. 93.
Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo.
h. e. lenio, abstergo. Idem.

29. VOSTRA INTELLIGENTIA — NOSTRAE INDUSTRIAE. Bene περιφράσει usus est: ne diceret *vos nobis*. Donatus.

30. περίφρασις ἀντὶ τοῦ, pugiles etiam gloriosi: ut minus turpe sit antelatos eos esse. *Pugil* dictus est a pugna, & *pugna* a pugno. Veteres namque ante usum ferri & armorum, pugnis & calcibus, & morsibus, corporumque luctatione certabant. Donatus. Videtur ipsos pugiles, homines liberos, de gloria inter se certantes designare. Vest.

Funambuli eòdem acceſſit [31] exſpectatio.
[32] Comitum conventus, * ſtrepitus, clamor [33] mulierum
Fecere, ut [34] ante tempus exirem foras.
[35] Vetere in nova coepi uti conſuetudine,

[36] In

31. Haec quaſi in παρενθέσει dicta. Dicitur autem EXSPECTATIO de re magna & ſingulari. Phaed. IV. 22. 2.
Eratque in terris maxima exſpectatio.
De monte parturiente. Idem V. 5. 15.
Silentium ipſa fecit exſpectatio.
Nep. Alcib. 6. *Tanta fuit omnium* exſpectatio *viſendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret.* Vesterhov. EXSPECTATIO. Deſiderium. Don.

32. Utrum eos *Comites* dicit, qui ſunt pugilum aſſectatores? an ſervos, qui dominos ſequuntur? Donatus.

* STUDIUM Donatus legit, & exponit, per *Certamen diverſis faventium.* Ejus auctoritatem Fr. Fabritius & quidam alii ſequuntur.

33. Bene MULIERUM, non enim timet eas, quibus ſuffragari vel refragari non licet in theatro. Donatus. An quod tumultuante multitudine magis ſibi metuerent? Non licebat autem mulieribus intereſſe ludis ſcenicis, niſi maritorum, vel quorum in poteſtate erant, permiſſu. Unde, auctore Valerio Maximo, VI. 3. 12. *P. Sempronius Sophus conjugem repudii nota affecit, nihil aliud, quam ſe ignorante ludos auſam ſpectare.* Veſt.

34. Ante Fabulam peractam. Dicimus enim, *Ante tempus, in tempore, poſt tempus,* pro, citius quam oportet, opportunè, ſero. Veſterh. ANTE TEMPUS EXIREM FORAS. τῷ ἐξωθενισμῷ, ne gravem paſſus videatur injuriam. Donat.

35. Senſus eſt, coepi in nova hac Comoedia, nimirum Hecyra, uti vetere conſuetudine, qua olim uſus fueram in Caecilianis Comoediis. Veſterh.

[36] In experiundo ut essem. refero denuò. 30
Primo actu [37] placeo: quum interea rumor venit,
[38] Datum iri gladiatores: populus convolat:
Tumultuantur, clamant, [39] pugnant de loco:
Ego interea meum non potui tutari [40] locum.
Nunc [41] turba nulla est: [42] otium, & silentium
est: 35

R 3 Agendi

36. H. e. Ut experirer denuo, an haec Comoedia esset placitura. Sic, *istic sum* i. e. sum in auscultando, infra I. 2. 39. Heut. V. 2. 30. Vest.

37. PLACEO dixit pro eo quod est; Fabula placet, aut *Terentius*. Et mirè, *non diu*, inquit, *pependit judicium*, *sed statim placuit*, (*placui* corrigit Vesterhov.): ut quod sequitur, non judiciô, sed perturbatione factum sit. Donatus.

38. Hoc abhorret â nostra consuetudine, verumtamen apud antiquos gladiatores in theatro spectabantur. Idem. DATUM IRI. Propriè de ludis & spectaculis. Vesterhov. I. e. Fore (id agi) ut ederetur spectaculum gladiatorium. Constructio haec non est vulgaris. At haud multum abludit hoc Ciceronis de Divin. I. Madefactum iri *minus triginta diebus* Graeciam *sangvine*. Confer. Sanctium in Minerva Lib. III. Cap. XI. Nunc diceremus nos semilatini *Datos fore*, v. *Dandos esse* &c.

39. Quod nimirum in hoc spectaculo omnes promiscuè sederent, quemcunque locum occupâssent; quum in theatro (quando Fabulae agebantur) distincta essent subsellia ordinum. Plaut. Poen. Prol. 19. seqq. Vest.

40. Id est in theatro non potui permanere, vel, meo munere in hac Comoedia agenda perfungi; vel existimationem, quam primo actu mihi, & Fabulae, & poetae, conciliaveram, tueri. Mihi enim dubium non est, quin haec Dilogῶs dicta sint. Donatus observat LOCUM facetè repeti.

41. TURBA, id est θόρυβος. ἀνταπόδοσις πρὸς τὸ (ἀντὶ τοῦ expressit Rob. Ste-

Agendi tempus [43] mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas [44] condecorandi [45] ludos ſcenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos. facite, ut veſtra [47] auctoritas
[48] Meae auctoritati fautrix, adjutrixque ſit. 40
[49] Si nunquam avarè [50] pretium ſtatui arti meae;
Et

Stephanus) *tumultuantur.* Donatus.

42. OTIUM (i. e. pax, quies) πρὸς τὸ *pugnant. Idem.*

43. Ab Aedilibus ſcilicet. Idem. TEMPUS h. l. eſt καιρὸς, εὐκαιρία, opportunitas. Veſt.

44. I. e. Cohoneſtandi praeſentia & favore veſtro, vel potius, ſolemniter concelebrandi: vide mox Veſterhovium.

45. Intelligit feſtum ludorum publicorum, ſeu Megalenſium, de quibus in titulo hujus Fabulae. Veſt.

47. I. e. Veſtrum grave arbitrium, pondus veſtrae approbationis.

48. Quâ *Terentium* probo. Et eſt Figura ἀναλογία. Vult autem ſe eſſe ejus auctoritatis, ut & populo placere jam debeat, qui ipſi placet. Donatus. Oportet autem inſignis fuerit hiſtrio L. Ambivius Turpio, qui tantum in ſe fiduciae ſumſerit. Unde & Heaut. Prol. 13. idem de ſeſe:
Sed hic actor tantum poterit a facundia
Quantum ille potuit cogitare commodè. Veſterhov.

49. Hi tres verſus totidem verbis extant in Prol. Heauton. Oportet ut poetae & hiſtrioni, magnam in iis vim ad impetrandum ineſſe, viſum fuerit. * Cauſam adfert quare auxilium & favorem populi imploret: Eam enim vim habet τὸ SI. Vide And. I. 5. 57. Veſt.

50. Intelligit ὀπτήρια, τουτέστι τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Idem Latinis *Lucar*, Graecis κωλεὶρ dictum, & μιστός. Fuiſſe autem pretium trium obolorum obſervat Bulengerus ex Chryſoſtomo Orat. de Statuîs. Veſterhov.

Et eum quaeſtum, in animum induxi, [51] maximum,
Quam maximè ſervire voſtris commodis:
[52] Sinite impetrare me, qui [53] in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem, 45
Ne eum circumventum [54] iniquè iniqui irrideant.
[55] Mea cauſa cauſam hanc [56] accipite, & date ſi-
lentium,

 Ut

51. MAXIMUM, QUAM MAXIME. (& deinde) INIQUE INIQUI. παρόμοιον. Don.

52. Ordo eſt, *Sinite impetrare me, ne eum circumventum iniquè iniqui irrideant, qui in tutelam meam ſtudium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem.* Don.

53. Meae defenſioni exercitium ſuum poeticum, ſe autem ipſum veſtrae benevolentiae, & patrocinio, concredidit & commendavit.

54. INIQUE INIQUI IRRIDEANT. Solent ita ludere in ſimili vocabulo. Cato Cenſorius apud Gell. X. 3. *Eane fieri* bonis bono *genere gnatis* boni *conſultis?* Plaut. Amph. Prol. 33.

Juſtam *rem & facilem eſſe oratum a vobis volo:*

Nam juſte *ab* juſtis juſtus *ſum orator datus.*

Nam injuſta *ab* juſtis *impetrare non decet:*

Juſta *autem ab* injuſtis *petere inſipientia 'ſt.*

Et. I. 1. 122.

Optumo optume optumam *operam das.*

Capt. IV. 1. 7.

Ita hic me amoenitate amoena amoenus *oneravit dies.*

Cicero pro P. Sext. 27. *Antiochum illum* magnum, majores *noſtri* magna *belli contentione terrâ, marique ſuperatum, intra montem Taurum regnare juſſerunt.* Veſterhov.

55. MEA CAUSA, CAUSAM παρονομασία. MEA CAUSA, CAUSAM HANC ACCIPITE. Hoc oratoriè. Sic enim fit, quum perſona pro perſona ad commendationem affertur. Donatus.

56. H. e. ſuſcipite. Plaut. Moſtell. V. 2. 23.

Accipito *hanc ad te litem.*

Pro-

Ut libeat scribere [57] aliis, mihique ut [58] discere
Novas expediat, posthac [59] pretio emtas meo.

Propriè autem Patroni & Causidici *causam* accipiunt. Vesterhov.

57. Haec vulgata Lectio est. Quidam tamen Codd. ALIAS praeferunt. ut sensus sit: *Ut Terentio libeat deinc alias scribere Fabulas.* Vesterh.

58. Propriè DISCERE; docet enim poeta, discit scenicus. Donat.

59. PRETIO EMTAS MEO. Aestimatione, a me facta, quantum Aediles darent: & proinde me periclitante, si abjectâ Fabulâ, â me pretium, quod poetae numeraverint, repetant. Ergo MEO, a me facto, a me statuto. nam quomodo alibi dixit: *Postquam Aediles emerunt* PRETIO EMTAS MEO. Ut quidam volunt *Periculo*. Donatus. Quis (ita interpretanti) assentiatur Donato? Si enim Aediles semper emerunt Fabulas ab ipso Poeta, si histrio semper statuit pretium quo emerentur, quid necesse fuit addere: PRETIO EMTAS MEO, quum nunquam aliter fieret? Tum quis *aestimationem pretii* ipsum pretium dixerit? Videntur igitur Fabulae aliae ab Aedilibus emtae, aliae ab Histrionibus, atque in his Hecyra. Pareus existimat Aediles a Poeta, Histriones rursus ab Aedilibus emisse Hecyram. Utcunque, liquet saltem, & Histriones quandoque emisse Comoedias. Quanquam Daceria stat pro Donato, τὸ PRETIO non tantum *aestimatione* explicans, sed & *periculo*. Vest.

AC-

ACTUS PRIMI.

SCENA PRIMA.

* PHILOTIS. SYRA.

Ph. [1] PER pol quam paucos [2] reperias meretricibus

Fideles [3] evenire amatores, Syra.

* *Novo genere hic utraque* πρότατικὰ πρόσωπα *inducuntur. Nam & Philotis & Syra non pertinent ad argumentum Fabulae. Hoc autem maluit Terentius, quam aut per Prologum narraret argumentum, aut* θεὸν ἀπὸ μηχανῆς *induceret loqui.* Donatus.

1. Animadvertendum est in hac Fabula, *Terentium*, bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere, ut id exemplis fiat tritius, & usu verisimile. Ordo est, POL, PERQUAM PAUCOS. Nam PER POL non est Latinum. Sed κατὰ τμῆσιν PERQUAM, id est, *nimio.* Donat. Eleganter per Tmesin τὸ PER separatur a suo adjectivo. Sic And. III. 2. 6. Cic. Att. I. 4. *Quod ad me de Hermathena scribis*, per *mihi* gratum *est*. Gell. II. 18. *Phaedon Elidensis ex c. horte illa Socratica fuit; Socratique & Platoni* per *fuit* familiaris. Itidem ab adverbio. Plaut. Cas. II. 6. 18. Per *pol* saepe *peccas*. Vest.

2. REPERIAS. aptum verbum ad raritatem. Et ideo non dixit *pauci sunt*, sed PAUCOS REPERIAS: quasi quaerens. Non autem *reperitur* nisi quod *quaeritur*; non quaeritur nisi quod *praesto non sit*. Donatus. REPERIAS, pro, *reperiat quis*, vel *quae*, *reperire liceat*, v. *contingat*.

3. Mirè, non *Esse*, sed EVENIRE dixit: ut non rationis, sed casus sit id, quod,

[4] Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi!
[5] Quam ſanctè! ut [6] quivis facilè poſſet credere,
Numquam illa viva ducturum uxorem domum. 5
[7] Hem! duxit. *Sy.* [8] Ergo propterea te [9] ſedulò
Et [10] moneo, & hortor, ne cujusquam miſereat [11]:
[12] Quin ſpolies, mutiles, laceres, [13] quemquam nacta ſis.

[14] Utin'

quod rariſſimum eſt. FIDELES. *Fidi*, in maximis: FIDELES, in minoribus negotiis. Donatus.

4. VEL. nunc *veluti*; aut *ut* modò. alias Correptionem ſignificat: ut apud * *Ciceronem*, vel *optimam Meſſanae vitam*. Virgilius (Ecl. VIII. 69.)

Carmina vel *coelo poſſunt deducere lunam*. Donat.

* An e memoria laudavit locum, qui eſt Verr. IV. 2. *Hujus domus eſt* vel optima Meſſanae. Veſt. Autumo VEL apud auctorem ſignificare; *ut alia* exempla, vel, *alios* amatores *taceam*.

5. QUAM SANCTE. Propriè. ſanctum enim eſt jusjurandum. Infra II. 2. 26. & V. 1. 25. Plaut. Ciſtell. II. 3. 25.

Sanctè *adjurabat mibi*.

Major erit emphaſis, ſi intendas & QUOTIES! & QUAM SANCTE! Veſt.

6. UT QUIVIS. Non modo Bacchis, quae amica erat. Donatus.

7. HEM! DUXIT. Pronuntia ut mirantem oſtendas. Hem! adverbium demonſtrantis eſt: ut * *Hem alter*. Donatus. * Videtur reſpicere locum Eun. III. 2. 6. *Hem alterum!* Veſt.

8. Modo ERGO affectum exprimit reprehendentis, tardè ſibi conſentientem. *Virgilius* (Aeneid. II. 707.)

Ergo *age*, *chare pater*, *cervici imponere noſtrae*. Don.

9. SEDULO. inſtanter & ex animo; vel ſine dolo. Donatus.

10. *Monemus*, conſilio, *Hortamur*, impulſu. Don.

11. Deeſt *te*. Idem.

12. QUIN SPOLIES, MUTILES, LACERES.] QUIN, pro *quo minus*. Et magna perſuaſio eſt ad

ma-

[14] Utin' eximium neminem habeam? *Sy.* Neminem:
Nam nemo illorum [15] quisquam, scito, ad te venit, 10

Quin

malefaciendum. *Spoliare* est, non minimam partem auferre. *Mutilare*, aliquid detrahere, sine quo res esse non possit. *Lacerare* autem, quum omnino non habeas, quod imminuas (ↄ: *habeat quis*, sc. violator reliquum, *quod imminuat*, vel, imminuere *possit*.) Don.

13. Alii QUEMQUE. Sic Plaut. Capt. IV. 2. 18. Mss. duo & edit Junt. QUEMQUEM. Sic Plaut. Truc. II. 1. 16.

Meretricem esse similem sentis condecet.
Quemquem *hominem attigerit*, *profectò aut malum aut damnum dari.*

Cl. Graevius QUEMQUE probat. Et sane ita *quandoque* pro *quandocunque* dixit Horatius, Arte 359. Vest.

14. Deest Censes, aut vis, aut mones; ut sit Censes ut eximium neminem habeam? EXIMIUM, separatum ex omnibus. *eximia pecora* dicuntur, quae a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum: ut uberius pascantur. sed propriè *eximii* sunt porci majores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim boves qui ad hoc electi sunt, *egregii* dicuntur: & *oves lectae.* Propriè *eximius porcus* est, exemtus a grege, atque signatus maculâ aut notâ. Donatus. EXIMIUM *inde dici coeptum*, *quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur*, *vel quod primum erat natum.* Festus. Sensus est. Itane amatores *lacerabo*, ut neminem *excipiam*, vel *praecipuum*, *praeter alios charum*, *habeam?* Si verba propriè sumuntur, ridiculum inest, & meretrix de amasiis loquitur, tanquam pecudibus.

15. παρέλκον tertium, nam abundat QUISQUAM. Benè additum est SCITO: & moraliter, & acutius pronunciandum. est enim verbum illorum, qui familiares corrigunt. Donatus.

Quin ita [16] paret se, [17] abs te ut blanditiis suis,
Quam minimo pretio suam [18] voluptatem expleat.
[19] Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?
Ph Tamen pol [20] eandem injurium est esse omnibus.
Sy Injurium [21] autem est ulcisci [22] adversarios? 15
Aut qua via te [23] captent, eadem ipsos capi?

[24] Eheu

16. Sic Eun. II. 2. 9. Vest. id est, constituat, propositum sibi habeat, ita instituat rationes suas.

17. ABS TE. pro *ex te*. Donat.

18. SUAM VOLUPTATEM EXPLEAT. Sic And. I. 2. 17. Propriè autem *voluptas* de συνουσιασμῷ. Plaut. Truc. II. 6. 38.
vim magni doloris per voluptatem *tuam*
Condidisti in corpus.
(Sermo ibi est de doloribus puerperae.) Vesterh.

19. HISCINE ἐρώτησις, id est talibus. Donat.

20. I. e. aequaliter me affectam esse erga omnes, eodem modo omnes tractare, iniquum est.

21. AUTEM hic significationem habet indignantis & vim adverbii, ut doctè adnotavit Minellius.

22. De more ADVERSARIOS mutato nomine posuit. durum enim fuerat, si *amatores* diceret. Don.

23. Studeant decipere. * Locutio translata est, a gladiatoribus, eorumque disciplina, quum alter alteri insidiatur, ad ictum inferendum. quod Plauto familiare Sic Mostell. V. 1. 22.
Doctè atque astutè mihi captandum est cum illoc
(at Heinsius aliter legit; cujus tamen levis hic est auctoritas, ut qui Plauti genium neutiquam possedisse videatur.) Sed & *Captandi* vox Ictis propria, de heredipetis, qui observantia & donis colunt divites senes & orbos, ita hereditates & legata ambientes. Martial. VI. 63.
Scis te captari: *scis hunc, qui* captat *avarum*
Et scis, qui captat, *quid, Mariane, velit.* Vest.

[24] Eheu me miseram! [25] cur non aut istaec mihi
Aetas & forma est, aut tibi [26] haec sententia.

24. EHEU ME MISERAM! Benè, quia non persuasit: sed affectum doloris expressit. Donat.

25. Horat. Carm. IV. 10. 7.
Quae mens est hodiè, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?
Auson. Epigr. XIII. 5.
Nunc piget: & quereris, quod non aut ista voluntas
Tunc fuit, aut non est, nunc ea forma tibi. Vest.
Mirè è contrario descripta est deformitas lenae, & formam & voluntatem malam gerentis. Donat. ISTAEC, id est, *tua* vel *tuae similis.*

26. Haec. δεικτικῶς, i. e. mea.

ACTUS PRIMI
SCENA SECUNDA.
PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

Pa. [1] SENEX si quaeret me, modò isse dicito
[2] Ad portum, [3] percontatum adventum [4] Pamphili.
[5] Audin'

1. Intelligit Lachetem, Pamphili patrem, herum suum. Vest.

2. De Pyraeeo Atheniensium portu vide ad Eun. III. 4. 1. Vest.

3. Et PERCUNCTATUM, & PERCONTATUM scribitur. sed PERCONTATUM a *conto* dicitur, quo nautae utuntur ad exploranda loca navibus opportuna. si vero PERCUNCTATUM, ab eo quod a *cunctis* perquiratur, dicitur. Donatus.

4. A Lachete patre in Imbrum missi ad petendam hereditatem. Infra vers. 96.
Dixit

[5] Audin', quid dicam', Scirte? si quaeret me, uti
Tum dicas: si non quaeret, [6] nullus dixeris:
Aliàs ut uti possim [7] causa hac integra. 5
[8] Sed videon' ego Philotium? unde haec advenit?
Philotis, salve multum. *Ph.* O salve Parmeno.
Sy. [9] Salve mecastor, Parmeno. *Pa.* Et tu aedepol
Syra.

[10] Dic

Dixit autem ADVENTUM pro reditu. Sic *venire* pro redire. Plaut. Curc. III. 67. Pseud. II. 2. 65. Vest.

5. *Audis:* modò, sentis, intelligis, ut *Virgilius* (Aen. I. 23.)
Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci
Audierat. Item alibi (Georg. I. 514.
neque audit currus habenas.

AUDIN' QUID DICAM SCIRTE? *Audis*, modò pro advertis. SCIRTE. Convenit nomen servo puero. παρὰ τὸ σκιρτᾶν, quod est gestire & ludere. Donat.

6. Familiare est Plauto NULLUS pro, *non*. Unde Charisius adverbium h. l. vocat. Sed & ita Cicero. Sic And. II. 2. 33. Vest.

7. Praetextum intelligit & πρόφασιν, Plaut. Asin. IV. 1. 24.
Nolo habere illam causam, & votitam dicere.

H. e. Nolo illam habere hunc praetextum, ut dicat, se religione prohibitam. Vesterhov. INTEGRA, novâ, intactâ, antè non adhibitâ.

8. Mira inventa est causa narrandi ideo, quia peregre venit meretrix, alioquin si Athenis esset, omnia sciret.. SED VIDEON' EGO PHILOTIUM. Sic solet dubitari (solent dubitare), advenientibus ipsis, quos post multum temporis intervallum vident. HAEC, cum quodam contemtu dicit Parmeno. Donat.

9. SALVE MECASTOR. Olim salutantes addebant jusjurandum, ut hoc sedulo facere viderentur. Donatus.

[10] Dic mihi, Philotis, ubi te [11] oblectasti tamdiu?
Ph. Minime equidem [12] me oblectavi, quae cum milite 10
[13] Corinthum hinc sum profecta [14] inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum [15] misera illum tuli.
Pa. Aedepol te desiderium Athenarum arbitror,
Philotium [16] cepisse saepe: & te tuum
[17] Consilium contemsisse. *Ph.* Non dici potest, 15
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine

[18] Agi-

10. DIC MIHI, PHILOTIS curiose interrogat. Sic Graeci εἰπέ μοι. Vide ad And. IV. 1. 44. & Taubmannum ad Virg. Ecl. III. 1. Vest.

11. Facete dictum meretrici: non, *ubi* fuisti? sed, UBI TE OBLECTASTI? Donat.

12. ME, acutius proferendum est: & respondet πρὸς τὸ TE. Idem.

13. Jam olim Scortorum numero infamis fuit Corinthus. Vide Lucian. in Ἑταίραις, & Erasm. Adag. *Non cuivis hominum contingit adire Corinthum.* V.

14. Quid potuit de milite dici, nisi in superlativo? namque omnis miles inhumanus: hic vero *inhumanissimus.* Donat.

15. Muliebris interpositio τὸ *misera.* ILLUM TULI. Non cum illo fui, sed TULI, adeo non ME OBLECTAVI. Donat. TULI|ILLUM. id est mores ejus insuaves tolerare coacta sum. * TULI. Sic infra IV. 3. 4. Vest.

16. Ridicule combinat voces similis soni, CEPISSE SAEPE. Dicitur & *Capio desiderium*, & *Capit me desiderium*, pro, *desiderio afficior.*

17. Poenitudine esse possessam. Donat. *Poenituisse, te esse profectam*, corrigit Vesterh. CONTEMSISSE. improbasse, repudiasse.

[18] Agitarem libere inter vos convivium.
Nam illic haud licebat, nisi [19] praefinito loqui,
Quae illi placerent. *Pa.* [20] haud opinor, [21] commode 20
Finem statuisse orationi [22] militem.

Ph.

18. Inter *Agere* & *agitare* hoc interest; quod *agere* est aliquid (*serium*) vel necessarium facere: *Agitare*, voluptarium. Donat. *Vivere*, & *victus*, & *victitare* epulis & comessationibus affinia sunt. Sic Eun. V. 9. 44. Plaut. Asin. V. 1. 7. *hoc* agitemus convivium *Vino & sermone suavi*. Vest.

19. ὡρισμένως. Ut quasi fines & termini ponerentur, quousque liceret loqui, quae vellem (imo, quae vellet miles,) Vesterhovius. Duo dixit, & PRAEFINITO, & QUAE ILLI PLACERENT: ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres. Donat. Hic vero auctor obliquè notat loquacitatem mulierum. Nullo enim alio argumento inhumanitatem militis ostendit meretricula, quam hôc, quod sermoni suo modum posuisset; quasi id illi maximè doluerit, eôque gravius nihil accidere possit mulieri.

20. And. I. 1. 24. Jocum captat servus ex ambiguitate verborum meretriculae, quasi illa conquesta fuisset, sibi quasi discipulae rhetoris cujusdam non licuisse, nisi ad legem & regulam, seu ad amussim praeceptorum rhetoricorum loqui; quam regulam non commodè praescripserit rudis miles, & ipse praeceptorum artis oratoriae non satis gnarus. Certè στρατιωτικὴ ἀλογία de homine nec diserto nec intelligente usurpatur. Vest.

21. COMMODE pro *blandè*, & *benè*. Donat. vel, *apte*, *scitè*, *doctè*, ex mente Vesterhovii; tangit auctor & mores importunos, & inscitiam militum.

22. *Miles* absolutè hic, & semper apud Comicos, quando pro uno homine sumitur, non autem exercitu, significat *praefectum militum*, sive superioris, sive inferioris dignitatis, non vero *mi-*

Ph. Sed quid hoc [23] negoti est, modo [24] quae narravit mihi
Hic intus Bacchis? [25] quod ego nunquam credidi
Fore, ut hac ille viva posset animum inducere [26]
Uxorem habere. *Pa.* Habere [27] autem? *Ph.* Eho tu, anne non habet? 25
Pa. Habet: sed [28] firmae hae vereor [29] ut sint nuptiae
Ph Ita Di Deaeque faxint [30] si [31] in rem est Bacchidis.
Sed [32] qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.
Pa. [33] Non est opus prolato: hoc percontarier

Desiste.

militem gregarium. Hoc in gratiam puerorum semel adnotâsse licuerit.

23. Bene addidit NEGOTI, ut augeret invidiam facti. Nam potuit dicere, *quid hoc est?* Sed, ut diximus, ad invidiam & magnitudinem rei. Donanatus. Sic Adelph. IV. 5. 73. Vest.

24. QUAE, qualia scilicet, & quanta. Don.

25. Hoc totum cum invidia pronuntiandum est, ex animo meretricis, quae facinus indignum nuptias putat. Donat.

26. Quasi in rem duram & immanem. Donat.

27. AUTEM hic indignantis, vel corrigentis significationem habet. q. d. Quid tu dicis illum (Pamphilum) habere uxorem? propè est, ut non habeat.

28. Stabiles, ratae.

29. UT, ne non. Don.

30. Sc *ut infirmae sint* nuptiae Pamphili.

31. IN REM. pro, utilitatem: AB RE, contra utilitatem. Donat.

32. QUI. Quô pactô, qua ex ratione.

33. Non licet mihi id revelare, vel, indicare. * Sic mox versu 32.&78.Adelph. III. 2. 39. & 41. Heaut. V. 2. 41. Vest.

Desiste. *Ph.* Nempe ea causa [34], ut ne id fiat palam. 30
Ita me Di [35] amabunt, haud propterea te rogo,
Ut hoc [36] proferam: sed ut [37] tacita mecum gaudeam.
Pa. Numquam dices tam [38] commode: ut [39] tergum meum
Tuam in fidem committam. *Ph.* [40] Ah! noli, Parmeno.

[41] Quasi

34. Sub. *Non opus est prolato*, sc. ideo, ne &c.

35. Pro *ament*. Donat. Modus jurandi.

36. Prodam, Bacchidi scilicet, vel cuilibet. Don.

37. Taciturnitatis major est affectus (Sc. in gaudio, & tristitia), teste Servio ad Virg. Aen. I. 502. (corr. 506.)
Latonae tacitum pertentant gaudia pectus. Vesterh.
Ut tacitam apud me voluptatem sentiam, in sinu gaudeam. * MECUM. intra me. Virgil. (Aen. I. 41.)
Haec secum. Donat.

38. Verecundè, modestè, decenter, ex mente Vesterhovi; qui ex Nepote in Praefat. allegat, *Commodè saltare*. blandè, ex mente Donati ad vers. 20. * NUNQUAM DICES TAM COMMODE. Haec pronuntiatio ejusmodi esse debet, ut ex ea appareat propè delinitum Parmenonem, vix se posse continere, quin narret. Donatus.

39. Vernili oratione utitur, est enim, UT TERGUM MEUM TUAM IN FIDEM COMMITTAM, *ut, si tu fidem fallas, ego plectar pendens*; quando TERGUM maximè in discrimen veniebat. Heaut. IV. 4. 6. Unde Milphio servus apud Plautum, Poen. I. 2. 186.
quasi ostreatum tergum ulceribus gestito. Vest.

40. AH! NOLI, PARMENO. Artificiosè se fingit dire nolle, ut taciturna credatur, si audierit: quia curiositas signum est loquacitatis. Sic Horat. (Epist. I. 18. 69.)
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est. Don.

Laudat

[41] Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi, 35
Quam ego, quae percontor, scire. *Pa.* [42] Vera
 haec praedicat:
Et illud mihi vitium 'st maximum. si mihi [43] fidem
Das, te taciturum, dicam. *Ph.* [44] Ad ingenium
 redis.
Fidem do: loquere. *Pa.* Ausculta. *Ph.* [45] Istic
 sum. *Pa.* Hanc Bacchidem

S 2 Amabat,

Laudat Guyetum Boeclerus, *verbo & clarè explicantem haec verba*, quasi dicat Philotis, sed εἰρωνικῶς, *Noli committere tergum tuum in meam fidem.* Neque Donati artificium satis perspicio, quod laudat Dacieria. Aliter mihi videtur, atque hic sensus esse verborum Philotii, AH! NOLI *de mea fide, tuo vero tergo sollicitus esse, vel saltem id simulare.* Hunc enim sensum postulant, quae continuô sequuntur. Vesterhov. Mihi Donati interpretatio placet; Nec illi obstant sequentia, quae magis sunt *irridentis*, vel *exprobrantis*, quam *percontantis.*

41. Deest, *ita gravaris dicere*, aut, *ita negas te esse locuturum.* Donat.

42. Haec Servus ad Spectatores conversus dicit, quasi non audiente Philotio. Vesterh.

43. I. e. Sanctè promittis. Hoc clarè dicit. * Animadverte his dilationibus etiam spectatorem suspendi, quo libentius audiat. Don.

44. Quia a se discesserat, si taceret. *Cicero*, *Redit ad se.* Donat. H. e. ad naturalem garrulitatem. Festivius erit, si cum Codicibus quibusdam legas, AD INGENIUM REDIT. ut itidem ad spectatores conversa Philotium haec dicat. q. d. *Dixine, ita esse futurum, ut mihi narraret, quae percontor; quoniam nihil continere potest.* Vesterh.

45. ɔ: ut operam tibi dem, auscultem. * Sic Prol. 30. Heaut. III. 1. 63. Vest.

Amabat, [46] ut cum maxume, tum Pamphilus, 40
Quum pater, uxorem ut ducat, [47] orare occipit:
Et haec, [48] communia omnium quae sunt patrum,
[49] Sese senem esse, dicere: illum autem unicum:
[50] Praesidium velle se senectuti suae.
Ille primo se [51] negare. sed postquam acrius 45
Pater instat, fecit [52] animi ut incertus foret;
[53] Pudorin', anne amori obsequeretur magis.

[54] Tun-

46. Ordo & sensus est. *Hinc Bacchidem tum amabat Pamphilus, ut cum maxume amabat, quum pater* &c. Donat. De hac locutione vide ad Adelph. IV. 1. 2. Vesterh.

47. ORARE. Maxima necessitas orans pater. Don.

48. Quae a patribus communiter dici solent.

49. Omnem causam adolescentis senex amputavit, pro suo senili commodo rogans. Donat.

50. Lenimen, auxilium: Nam liberi sunt patri senio confecto, novum robur, & velut baculi senectutis, quibus innitatur, & gressus firmet: πᾶῖδες γὰρ γηράσκοντι νέον σθένος υἱέες εἰσιν. Haec scitè Minellius.

51. Sub. *ducturum uxorem.*

52. Urgendo id tantum profecit, ut filius dubius redderetur, quid facto sibi opus foret.

53. PUDORIN', ANNE AMORI. Solent haec sibi invicem opponi in amantibus. *Pudor* reverentiam filii erga patrem propriè notat. Sic And. I. 5. 26. Adelph I. 1. 32. Quanquam & latius patet. Cic. Fam. XVI. 9. ad Tironem. *Quum pudori tuo maluisti obsequi, quam* valetudini. Unde quod h.l. PUDORIN', ANNE AMORI OBSEQUERETUR MAGIS, dubitavit, infra III. 4. 34. decernit
Nam me parenti potius quam amori obsequi
Oportet.
Ovid. Metam. I. 618. Pudor *est qui suadeat illinc: hinc dissuadet* amor. Vest.

[54] Tundendo atque odio denique [55] effecit ſenex:
Deſpondit ei gnatam [56] hujus vicini proxumi.
[57] Usque illud viſum eſt Pamphilo [58] neutiquam grave, 50
Donec jam in ipſis nuptiis [59]. poſtquam videt
* Paratas: nec moram ullam, quin ducat, dari:

S 3 Ibi

54. *Tundere* eſt ſaepius idem repetere: tranſlatio a fabrorum malleo. ODIO. Aſſiduitate, inſtantia. Attendenda eſt difficultas uniuſcujusque verbi. DENIQUE temporis longitudinem ſignificat. *Efficimus* quod cum magno conatu & molimine facimus, vixque per nos finem accipit Donatus. TUNDENDO ATQUE ODIO. ἓν διὰ δυοῖν, pro, odioſè tundendo & inſtando. Suet. Veſp. 2. *Ea demum* extudit, *magis convicio quam precibus vel auctoritate.* Veſterh.

55. Sub. *id quod voluit;* vel, *ut obſequeretur ſibi filius.*

56. δεικτικῶς haec pronuntiat, Phidippi aedes indigitans. Veſt.

57. Pro, *usque eò*, aut *hactenus.* vel refer ad DONEC, initiò verſ. ſequentis.

58. Non nimis. Donatus.

59. Deeſt *poſitus conſtitutusque ita doluit*, & *aegre tulit*. Donatus. DONEC JAM IN IPSIS NUPTIIS. Diſtinctionem maximam poſui poſt haec verba. Subauditur autem, *Viſum illud eſt graviſſimum.* Sic Virg. Aen. II. 100.

Donec Calchante miniſtro.

Dixit vero IN IPSIS NUPTIIS, pro, ipſo nuptiarum die, ſeu deductione ſponſae jamjam futura; vel, ſi mavis, Parmenonis verbis, POSTQUAM VIDET PARATAS, NEC MORAM ULLAM, QUIN DUCAT, DARI. Fere eodem ſenſu quo Nepos Milt. 7. *Quum jam* in *eo eſſet, ut oppido potiretur.* Veſterh.

* PARATAS Sic And. II. 2. 4. Idem.

Ibi demum ita aegre tulit, ut [60] ipſam Bacchidem,
Si adeſſet, credo, [61] ibi ejus commiſereſceret.
Ubicunque datum erat [62] ſpatium ſolitudinis, 55
Ut colloqui mecum [63] una poſſet: [64] Parmeno,
Perii! quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, [65] Parmeno. perii miſer!
Ph. [66] At te Dî, Deaeque perduint, cum iſtoc [67] odio! Laches
Pa. Ut [68] ad pauca redeam, uxorem deducit domum. 60

Nocte

60. IPSAM BACCHIDEM — COMMISERESCERET. Hoc ὑπερβολικῶς ut *Virgilius.* (Aen. II. 6.)
quis talia fando,
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſei,
Temperet a lacrymis? Don. Emphaſis omnis eſt in nomine Bacchidis, quia diſciplina eſt meretricibus, *ne cujusquam misereant.* Supra I, 1. 7. Simile loquendi genus eſt apud Pacuvium, Duloreſte:
Si. Priamus adeſſet, & ipſe ejus commiſereſceret. Veſt.

61. IBI, pro *Tum.* Donatus.

62. Locus ſolitarius, ſecretus. * Facultas habendi me ſolum. Sic infra III. 3. 14. Veſt.

63. Pro, *ſolo.* Antimeria.

64. Mirè interpoſuit nomen, ut affectum doloris oſtenderet. Sic Virgilius (Aen. IV. 20.)
Anna, fatebor enim. Don.
Eſt h. l. μιμησις verborum Pamphili. Veſt.

65. ἐν ἤθει repetit nomen. Donatus.

66. Obtinuit & perſuaſit ſervus. nam jam meretrix ſeni iraſcitur, non Pamphilo. Idem. Elegantiam & artificium aperit Donatus, quo magis inficetè Guyetus verſum hunc expungit. Veſt.

67. Inſtantia ac moleſtia. Donatus. Odioſa ac moleſta inſtantiâ. Vide Adelph. IV. 6. 1. Veſt.

68. I. e. Rem paucis complectar; ſeu ad pauca verba

Nocte illa prima [69] virginem non attigit.
Quae consecuta est nox, [70] eam nihilo magis.
Ph. Quid ais! cum virgine [71] una adolescens [72] cubuerit
[73] Plus potus, [74] illa se abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror. 65
Pa. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi [75] cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
Ph. Quid deinde fit? *Pa.* Diebus sanè pauculis

S 4 Post,

verba redigam narrationem. * Sic Phorm. IV. 3. 43. Vesterh.

69. Quasi dicat, plenâ amoris & plena dulcedinis. ut mirum sit, quod infertur, *Non tactam virginem.* Donatus.

70. Subaud. *hac.* & fine versus, *attigit.*

71. UNA, id est, simul uno loco. Donatus.

72. Adelph. V. 3. 65. Plaut. Amph. II. 2. 103. *Immo mecum coenavisti, & mecum cubuisti.*
Curc. I. 1. 57.
At ista est pudica, neque dum cubitat cum viris. Vest.

73. Majorem in modum inebriatus. Sic Heaut. II. 1. 8. Plautus pro hoc utitur *adpotus*, & *adpotus probè.* Amph. I. 1. 126. Curc. II. 3. 35. Rud. II. 7. 8. Allegante Vesterhovio.

74. Sic infra III. 3. 51. Caeteroquin *abstinentia* & *continentia* ita differunt, ut illa notet virtutem, qua quis habens occasionem locupletandi se ex publico, vel de alieno, ea tamen non utitur contra jus & fas. Unde passim potentibus tribuitur. Suet. Caes. 54. Oth. 3. Domit. 9. & 10. Haec vero qua quis continet suos affectus in amoribus & libidine. Versum hunc ita laudat Priscianus Grammat. Lib. XI. Turpilius, Pedio:
Ut ille hac sese abstineret, ego supersederem nuptiis.
Vesterhov.

75. Cupidus amator, seu, consuetudinis tuae cupidus.

Post, Pamphilus me solum [76] seducit foras:
Narratque ut virgo [77] ab se integra etiam tum fiet: 70
Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum,
Sperasse, eas [78] tolerare posse nuptias:
[79] Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam [80] ludibrio haberi, Parmeno,

[81] Quin

76. Ne testis quisquam & arbiter secretorum interveniat. Familiaris in servis jactantia de dominorum familiaritate. Donatus. Naevius, Praecone:

Ergo dedita onera, te, pater, solum foras
Seduxi.

Haec propria & vera *seducendi* notio. Plaut Asin. II. 2. 95.

Nam me hodie senex seduxit solum, *seorsum ab aedibus.* Curc. II. 3. 60.
Prebendit dextram, seducit. Phaed. III. 10. 11.
Seductus *in secretum.* Vest.

77. Plaut. Curc. I. 1. 51.
Tam a me pudica est, *quasi soror mea* sit: *nisi*
Si est osculando quisquam impudicior.
Eandem Lucilius *signatam virginem* dixit, quasi illaesam, inviolatam. Vest.

78. TOLERARE, verbum est malè patientis. Donatus.

79. SED QUAM DECRERIM. Quatuor hi versus mimesin verborum Pamphili continent; ex ejus enim persona loquitur servus. Vesterhov. DECRERIM. animum induxerim, existimarim. Vide infra IV. 1. 27. Heaut. I. 1. 95. V. 1. 67.

80. Honesto verbo & pudoris pleno usus est: & novè pro vitiari. Donatus. Ejus pudori illudere vitiô. Benè explicat Donatus. Idem Graecis est ἐντρυφᾷν, ὑβρίζειν, ἐμπαίζειν, καταπαίζειν. Sic Noster Phorm. II. 3. 66. Et Latini passim turpitudinis sensu *Ludibrio habere, illudere, ludificari, feminarum capitibus illudere,* dixerunt. Vest.

[81] Quin integram itidem reddam, ut accepi ab suis, 75
Neque [82] honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.
Ph. [83] Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Pa. [84] Hoc ego proferre, incommodum mihi [85] esse arbitror:
Reddi patri autem, cui [86] tu nihil dicas [87] vitii,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit, 80
Non posse se mecum esse, abituram denique.
Ph. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Pa.* Cotidie.
Sed, ut fit, [88] postquam hunc [89] alienum a sese videt,

81. QUIN. quo minus. Donatus.

82. Decens, decorum. And. I. 1. 114. Hec. III. 3. 34. Vest.

83. An simul erga virginem & PIUM & PUDICUM? an PIUM erga meretricem, PUDICUM erga virginem? Donatus.

84. Amorem scilicet meretricis. Verba Pamphili sunt. Idem.

85. Ob rumorem sinistrum, & iram patris. Vest.

86. TU ɔ: ego maritus, qui repudio, *nihil dicam* &c. vel TU DICAS, pro *dicatur*, Enallage.

87. Nunc VITII, culpae uxoriae. Donatus. Sensus est: Quam nullius vitii insimules. Plaut. Asin. V. 2. 48.

faxo, ut scias,
Quid pericli sit, dotatae uxori vitium dicere.

Sic in Glossis Philoxeni *καταγινώσκω τοῦ κλέπτου*, *vitium furi dico*, est, furti insimulo. Vest.

88. POSTQUAM VIDET. Nota *Postquam* indicativo junctum. Ita Salust. Catil. 57. *Catilina* postquam videt, *montibus atque copiis hostium sese clausum*. Vest.

89. I. e. alienatum; ut qui uxorem duxisset.

[90] Maligna multo, & magis [91] procax. facta ilico est.
Ph. Non aedepol mirum. *Pa.* Atqui ea res multo maxime 85
Disjunxit illum ab illa: postquam & ipse se,
Et [92] illam, & hanc, quae domi erat, cognovit satis,
[93] Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
[94] Pudens, modesta: incommoda atque injurias 90
Viri

90. Praeparatio Poëtae ad mores Bacchidis insinuandos, & ad jurisjurandi praestationem, quam facit in fine Comoediae. Vesterh. MALIGNA, difficilis ac superba. Donatus. MULTO insolitè additur positivo: potest vero huc revocari τὸ MAGIS; ut sit; *Multo magis maligna, & magis procax.*

91. PROCAX.] Dispolistrix & petax. * *Procare* enim est petere. *Virgilius.* (Aen. I. 536.) *Procacibus austris.* id est, impudentibus. nam qui multum petit impudens est & PROCAX. Unde & *Proci* dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. Donatus. * Vide ad Heaut. II. I. 15. Vesterhov.

92. ILLAM.] meretricem malam. HANC, QUAE DOMI ERAT.] uxorem modestam. COGNOVIT. Diligentius & attentius consideravit. nam *Cognoscere*, est diligenter & attente considerare. Donatus.

93. AD EXEMPLUM. Quasi ad imaginem, & collationem, & speciem comparationis. EXISTIMANS. intelligens. Donatus. Metrum AESTIMANS poscit. Et solent haec verba passim inter se commutari. Locutio est elegans, licet rarior. q. d. mores utriusque ex comparatione mutua aestimans, & de utrisque ex hac comparatione judicans. Vest.

94. Haec contra vitia meretricis posuit. PUDENS haec, illa PROCAX: MODESTA haec, illa MALIGNA. reliqua vero super adduntur ornamenta uxoris

Viri omnes ferre, & [95] tegere [96] contumelias.
[97] Hic, animus partim uxoris [98] misericordia
[99] Devinctus, partim victus hujus [100] injuriis,
Paullatim [101] elapsu'. est Bacchidi: atque [102] huc transtulit

Amorem,

ris (Codd. veter. *uxoria*), matronaeque laudes. Callidè, laudata uxore, non repetit vitia meretricis apud meretricem; & simul contentus de uxoris laudibus, vitia meretricis intelligit. Donatus.

95. Plus dixit TEGERE, quam celare. TEGERE enim ad hoc dixit: ut non solum cuiquam non ediceret, sed & (allaboreret) ne quis sciret. Donatus.

96. Nempe eas, quibus a viro, meretricem amante adficiebatur: vel, absolutè, probrosos viri amores.

97. HIC, pro *Tum. Virgilius.* (Aen. XI. 246.)
Hic annis gravis, atque animi maturus Aletes.
ANIMUS. Oratorie. Non enim Pamphilum dixit, sed animum Pamphili. Don.

98. I. e. erga uxorem. * Rectè, quia ex misericordia amor nascitur. Don.

99. Sc. uxori, i. e. conciliatus, conjunctus.

100. Intelliguntur injuriae Pamphilo a Bacchide ortae. Vesterh.

101. Subduxit se Bacchidi. Vesterhov. Possit videri Hypallage, pro, *Bacchis elapsa est animo.* Illud tamen praeferendum, quod innuat, animum amantis Pamphili, quasi in vinculis apud meretricem fuisse.

102. HUC, in, vel, ad hanc. * Sic infra III. 1. 17.
Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum
Vixque huc contuleram.
Heaut. II. 4. 10.
Illi suum animum aliò conferunt.
Gellius VII. 11. ex Ciceronis secunda Antoniana laudat haec: *Caput autem literarum hoc erat; sibi cum illa mima posthac nihil futurum: omnem se amorem abjecisse illius, atque in hanc transfudisse.* Vesterh.

Amorem, postquam [103] par ingenium nactus est. 95
Interea in [104] Imbro moritur cognatus [105] senex
Horunc. ea ad hos redibat [106] lege haereditas.
Eo [107] amantem invitum Pamphilum [108] extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem. [109] nam senex
[110] Rus abdidit se. huc raro in urbem [111] commeat. 100

Ph.

103. PAR INGENIUM. Aut sibi par,* aut uxori: id est liberali foeminae. PAR INGENIUM, eandem voluntatem. *Sallustius* (Catil. 20.) *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Donatus. De Pamphili ingenio vide supra versu 77. de Philumenae 89. 90. Vest.

104. Imbrus insula est juxta Thraciam. Vest.

105. Bene, quod ait SENEX: nam acerbum funus non conveniebat Fabulae. In Comoediis itaque apud Terentium, aut meretrix molesta*, aut ** ex duabus una uxor moritur, aut senex. Ita ex hujusmodi mortibus vel incommodum vitatur, vel lucrum insuper nascitur, ut non sit causa lugendi. Donatus. * Exemplo est Chrysis And. I. 1. 78. ** Phorm. V. 8. 30. Vesterhov.

106. Verbo juris usus est: ea enim legitima est haereditas, quae familiae debebatur. Donat. Sic And. IV. 5. 4. Vest.

107. AMANTEM. Modò jam uxorem: non enim amicam. Donatus.

108. Propriè *extrudere* dicitur qui manibus expellit. Sed hic translatione usus est, ut ostenderet, tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. EXTRUDIT. verbum necessitatis & aptum importunitati. Don.

109. Donatus affirmat NAM hic esse particulam inceptivam: Sed potest suô sensu vulgari accipi, quod ex contextu liquet.

110. In agros, operandi gratia, se contulit, seorsum ab hominum consortio.

111. *Commeare* est abesse inde ubi te esse oporteat. Ergo

Ph. [112] Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
Pa. [113] Nunc audies. primo dies complusculos
Bene conveniebat [114] sane inter eas. [115] interim
Miris modis odisse coepit Sostratam:
Neque [116] lites ullae inter eas, [117] postulatio 105
Num-

go hoc dicto ostendit, quam raro ad urbem veniat senex. quippe *Commeatus* est ex aliqua commoratione temporalis abscessus. Donatus. Hanc notionem τȣ *commeare* debuerat exemplis adstruere, nam vereor ut vera sit. Minellius exponit; *redit*, *confert se*, & ex Cicerone (locum pro solenni suo negligens) hoc allegat; *Crebrò enim illius literae ab aliis ad nos* commeant, id est, redeunt & redduntur. „ Probandum adhuc videtur, quod *Commeare* significet *redire*.

112. Bene usque adhuc suspensa narratio est. Et in hac interrogatione quasi substomachatur Philotis decepta, quod nihil videat infirmitatis in nuptiis, quod optaverat. QUID ADHUC HABENT? Hoc tristior meretrix dicit. Donatus.

113. Sic ait, quasi jamdudum audire cupienti. vel quasi ad molestam percontatricem. Don.

114. SANE, validè, quia qui sanus, idem & validus. Donatus. quasi dicat, *valde benè*, *optimè*. * CONVENIEBAT — INTER EAS. Plaut. Trin. III. I. 22.
Nescio quid non satis inter eos convenit. Vest.

115. INTERIM. Modò repente. INTERIM MIRIS MODIS. Mirè ad finem Comoediae rerum explanatio reservatur. namque si quaeras (i. e. *examines*), fallitur Parmeno, quum non odio socrus, sed pudore, simultatem adversus socrum Philumena simulaverit. Donatus. Hanc annotationem non pigebit saepe in sequentibus attendisse, multam enim lucem fabulae affundit.

116. Deest *tamen*; imo nihil deest: nam hic explicat, quod dixerat, ODISSE MIRIS MODIS; quippe

Numquam. *Ph.* Quid igitur? *Pa.* Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, [118] fugere e conspectu ilico:
[119] Videre nolle. denique, ubi non quit [120] pati,
Simulat

pe mira res est, odium muliebre, sine jurgio.

117. Expostulatio, querela, jurgium. Plaut. Bacchid. III. 3. 45.:

Acris postulatio *haec est*, *cum bujus dicta intelligo.*

Et *Postulare* pro expostulare. Mil. II. 6. 34.

ut nesciam,
Utrumne postulare *prius tecum aequum siet*,
An me expurgare. Vest.

POSTULATIO. querela, & quasi justa interpositio querelarum. Don.

118. Mirum, quum Sostrata & Philumena essent in unis aedibus. Non mansit igitur in gynaeceo Philumena; sed ex conclavi in conclave sese proripuit, celatura instantem partem (l. partum). Vest.

119. VIDERE NOLLE. Ignorantia Parmenonis apparet, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque videri vellet, neque videre. Donat. Haec si cohaerent superioribus, FUGERE E CONSPECTU, omnino legendum videtur, VIDERI NOLLE. Si vero VIDERE defendimus, sermo ita ordinandus videtur. *Si quando Sostrata accesserat ad Philumenam confabulatum, haec fugere e conspectu. si quando Philumena arcesseretur ad Sostratam confabulatum videre nolle. Denique ubi non quit pati* vel invisentem vel arcessentem socrum, *simulat se ad matrem arcessi.* Quo sensu VIDERE notat invisere. Vest.

120. PATI. & sustinere & sustineri (tolerare & tolerari): intelligi potest hoc loco, quia *Patior* commune est. nam *patior te*, & *a te*, dicimus. Donatus. Haec explicatio, propter auctoritatem Donati, attendenda, non vero praecise damnanda est, quod facit Minellius: Qui, & secutus eum Vesterhovius, PATI hic per durare, καρτερεῖν, exponunt. Vesterhovius advocat, Eun. I. 1. 9.
Ferre

Simulat se a matre arcessi ad [121] rem divinam. abiit.
Ubi ibi [122] est dies complures, arcessi jubet [123] 110
Dixere [124] caussam tunc, nescio quam. iterum jubet.
* Nemo remisit. postquam arcessunt [125] saepius,
** Aegram esse simulant mulierem. nostra ilico
[126]It visere ad eam. [127] admisit nemo. hoc ubi senex
[128] Re-

Ferre non posse.
Heaut. IV. 5. 13.
non possum pati.
Et Adelph. IV. 2. 15.
Non, hercle, hic quidem durare *quisquam, si sic fit, potest.*
Virg. Ecl. X. 52.
Certum est in sylvis, inter spelaea ferarum
Malle pati.
Et, NON QUIT PATI, absolute dictum affirmat.

121. Sacrificium faciendum, aut, sacrum celebrandum. * Sic Eun. III. 3. 7. Vesterhov.

122. EST eleganter, pro fuerat; vel verius, *esse perseverat.* * ἀρχαίως, DIES non *Diebus* dixit. Donatus.

123. Sc. Sostrata Philumenam.

124. I. e. praetextum, cur Philumena non rediret. * Ideo NESCIO QUAM, quia nullius momenti, & falsam. Donatus.

* Facetè dictum; pro, *neutiquam remissa est.* Huic simile mox; NEMO ADMISIT. * Hic jam apertius odium videtur, ubi nec jam fingitur caussa. Don.

125. Subauditur *Nostri*, id est, missi a socru. Don.

** AEGRAM manifeste de morbo corporis dicitur Infr. III. 2. 6. Nepos Miltiade Cap. 7.
Aeger *erat vulneribus.*
Ovid. Pont. I. 3. 90.
Nec juvet admota perditus aeger *ope.* Vesterh.

126. IT VISERE.] Ut (Virg. Aen. I. 527.)
populare penates
Venimus.
VISERE, officii est: *Videre* quaerentis aliquem (Vesterhovius junctim legendum suspicatur. VISERE, *officium est videre quaerentis aliquem.*) Donatus. * Sic infra II. 1. 40. III. 2. 4. & 6. Plaut Bacchid. III. 5. 4.
visam huc ad eam
Ovid. Amor. II. 2. 21.

Ibit

[128] Rescivit, heri [129] ea causa rure huc advenit: 115
Patrem continuo convenit Philumenae.
Quid egerint inter se, nondum [130] etiam scio:
Nisi sane curae est [131], quorsum eventurum hoc siet.
[132] Habes omnem rem. [133] pergam, quo coepi hoc iter

Ph.

Ibit ad *adfectam*, *quae non languebit*, amicam
Visere. Vesterh.

127. Injuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. Don.

128. *Scimus* quae ad nos deferuntur. *Rescimus* celata. Donatus. Explicat vocem Gellius II. 19. Vest.

129. Bene, EA CAUSA: quippe qui se ruri abdidisset. Don.

130. Rectè servavit reliquis partibus Fabulae pendulum & attentum spectatorem. Donatus. ETIAM. adhuc. vel est παρέλκον tertium ut vult Donat.

131. Ἔλλειψις, Deest, *scire*. & est σύλληψις, SCIO, *scire*, cum ἀναβάσει. (Haec ad τὸ NONDUM ETIAM erant annotata; Sed felici conjecturâ huc restituit Vesterhovius.) CURAE EST, QUORSUM EVENTURUM. Bene: quia curiosus est Parmeno, & idem garrulus. nam per totam Fabulam talis inducitur. Don. QUORSUM EVENTURUM. Lepidè dictum, pro, *quem eventum, vel finem*, *habiturum.*

132. Quasi dicat, quam audire expetisti. Donatus. HABES OMNEM REM. Eun. III. 1. 11. Cic. Fam. I. 9. Habes *de Vatinio*, *accipe de Crasso*. Lucil. XXIX. Habes omnem rem. *timeo ne accuser.*
Citat Nonius, explicans *Habere*, *audire*. Vesterh.

133. Locutionem hanc, *Pergere iter*, contra I. Fr. Gronovium ad Tacit. Annal. I. 18. defendit Cl. Burmannus ad Val. Flacc. IV. 690. Pacuvius, Medo: *Ire si cesso*, pergit iter. *jam si ire conor*, *prohibet betere.* Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Jug. 79. & Taubm. ad Plaut. Pseud. V. 1. 4. Horat. Serm. II. 6. 99.
Ambo propositum peragunt iter. Vesterh.

Ph. Et quidem ego: [134] nam conſtitui cum quodam hoſpite, 120
Me eſſe illam conventuram. *Pa.* [135] Di vortant bene,
[136] Quod agas! *Ph.* Vale. *Pa.* Et tu bene vale, Philotium.

134. Dicit cauſam, cur in reliqua Fabula non appareat perſona hujus meretricis. *Conſtitui*, propriè. Nam de hujuſmodi rebus dicitur convenire & *conſtituere*, de cujuſmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. Donatus. Haec non ſunt liquidiſſima; nempe videtur rem turpem obſcurè innuere. * CONSTITUI. Vide ad Heaut. IV. 4. 4. Titinnius apud Nonium, voce Toga: *Scorto rus conſtituit.* Veſterh.

135. Saepe enim res eveniunt aliter quam volumus: & ideo *Vertumnus* colitur, * qui praeeſt rebus vertentibus. Donatus. *. Vid. ad Adelph. IV. 7. 10. Quae conjectura hoc loco confirmatur. Veſterh.

136. Sc. negotium tuum apud hoſpitem: Jocoſum votum h. l. immo ironicum.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

LACHES. SOSTRATA.

La. PRO Deûm atque hominum fidem! quod hoc genus [1] eſt? quae [2] haec eſt conjuratio? [3] Utin'

1. *Mulierum*, vel, *hominum* ſubauditur.

2. Veſterhovio, hoc & praecedens, dictum videtur per ἓν διὰ δυοῖν, pro, Quod hoc genus eſt conjurationis: Vereor ne contra mentem Terentii.

[3] Utin' omnes mulieres eadem [4] aeque ſtudeant, nolintque omnia?

Neque [5] declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?

Itaque [6] adeo [7] uno animo omnes [8] ſocrus oderunt nurus.

Viris

3. UTIN' OMNES.] Ita expreſſi ex Codd. Bembino & Victoriano, quod homini irato magis convenit, magisque commotum & fervidum eſt, quam vulgatum & Donati UT OMNES. Veſterh. UT quid ſit omnes hic intelligunt; UTIN', quando infarciebatur in contextum, debuerat explicari. Forſan NE hic ſit παρέλκον, & UTI, pro ut, poſitum? At quid ad me?

4. AEQUE STUDEANT. Sic Eun. Prol. 1. & 28. Phaedrus I. 27. 2. *Qui humiles nati dici locupletes* ſtudent.
I. e. ſumma ope nituntur. Salluſt. Cat. I. 1. Veſt.

5. Id eſt, flexam, vel inflexam: ne parum ſit, *diverſam* vel *diſſimilem* dixiſſe. Donatus. Ἀπὸ τῆς ἄλλων φύσεως ἐκκλίνουσαν. Unde Menander. γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει. *Nihil unquam differt mulier a muliere.* Veſterh.

6. Planè, prorſus.

7. Ita dictum, uti, *uno ore* ὁμοθυμαδόν. Veſt.

8. Conſultò ambiguè extuliſſe Terentium ait Hieronymus adverſus Jov. Lib. I. Verba Hieronymi: *In Lepta urbe ſemibarbara, poſita in ſolitudine, moris eſt, ut nurus altera die* (a nuptiis) *ſocrum ollam mutuam poſtulet; cui illa ſtatim negat, ut ſcias, illud verum eſſe Terentii, quod conſulto ambigue extulit*, QUID EST HOC? OMNES SOCRUS ODERUNT NURUS. Poſſit tamen ex perſona Lachetis nurum diligentis verus Terentii ſenſus elici, ut OMNES SOCRUS ſint caſus rectus, valeatque πᾶσαι ἑκυραί. Veſterh.

Viris esse advorsas, [9] aeque studium est: similis pertinacia est. 5
In eodemque omnes mihi [10] ludo videntur doctae ad malitiam.
Ei ludo, [11] si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

T 2 *So.*

9. AEQUE STUDIUM. Ita dixit pro *aequale*, uti mox, SIMILIS PERTINACIA. Scilicet solent adverbia passim pro adjectivis poni apud Plautum. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Parum*, *plus*, *satis*, *nimis*. (Adde, apud Salustium: & consule Doctiss. Cortii Indicem hujus Authoris, in *Enallage Adverbii* pro *Adjectivo*). Adjectivorum tamen usus pro adverbiis multo frequentior. Junxit & Cicero, Academ. Quaest. Tusc. I. 12. *Non* pertinacia, *aut* studio *vincendi*. Vesterh. STUDIUM est voluntas hominis attentior atque impensior. Donatus.

10. Schola, gymnasio. Vesterh.

11. EI LUDO, SI ULLUS EST, MAGISTRAM.] Magna amplificatio criminis, dubitat an sit ludus malitiae, & magistram non dubitat Sostratam, sed, CERTO SCIO, inquit. Donatus. MAGISTRAM.] Elegans oppidò locus est apud Quinctilianum Instit. VI. 3. referentem verba Ciceronis in Pletorium Fonteji accusatorem; *Cujus matrem dixit, dum vixisset*, ludum, *postquam mortua esset*, magistros habuisse. In quibus verbis ipse Quinctilianus aenigma agnoscit. Acumen in eo consistit: *Ludum habere* dicuntur lanistae & scholarum magistri. Quorum autem bona, qui non sunt solvendo, sub hasta venduntur, (ii) *accipiunt magistros*, sub. auctionum, qui bonorum indicem faciunt, & auctioni praesunt. Quoniam igitur ad hanc foeminam vivam infames aliae mulieres convenisse dicebantur, ut pueri conveniunt ad ludimagistrum, inde *ludum habuisse* dicitur. Quia vero post mortem ejus bona erant diven-

So. Me miseram! quae nunc, quamobrem accuser, [12] nescio. *La.* Hem!
Tu nescis? *So.* Non [13], ita me Di bene ament! [14] mi Laches:
[15] Itaque una inter nos agere aetatem liceat. *La.* Di mala prohibeant [16]! 10
So. Meque abs te immerito esse accusatam, postmodum rescisces. *La.* [17] Scio.

Te

vendita, iisque vendendis magistri erant constituti, inde post mortem dicebatur *habuisse magistros.* Vide quae e Turnebo laudat Cl. Burmannus. Vest.

12. Oratoriè pro se loquitur mulier, siquidem majoris innocentiae est nescire crimen, quam defendere. Donatus.

13. Sub. *scio.*

14. Modò MI LACHES non est blandientis, sed ejus qui periclitetur innoxius. Don.

15. Atque ita. INTER NOS, conjunctim, vel, conjunctis.

16. Sub. Ut una inter nos agamus aetatem. Donatus. Sed hoc durius videtur Vesterhovio, neque ex genio Comoediae Terentianae, quemquam uxori praesenti optare mortem. Quin potius crederet, eundem Lachetis, qui Sostratae verborum sensum esse, hanc bona precari, illum mala deprecari. Quasi vero, in verbis a sene stomachabundo fusis, omnia ad regulas decori sint exigenda? Immo nihil duri inest, ei mortem optare, quam modò dixerat *se certò scire ludo malitiae esse magistram.*

17. Hoc tantisper concedit, ut statim majori cum acerbitate refellat. Nihil decederet vi orationis, si punctum post SCIO, & interrogatio post IMMERITO abesset: talia vim suam a pronuntiatione, & vultu pronuntiantis, mutuantur. Vesterhovius locum non cepit, qui vocem SCIO in ore Lachetis si non absurdam esse, saltem languere pronuntiat; Sostrataeque ideo tribuendam opinatur.

Te immerito? [18] an quidquam pro istis factis [19] dignum te dici potest?

Quae me, & te, & familiam [20] dedecoras: filio [21] luctum paras.

Tum autem, [22] ex amicis inimici ut sint nobis adfines, facis:

Qui illum decrerunt [23] dignum, suos cui liberos committerent. 15

T 3 Tu

18. Amarè παρὰ προσδοκίαν. Donatus. Quibus factis? Scilicet Sostrata anus susceperat inimicitias cum puella. Philumena impatiens injuriarum abierat. Hinc dedecus in familiam omnem, luctus Pamphilo filio paratus, affines ex amicis inimici. Quae omnia gravi exaggeratione recensentur. Vesterh.

19. I. e. Convitium quod crimina tua exaequet, sive, iis multo minus non sit. Possit hic esse Charientismus, DIGNUM, pro, *Indignum.*

20. *Dedecoratur*, quod honestum * est: *Turpatur*, quod honestum est corporale. Donatus. * Restituit Abr. Vrelingius, *mente est: Turpatur, quod honestum est corpore.*

21. Phaed. I. 28. 6.
Ne tantum miserae luctum importaret *sibi.*
Idem II. 4. 6.
pernicies, *ait*,
Tibi paratur, *forsan & miserae mihi.*
Vide Donatum ad And. IV. 1. 32. & IV. 2. 7. Vest.

22. Eadem constructione dixit And. I. 1. 10.
feci, e servo ut esses libertus mihi.
Imitatus Caesar B. C. III. 104. *Plerumque in calamitate* ex amicis inimici *existunt.* Vest.

23. DIGNUM, SUOS CUI LIBEROS COMMITTERENT.] Multum sonanter, & accusatorio strepitu, nec masculinum genus, nec foemininum posuit: nec unam (filiam), sed LIBEROS. Sic *Cicero*, *En cui tuos liberos committas:* quum de uno ageret. Et, *ha*

Tu sola [24] exorere, quae perturbes [25] haec, tua impudentia.

So. Egone? *La.* [26] Tu, inquam, mulier, quae me omnino [27] lapidem, non hominem putas.

An, quia ruri crebro esse soleo, nescire arbitramini Quo quisque pacto hic vitam [28] vestrorum [29] exigat?

[30] Multo

habemus enim liberos: de puella. Sic dixit DIGNUM, ut honoris genus sit, accipere uxorem meruisse. Donatus. COMMITTERENT, Propriè. quia feminae in manus & potestatem viri tradebantur. Sic And. I. 5. 6. Quanquam non omnes uxores viri in manum conveniebant, sed solae matres familias. Per confarreationem enim nuptae, illa erant potestate exemtae; & solae per conventionem in manus, & usum virorum potestati suberant. Vest.

24. Emergis, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat. *Cicero* (Orat. pro Dejot. 1.) *Exortus est servus, qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.* EXORERE.] Existis. *Exoriri* dicitur, qui non exspectatus invadit in aliquem. Don.

25. HAEC. intelligit vincula, seu foedera, necessitudinis & amicitiae cum affinibus.

26. TU, MULIER, ἔμφασιν malitiae habet. Et omnino expressio consuetudinis est ad indignationem. Don.

27. LAPIDEM, stupidum & bardum. Infra. IV. 1. 9. Heaut. IV. 7. 3. & V. 1. 44. Plaut. Merc. III. 4. 46.

egomet credidi,
Homini docto rem mandare,
is lapidi *mando maxumo.*
Vesterhov.

28. VESTRORUM, pro *vestrum.* Sic veteres. Donatus. Codex Bembinus cum MSS. quibusdam aliis (adde edit. Minellii) VESTRARUM. Vesterh.

29. Agat, instituat. * Infra. III. 5. 40. Heaut. II. 3. 39. Lucil. apud Nonium *v. exigere*

Quum cognoveris, vitam *sine cura* exigas. Vesterh.

[30] Multo melius hic quae fiunt, quam illic, ubi sum
assiduc, scio. 20
Ideo, quia, ut vos [31] mihi domi eritis, proinde ego
ero [32] fama foris.
Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam;
[33] Minimeque adeo mirum: &, ni id fecisset, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo [34], ut etiam totam hanc odisset domum.
Quod si scissem, [35] illa hic maneret potius, tu hinc
isses [36] foras. 25

30. ὑπερβολῇ usus est. ut in Adelphis, *An non prius totis sex mensibus olfecissem?* Donat.

31. Bene MIHI: Quia commoditas familiae ad hunc redundatura est. Donatus. MIHI, eleganter παρέλκει, ut saepe alias. Vest,

32. FAMA. i. e. de fama, quod ad famam. FORIS, apud vulgus. *EGO ERO FAMA, Ita dicitur, ut infra IV. 3. 14. *Nos jam fabula (fabulae*, ibi est) *sumus*. (vereor ut ea similitudo vera sit) Goveanus, laudante Fr. Fabritio, delet τὸ FAMA (neque habet edit. Minellii) Vesterh.

33. Satis amarè; pro merito dicit odium, contra meritum amoremque: simul excusat nurum, quae oderit talem socrum: & simul praevenit, *Quid si non laesa est, sed odio me habet*. Don.

34. Deest, *osuram fuisse*. Idem.

35. Ms. Mark. ILLA HINC, MANERET POTIUS. Ut possit videri παρὰ προσδοκίαν dictum. Ms. Lips. MANERET POTIS, supra scriptum *potens*. Vesterh.

36. Minatur formulam divortii, *Exi foras, mulier*. Martial. XI. 104. 1.

Uxor vade foras, *aut moribus utere nostris*. Vest.

[37] At vide, quam immerito aegritudo haec oritur
mihi abs te, Sostrata:
Rus habitatum abii, [38] concedens vobis, & [39] rei
serviens;
Sumtus vestros [40] otiumque ut nostra res [42] posset
[43] pati,
Meo labori haud parcens, [44] praeter aequom atque aetatem meam.

[45] Non

37. Ἠθικῶς post acrem invectionem, se ipsum miseratur, ut invidiam durae inclamationis in ipsam convertat. Donatus. VIDE, cogita, considera. AEGRITUDO, dolor, molestia. * ORITUR, & magnitudinem rei significat, & repentinum impetum, ut supra, *Tu sola exoreve.* Don.

38. E conspectu vestro secedens, vobis locum dans. (quasi molestus scilicet, dum aderam.) Plaut.Epid.V.2.16.
Num ab domo abjam? num oculis concessi *tuis?*
Amph. I. 1. 120.
neque nox quoquam concedit die.
h. e. diei. Vesterh.

39. Rei familiari servandae, vel augendae, studens. * *Res servit* divitibus, quia abundant: *Rei serviunt* pauperes, quia se coartant ad angustias rei. Ita ergo *res* pro qualitate * sua & *ser*..., & *ei servitur*. HORATIUS (Epist. I. 10. 47.)
Imperat aut servit collecta pecunia cuique. Donat.
* Immo qualitate utentis; neque alia videtur mens esse Horatii, in loco adducto. (Plaut. Truc. II. 3. 21. *Ut* rei servire *suave est.* Vest.)

40. Vitam otiosam.

42. Mediocris scilicet. Donatus.

43. Horat.Epist. I.18.28.
meae, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes:
tibi parvula res est.
Sensus est; Ego par sum, quos facio, sumtibus. Unde eadem *...*, & *sumtus insani* dicuntur. Vesterh.

44. PRAETER AEQUOM ATQUE AETATEM.] Sic Heaut. I. 1. 7. Vesterhov. PRAETER modò *contra*, vel, *supra*.

[45] Non te pro his curasse rebus, ne quid aegre esset mihi? 30
So. Non mea [46] opera, neque pol culpa evenit. *La.* Immo maxume.
[48] Sola hic fuisti: in te omnis haeret culpa [49] sola, Sostrata.
[50] Quae hic erant, curares: cum ego [51] vos solvi curis caeteris.
Cum [52] puella anum [53] suscepisse inimicitias, non pudet?

45. Mirus sensus. PRO HIS, inquit, tot REBUS unam & facilem redderes, *Curares*, Ne QUID AEGRE ESSET MIHI. Et TE sic pronuntiandum, quasi dicat, *Etsi alii non curarent; (tu) curare debuisti.* Donatus. NON TE, pro, *nonne te oportebat.* AEGRE, Molestiae, a vobis scilicet.

46. Videtur unum dixisse OPERA & CULPA, & tamen non est idem. OPERA enim est, si scientes laeserimus: CULPA, si nescientes. quorum alterum sceleris, alterum stultitiae est. Donatus.

48. SOLA HIC FUISTI. Ratio. & deest *enim.* SOLA, quantum pertinet ad regendam domum. SOLA, sine me. Donat.

49. SOLA, SOSTRATA. Optimè geminavit SOLA more irascentium: nondum nomen posuit, & SOSTRATA additum ad amaritudinem inclamantis. Don.

50. Intelligit rem domesticam, quae matribus familiarum debet esse curae. Emphaticè legit Mſ. Mark. SOLA, QUAE HIC ERANT, CURARES. Voce SOLA tertium repetita Vesterhov.

51. VOS pro *te.* ut (Virgil. Aen. XII. 60.) *Desiste manum committere Teucris.* (pro, Aeneae.) Donatus.

52. Ut *puellam* blande dixit, ita hanc cum amaritudine, ANUM. Donatus. PUELLA dicitur de femina juvene sed jam nupta. quales

[54] Illius dices culpa factum. *So.* Haud equidem dico, [55] mi Laches. 35

La. Gaudeo, ita me Di ament! [56] gnati causa. nam [57] de te quidem

Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest,

So. Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse assimulaverit,

Ut

les etiam infra IV. 3. 13. dicuntur *Adolescentulae.* Et sic Pamphilus jam maritus adolescens dicitur IV. 1. 41. Virg. Ecl. VI. 47.

Ah, virgo *infelix quae te dementia coepit?* (corr. *cepit.*)

De Pasiphae, matre Phaedrae, Ariadnes & Androgei. Neque fere aliter Belgae feminam nuptam appellatione vocis *juffrouw* designant. Vesterhov. Adde *Laborantes utero* puellas. apud Horat. Carm. III. 22. 2.

53. Quae scilicet, magis sapiens, & moderata, esse debueras. SUSCEPISSE. i. e. incepisse, contraxisse. Locutionem, *Suscipere*, *inimicitias*, ut & contrariam, *ponere*, *deponere*, *inimicitias*, Vesterhovius ex Cicerone confirmat.

54. Praevenit defensionem: & eam sic pronuntiavit ut crimen. Donatus.

55. MI LACHES modo dixit, quasi gravissimum accusatorem arguens, & quasi defatigata & delassata ejus inclamationibus. Non ergo blandientis est modo MI: sed invidiose rogitantis. Donatus.

56. Quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accusare possit. Donat.

57. Sensus est, jam talis es, ut pejor fieri non possis. PECCANDO DETRIMENTI Servas, inquit, numerum peccatorum, nec fit ullum copiae detrimentum, — PECCANDO DETRIMENTI. Hic sensus obscurus est (imo constructio potius): Attamen hic, dum quantumcunque, inquit, sceleris admiseris, — nihil de tua existimatione minuitur, nihil de pudore derogatur, eadem es quae fuisti, quia peior fieri non potes. Donatus. * Guyetus apud Vesterhovium, DE

TE

Ut cum matre [57,2] plus una esset? *La.* Quid ais? non signi hoc sat est,
Quod heri nemo voluit visentem ad eam te [58] intro admittere? 40
So. [59] Enim lassam oppido tum esse ajebant: [60] eo ad eam non admissa sum.
La. [61] Tuos esse ego illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem, arbitror.

Et

TE exponit, per, *quod ad te attinet*, &, ad τὸ POTEST, subaudit *tibi*. Vesterhovius opinatur huc respexisse Ciceronem ad Herenn. IV. 10. Verba Ciceronis. *Ubi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut* omnia sine famae detrimento facere *posset?*

57. PLUS ESSET, ἰδιωτικῶς dixit: id est, diu, ac majorem partem. Donatus. Dixit PLUS pro amplius, diutius, πλέιω. Vesterhov.

58. Ita legendum, non INTROMITTERE, vel ex Act. III. 1. 49. patet. Vesterhov.

59. ENIM LASSAM OPPIDO. Pro, OPPIDO ENIM, dixit. — OPPIDO, valde. Translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges provenissent? respondebant, OPPIDO, id est, quae sibi & oppido sufficere potuissent. Donatus. LASSAM.] Guyetus in Scholis MSS. ἰσχυρῶς κεκοπιακυῖαν. *fort abbatue, & qui n'avoit point de repos.* Eodem autem sensu dictum, quo *laborare morbo.* Unde infra II, 2. 14. AEGRA exponitur. Vesterh.

60. EO, propterea, ideo. Donatus.

61. Acerbissime instititit senex & accusationi uxoris, & defensioni nurus: siquidem hoc sensu dicat, nurum nec mendacii culpam incurrere, quae vere aegrotet ex moribus malae socrus. Donatus. MORBUM. Codices quidam AD MORBUM praeferunt. Vesterh.

Et merito adeo : nam [62] vostrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere uxorem : & quae vobis placita est [63] conditio, datur.
Ubi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem [64] exigunt. 45

62. Pro *Vostrum*. Donatus.

63. CONDITIO, matrimonium, uxor. Gall. *le parti*. Phorm. IV. 1. 13. Plaut. Aul. III. 5. 1.
Narravi multis amicis consilium meum
De conditione *hac*; *Euclionis filiam*
Laudant.
Nepos Att. 12. *Nullius* conditionis *non haberet potestatem*. Suet. Galb. 5. *Remansit in coelibatu*: *neque sollicitari ulla* conditione *amplius potuit*. Vesterhov. Minellius secutus, ut videtur, Donatum. male, per *optio*, *electio*, exponit.

64. Plenius Plautus Merc. IV. 6. 5.
Uxor viro si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Solitam tamen causam divortii addi, discas ex Cic. Philipp. II. 28. *Illam suam suas res sibi habere jussit ; ex XII Tabulis causam addidit*, exegit. Vesterhov.

ACTUS SECUNDI
SCENA SECUNDA.
PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.

[1] *Ph.* ETSI scio ego, Philumena, meum jus esse, ut te cogam [2],

Quae

1. *In hac scena* (immo initio scenae) *moralis allocutio Phidippi est ad filiam, mitissimi patris* * *colorem ostendens* Donatus. * i. e. characterem, quod nota. Ad loquitur autem filiam, quae intus manet.

2. Sub. Redire ad Sostratam socrum. And. III. 2. 51. Vest.

Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus, [3] faciam,
Ut tibi concedam: neque tuae [4] libidini advorsabor.
La. Atque eccum Phidippum optume video. ex hoc jam scibo, [5] quid fiet.
Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse [6] adprime obsequentem, 5
[7] Sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum animos:
Quod tu si idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.

Nunc

3. Committam, eò descendam, vel adducar, id animum inducam. Vel potest, per periphrasin, seu dilatationem, optimis quibusque Veterum usitatam, dictum esse, pro *concedam* simpliciter: quae forsan est sententia Vesterhovii; Is advocat Cic. Philipp. III. 5. Faciundum *est igitur nobis, P. C.* ut *D. Bruti privatum consilium auctoritate publica* comprobemus. Fam. III. 8. 1. Faciundum *mihi putavi*, ut *tuis literis brevi* responderem.

4. LIBIDO est quaevis voluntas temere suscepta. — Etsi pro voluntate posuit *libidinem*: tamen subaccusavit hoc nomine. Donatus. LIBIDINI.] Simpliciter pro voluntate posuit. Unde, *Libido est*, Plauto familiare pro libet, lubet. Vest.

5. Utrum, quid sit rei? an quid fiet nurus? utrum innocens, an iniqua? Et videtur hoc Sostratae dicere. Donatus.

6. ADPRIME, Vehementissime. Donatus. OBSEQUENTEM, facilem, indulgentem.

7. Notanda locutio, qua SED usurpatur post ETSI, notatque *tamen*. Cic. Fam. XI. 16. 3. *Nam* etsi *non facile dijudicatur amor verus, & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut, quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit; cetera sunt signa communia*: sed *ego uno utor argumento, quamobrem me* ex

Nunc video [8] in illarum potestate esse te. *Ph.* [9] Heja vero!

La. [10] Adii te heri de filia: [11] ut veni, itidem incertum amisti.

Haud [12] ita decet, si perpetuam vis esse adfinitatem hanc, 10

[13] Celare te iras. si quid est peccatum a nobis, profer:

Aut ea [14] refellendo, aut purgando: vobis corrigemus,

Te

ex animo veròque arbitrer diligi. Vesterhov. *Tamen* deesse videtur Donato; eique hoc est ἀνακόλουθον tertium.

8. Emphasis est in vocibus ILLARUM & TE. Exprobrat igitur Laches Phidippo, praeposteram vivendi rationem. Absurdum enim est, patremfamilias, patria potestate amissa, in potestate uxoris & filiae esse. Qualis maritomastix proprio nomine *domina* dicitur Juvenali Sat. VI. 30.

Ferre potes dominam, salvis tot restibus, ullam?

Cic. Fam. V. 4. 6. *Omnibus in rebus me fore* in tua potestate, tibi confirmo (ɔ: ut Cortius exponit, *tibi ad omnia obnoxium, quaecunque imperaveris*) Vesterhov.

9. HEJA VERO! Modo adverbium corripientis. HEJA VERO! παρέλκον. Donatus.

10. I. e. conveni. *Adire*, hoc significatu, protriti non est usus.

11. *Ut veni, amisisti itidem incertum. Incertus*, inquit, *veni, incertus a te* recessi. AMISTI, pro AMISISTI. συγκοπή. Donatus. Nota, *amittere*, pro, dimittere.

12. Bene additum est ITA, etsi enim celandae irae: non usque adeo tamen, ut discordiam pariant. Donatus.

13. CELARE IRAS.] Contra Plautus dixit. Pseud. I. 5. 34. *Iram in promtu gerere.* Vesterhov.

Te judice ipso. Sin ea est caussa retinendi apud vos,
Quia aegra est: te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe:
Si metuis, satis [15] ut meae domi curetur diligenter. 15
At, [16] ita me Di ament! haud tibi [17] hoc concedo, etsi illi pater es,
Ut tu illam salvam magis velis, quam ego. [18] id adeo gnati caussa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, [19] magnificare.

[19] Neque

14. *Refellit* qui negat; *purgat* qui fatetur, & sic defendit. — VOBIS CORRIGEMUS. plus dixit VOBIS, quam *Tibi*. Donat.

15. UT, ne non, & jungendum est, SATIS DILIGENTER. — Donatus. CURETUR, tractetur, habeatur, aut foveatur. * Cicero. Fam. XVI. 5. 3. *Ego omnem spem tui* diligenter curandi *in Curio habeo*. (Itidem de aegro.) Aliter paullo Eun. III. 2. 52. Vest.

16. Addidit jusjurandum; vix enim credibile est, tantum amare socerum, quantum patrem. Donatus.

17. Hac in re non feram posteriores. Cic. Fam. IV. 3. 15. *A me vero sic diligitur*, *ut* tibi uni concedam, *praeterea nemini*. Et X. 29. 1. Nostrum imitatus; Nec his concedo, *quanquam sunt singulari in te benevolentia*, *ut te salvum malint*, *quam ego*. Virg. Ecl. II. 57.
Nec, *si muneribus certes*, concedat Jolas.
Eodem fere sensu inscriptio Lapidis Termini est: CONCEDO NULLI. Quod sibi symbolum adoptavit Erasmus. Vesterhov. ETSI ILLI PATER ES. Compendium attulit *Virgilius*. (Aen. II. 289.) *Heu fuge*, *nate Dea*. Hoc enim sentit, *Quanquam natus Dea sis*, *fuge tamen*. Donatus.

18. ID ADEO GNATI CAUSA. Honestè amori nurus rationem subjecit piam. Donatus.

[19] [a] Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum graviter laturum credam,
Hoc ſi reſcierit. [20] eo domum, ſtudeo haec, prius-quam ille, ut redeat. 20
Ph. Laches, & diligentiam voſtram, & benignitatem
Novi: & quae dicis, omnia eſſe, ut dicis, animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire [21] ſtudeo,
Si facere poſſim ullo modo. *La.* Quae res te facere id prohibet?

[22] Eho!

19. In quibusdam Codicibus eſt MAGNIFACERE. Ita & Donatus legit. Plaut. Pſeud. IV. 1. 34.
te amo, & metuo, & magnifico.
Stich. I. 2. 43.
pudicitia 'ſt, pater
Eos magnificare, *qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.*
Lucil. ex incert. 164.
Magnificare *hos*, *his bene velle*, *his vivere amicum.*
Eſt vero MAGNIFICARE idem quod MAGNIFACERE. Male igitur vulgò pro *Laudare* uſurpant. quod & vetus interpres fecit, vertens verba Mariae in Evang. Luc. I. 46. *μεγαλύνει ἡ ψυχή μȣ τὸν κύριον*, Magnificat *anima mea dominum*. Veſt.

19. [a] Mira oratio, ut mihi videtur; CLAM ME NON EST, QUAM CREDAM EUM GRAVITER LATURUM, pro, *clam me non eſt, quam is graviter ſit laturus* QUAM autem jungitur, & τῷ GRAVITER, & τῷ CREDAM. Expono; *Sentio prorſus (itaque) quam (quantum) metuam, quam graviter is hoc laturus ſit, ſi* &c.

20. Ita diſtinxi, ut ordo & ſenſus ſit, EO STUDEO, UT HAEC PRIUS REDEAT DOMUM, QUAM ILLE. Sub. *redeat ex Imbro.* Veſterh.

21. I. e. vehementer cupio; aut, operam do.

[22] Eho! num quidnam accusat virum? *Ph.* Minime. nam postquam [23] attendi 25
Magis, & vi coepi cogere, ut rediret, sancte [24] adjurat,
[25] Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
[26] Aliud fortasse aliis vitii est: ego sum [27] animo leni natus.
Non possum advorsari meis. *La.* [28] Hem! Sostrata. *So.* [29] Heu me miseram!

La.

22. EHO! NUM QUIDNAM ACCUSAT VIRUM?] Gesticulatio quaedam, secretiora quaerentis. saepe enim de maritis puellae parentibus queri solent aliquid ejusmodi, quod solis ipsis committendum est. EHO, interjectio ponentis aurem propiorem. nam illa quaerit, quae solent de maritis puellae matribus queri. Donatus.

23. ATTENDI, institi. & vide, num desit *animum:* — Non enim (τὸ ATTENDI) plenum est, sed nudum. Donatus.

24. ADJURAT. τὸ AD, nunc auctivum est: significat enim *valde*. Donatus. Supra I. 1. 4. Vest.

25. Ordo est; NON POSSE SE PERDURARE APUD VOS, PAMPHILO ABSENTE. Vide ad Adelph. IV. 2. 15. Vesterhov. PERDURARE, propriè & muliebriter dixit. Donatus.

26. Sic dixit, ne diceret, *Sed coge, ut redeat:* & mollius dixit ALIIS, quam si *tibi* dixisset. Donatus.

27. ANIMO LENI NATUS. Hoc est plenum. nam SUM ANIMO LENI quum dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur. Donatus.

28. HEM! SOSTRATA.] Quae dixisti, *Non mea opera, neque pol culpa evenit.* Donatus. Increpantis est, q. d. *Vide quid feceris.* Vest.

29. Ad se rediri totiens, quasi delassata, conqueritur. Donatus.

La. Certumne eſt iſtuc [30] ? *Ph.* [31] Nunc quidem, ut videtur. ſed numquid vis? 30
[32] Nam eſt, quod me tranſire ad forum jam oporteat. *La.* Eo tecum una.

30. Quod Philumena non redeat. Donatus.

31. Senſus eſt; Ut nunc eſt, non redibit. Certum eſt non redituram, donec abſens erit Pamphilus: neque videtur perſuaderi ei poſſe, ut ante redeat. Veſterhov. NUMQUID VIS? diſcedentis verbum. Donat.

32. NAM.] Rationem reddit, quarę ſe abſolvi & dimitti poſtulet. Unde quod de tranſitiva particula ſcribunt, non ſit veriſimile. Ita tamen And. I. 1. 24. Veſt. EST, QUOD, pro, *eſt negotium, ob quod.* ſcitâ ſimplicitate, & imitandâ. * TRANSIRE. cito ire. Donatus.

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

SOSTRATA.

Aedepol nae nos ſumus mulieres [1] inique aeque omnes inviſae viris,

Propter

1. INIQUE AEQUE, Comicum παρόμοιον. Et vide ſententiam, defenſionem accuſatarum ſocruum continentem: contra illud quod ait, ITAQUE UNO ANIMO OMNES SOCRUS ODEEUNT NURUS. Officium enim boni poetae eſt, nullum genus hominum ſpecialiter laedere. *Virgilius* (Georg. III. 282. de veneno quodam.)

Quod

Propter paucas: quae omnes faciunt dignae ut videamur [2] malo.
Nam, [3] ita me Di ament! quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.
Sed non facile est [4] expurgatu: ita [5] animum induxerunt, socrus
Omnes esse iniquas [6]. haud pol me quidem [7]. nam nunquam secus
[8] Habui illam, ac si [9] ex me esset nata: nec, qui hoc mihi eveniat, scio.

U 2 [10] Nisi

Quod saepe malae legere novercae. Id est, non omnes novercae, sed tantum malae. Donatus.

2. Miseriâ, infortunio; aut, ut malè tractemur, etiam cum innocentes sumus; quod nunc mihi accidit.

3. Bene jurat. nam sine jurejurando incredibile est, (quod) sit bona socrus. QUOD ME ACCUSAT.] Deest, *in eo.* — * An QUOD, propter quod. Donatus. * Quidni hoc? Attamen τὸ *in eo* rectè subauditur.

4. Plaut. Capt. III. 4. 87. *Sed hoc primum me expurgare tibi volo.* Mil. II. 6. 17. Sc. Expurgare *volo me.* Pe. *Tun' te* expurges *mihi.* Vest.

5. *Inducere animum* est ita tenere *, ut non amittant; id est, persuadere animo suo. Donatus. * Vesterhovio lectio est suspecta: Possit forsan subaudiri *opinionem*, vel, *sententiam*.

6. Intelligitur, *nuribus:* quia SOCRUS nomen est ad aliquid dictum. Donat.

7. Sub. *iniquam esse inducant animum.* Vesterhov. *Scio esse*, aut, *novi esse*, Donatus quoque subaudiendum suspicatur.

8. Tractavi; aut, fovi, complexa sum.

9. EX ME NATA, majorem videtur habere vim, quam, *mea nata.* * Mox, QUI, unde. Donatus.

[10] Nisi pol filium [11] multis modis jam exspecto, ut redeat domum.

10. NEC — SCIO. NISI. Similis locutio Heaut. III. 2. 30. 31. item IV. 1. 45. Plenum est: *neque illud* — scio. *Hoc scio sane, quod filium* &c.

11. MULTIS MODIS. Vehementer. Quia nihil mitum in matre est, exspectare ut filius redeat: idcirco additum MULTIS MODIS. Donatus. In paucis Codd. est MULTIMODIS. Vide Heaut. II. 3. 49. Cic. de Oratore III. 58. ex vetere poeta:

Multimodis *sum circumuentus, morbo, exilio, atque inopia*

Adde Gifan. Ind. Lucret. V. *Multimodis*. Vesterhov.

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

Pa. Nemini ego plura [1] acerba esse credo ex amore homini umquam [2] oblata,
Quam mihi. heu me infelicem! hanccine ego vitam [3] parsi perdere?

Haccine

1. Acerba dupliciter evenerunt Pamphilo, ex praeterito, de meretrice: ex praesenti, de uxore. Donat.

2. OBLATA. H. e. evenisse. Dicitur igitur τὸ *Offerri* etiam de rebus malis. Sic infra III. 3. 10. atque ibi Donat. & V. 1. 13. Similis ferè sententia Plauti, Merc. II. 3. 1. Vesterh.

3. *Parco*, conservo, *parsi* facit: *Parco* veniam do, *peperci*. Modò ergo *continui*, *abstinui* significat. Donatus. Indignatur se in profectione tantam vitae curam egisse, cum

Haccine caufa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praeftabilius, [4] ubivis gentium agere aetatem,
Quam huc redire? atque haec ita effe miferum me [5] refcifcere? 5
Nam [6] nos omnes, quibus eft [7] alicunde aliquis objectus labos,
Omne quod eft interea tempus, priusquam id refcitum eft, [8] lucro eft.

cum fatius fuiffet in mari perire, quam hanc infelicitatem experiri.

4. Magna deteftatio praefentis loci, eligere quasvis terras, vel quamvis gentem potius, quam eam, in qua eft. Donatus.

5. RESCISCERE eft vix (quidam corr. *id*) reperire, quod de induftria fuerat celatum. Donatus. Hoc non de nihilo addit, fed innuit hanc effe miferiam acerbiffimam, miferiam fuam refcifcere. bene autem ab fervo refutatur mox *v.* 8. ubi Donatus contrarias hafce fententias obfervat.

6. *Apud*, vel *penes*, Donato videtur deeffe; aut NOS OMNES dici, pro, *nobis omnibus*. Fabrini interpres Italicus vult τὸ OMNES effe nominativum, loco dativi. Vefterhovius conjicit fenfum effe: *Quod ad nos attinet*. Mihi Donati Ellipfis placet: aut *ita fumus* eft fubaudiendum.

7. ALICUNDE i. e. aliqua re, occafione, vel modo. * OBJECTUS LABOS. *Objiciendi* verbum μέσον eft. De re trifti ufurpatur. Adelph. IV. 4. 1. Phorm III. 2. 18. Plaut. Epid. I. 2. 58.

res fubito haec objecta 'ft mihi.

De re laeta Heaut. I. 2. 12. Plaut. Curc. IV. 2. 45.

Quoi homini Dii funt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.

Eft autem LABOS dolor, aerumna. Vefterh.

8. Vide Phorm. II. 1. 16. Vefterh.

Par. At [9] sic citius, qui te expedias his aerumnis, reperias.
Si non redisses, hae irae [10] factae essent multo ampliores:
Sed nunc [11] adventum tuum ambas, Pamphile, scio reverituras. 10
[12] Rem cognosces: [13] iram expedies: [14] rursum in gratiam restitues.
Levia sunt haec, quae tu pergravia esse in animum induxti tuum.
Pa. [15] Quid consolare me? an quisquam [16] usquam gentium est aeque miser?

Prius-

9. SIC.] Hoc modo quod nimirum venisti (immo, rescivisti) tempestive, ut hasce discordias sedes. Vesterhov. EXPEDIAS, absolvas. Et bene EXPEDIAS AERUMNIS. aut enim solvunt nos curae abeuntes, aut impediunt & ligant advenientes. Ut (Virg. Aen. I. 566.) *Solvite corde metum Teucr, secludite curas.* Donatus.

10. Quae sunt inter matrem & uxorem.

11. ADVENTUM TUUM REVERITURAS, i. e. reditus tui respectum habituras, ita ut altera alteram accusare vereatur. *Paraphrastes Delphini.* Non male. Sed possit etiam exponi: *ob te reducem*, vel, *in gratiam tui reducis, ab iris temperaturas.*

12. REM, negotium, causam odii. * REM COGNOSCES. Vide ad And. Prol. 24. Vesterh.

13. Litem earum dissolves, compones.

14. πλεονάζει τὸ RURSUM, quod Comicis familiare. Sic Eun. IV. 2. 6. Phorm. V. 7. 29. Plaut. Poen. Prol. 79. Reuortor rursus denuo *Carthaginem.* Vesterh. Imo & apud auctores prosaicos tales pleonasmi inveniuntur. Vide Freinshemium in ad Florum indice, Formula *Rursus redire.*

15. Ut solet in vero angore, ipsa consolatione aegrescit dolor. Donatus.

Priusquam hanc uxorem duxi, habebam [17] alibi animum amori deditum:
Jam [18] in hac re, ut taceam, cuivis facile scitu est, quam fuerim miser: 15
Tamen numquam ausus sum recusare eam, quam mihi [19] obtrudit pater.
Vix me [20] illinc abstraxi, atque impeditum in ea [21] expedivi animum meum:
Vixque [22] huc contuleram; [23] hem! nova res orta 'st, porro ab hac quae me abstrahat.

U 4 [24] Tum

16. USQUAM abest in Mss. & edd. quibusdam Vesterhovio teste: At illi videtur id non debere abesse, cum ob venustatis numeros, & metri rationem; tum, quod (sine dubio recte) ἄκυρον putat, QUISQUAM GENIUM. Neque enim, ut ait, τὸ GENTIUM ferè aliter quam adverbiis jungitur.

17. Gravius dixit ALIBI, quam si *in meretrice* diceret. Et maluit ALIBI dicere, quam *ad meretricem*. Donatus.

18. i: in amore Bacchidis: Vesterhovius etiam suspicatur; hoc capi posse de fluctuatione illa, in qua Pamphilus erat primo nuptiarum exordio, nunc Bacchidi, nunc uxori indulgentior.

19. OBTRUDIT. Sic And. I. 5. 15. Vesterh.

20. ILLINC, ab ea. confer And. I. 5. 8. & III. 2. 38. Mox nota locutionem, IMPEDITUM IN *qua* ANIMUM *habere*, pro, *amore alicujus*.

21. Curae, ut diximus, aut ligant, aut solvunt. ut *Virgilius* (Aen. IV. 479.) *Quae mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.* Amatoris (codd. quid. *amatoriae*.) enim curae vincula dicuntur. Donatus.

22. Ad uxorem converteram, adjunxeram. Vide supra I. 2. 94.

23. Interjectio dolentis. * PORRO, deinde. Et vim habet deinde, modo implicationem continuarum miseriarum referentis. Donatus.

POR-

[24] Tum matrem ex ea re me, aut uxorem in culpa inventurum arbitror.
Quod ita quum esse invenero, quid restat, nisi [25] porro ut fiam miser? 20
Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.
Tum uxori [26] obnoxius sum; ita [27] olim [28] suo me ingenio pertulit.
[29] Tot meas injurias! [30] quae numquam in ullo patefecit loco.

[31] Sed

PORRO. H. e. insuper etiam ab uxore Antiphila. Vesterhov.

24. TUM, pro, porro, aut praeterea. EX EA RE, nempe dissensione quae orta est.

25. PORRO, postea, vel in postremum. Alii conjunctionem putant. Donatus.

26. OBNOXIUS.] H. l. simpliciter pro obligato & obstricto videtur sumi. Sumta locutione ex jure Civili, ubi *noxa* etiam damnum notat, adeoque ille OBNOXIUS proprie, qui de damno sarciendo tenetur. In L. Aquilia *noxa* culpam notat, seu potius damnum injuria datum. — Confer porro de origine & ratione vocabuli OBNOXIUS, Gell. VII. 17. — Inde porro notat eum, qui alteri quacunque in re morem gerit. Sallust. Catil. 23. *Minari interdum ferro, ni obnoxia foret.* Adde Parei Lexic. Plaut. v. *obnoxius*. Vesterhov.

27. OLIM, ad diuturnitatem retulit. non ad spatium praeteriti temporis. Donatus.

28. I. e. sua mansueta natura. * PERTULIT. Laudat hunc locum Schefferus ad Phaed. I. 2. 30. dicitque: PERFERRE, *non solum est ferre, sed cum aequabilitate animi ac constantia ferre.* Vesterhov.

29. Vide supra I. 2. 61. 62. & 82. Quae loca Donatus hic allegat.

30. QUAE. Non dixit *Quas*, sed QUAE, ut ad omnia, non ad INJURIAS referatur extrema conclusio. Do-

[31] Sed magnum nescio quid necesse est evenisse, Parmeno,
Unde ira inter eas intercessit, [32] quae tam permansit diu. 25
Pa. [33] Haud quidem hercle parvom, si vis [34] vero veram rationem exsequi.
[35] Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, injurias

U 5 Faciunt.

Donatus. Qui junctim ediderunt, TOT MEAS INJURIAS QUAE NUMQUAM, iis τὸ QUAE videtur esse Philumena. Sed tu cogita, lector, quantum emphasi decedat hoc pacto. Vide Donatum oppido eruditè haec expedientem. Vesterhov.

31. Bene de ambabus sentiens, putat magnam causam esse, quae iram fecerit, & iram diuturnam. Donatus.

32. Forte θυμὸν ἐπίμονον καὶ πολυχρόνιον dixerat Apollodorus, *Memorem iram* vocat Virgilius Aen. I. 8. *Memores iras* Ovidius Metam. XII. 583. Vesterhov.

33. MSS. & editi veteres varie. HAUD QUIDEM HERCLE PARUM EST; (atque ita legit Donatus.)—AT QUIDEM HERCLE PARVOM. Quae lectio cum magis opposita est Pamphilo, tum magis conveniens ratiocinationi Parmenonis. Fortasse tamen locus distinctione possit juvari, ita: HAUD HERCLE QUIDEM. PARVOM EST, SI VIS & cet. ut sensus sit, *Hercle quidem haud magnum necesse est evenisse.* Vesterhov.

34. VERO, vel nomen est, vel conjunctio, vel adverbium. Donatus. Videtur τὸ VERO vel pro ἀληθῶς dictum, vel pro, *ex veritate* (Hoc procul dubio unicè verum): conjunctio minimè placet. Guyetus τὸ EXSEQUI interpretatur *narrare*, διηγεῖσθαι. Dubium autem nullum est, quin valeat *putare rationem*, *cogitatè meditari.* Sic Plautus Milite III. 3. 71. Livius saepius. Vesterh.

Faciunt. nam saepe [36] est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est;
Quum [37] de eadem causa est [38] iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quam pro levibus [39] noxiis iras gerunt! 30

Qua-

35. Manifesta ὑπαλλαγὴ est, inverso rerum ac verborum ordine. Sensus est: NON MAXUMAS, QUAE MAXUMAE SUNT INTERDUM INJURIAE, IRAS FACIUNT. Quod & Donatus observavit. Unde adeo non placet, τὸ FACIUNT a Mer. Casaubono & Boeclero (quos sequitur Minellius) post Donatum verti per *ostendunt, factas arguunt*. INJURIAE FACIUNT IRAS simpliciter dictum, pro, *efficiunt*, *gignunt*, *conciliant*. Vesterh.

36. Ordo est; *Saepe est, cum, quibus in rebus alius ne iratus quidem est: de eadem causa iracundus factus est inimicissimus*. EST pro *evenit* dixit. Donat. QUIBUS IN REBUS; pro *quibus rebus*, *quibus de rebus*, vel, *quas ob res*. & notandus est hic usus praeposit. *In*. Item illa formula; SAEPE EST, CUM FACTUS EST, pro, *saepe evenit, ut fiat*.

37. Rectum erat si diceret, *cum in hisdem* (*de eisdem*). adjiciendo CAUSA obscuravit elocutionem suam. sed convenit servo haec humilitas orationis. Donatus. Imo, si per Donatum liceret, (cujus auctoritati plus tribuo, quam omnium interpretum recentiorum.) agnoscerem hic ingenium & ubertatem auctoris, cum unum idemque, in una eademque sententia, diverso modo effert.

38. IRATUS — est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur. IRACUNDUS, qui ex parva nullave causa praecedente irascitur. Donatus. IRACUNDUS, πικρόχολος. Pronus in iram. Vesterhov.

39. NOXIS legit Donatus, & *injuriis, culpis* exponit.

Quapropter? quia [40] enim, qui eos gubernat animus, infirmunm gerunt.

Itidem [41] illae mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia.

[40] Fortasse

nit. * Vide Eun. V. 2. 13. IRAS GERUNT. Plaut. Poen. III. 6. 16.

Verum ita sunt isti nostri divites:

Si quid bene facias, levior pluma est gratia:

Si quid peccatum 'st, plumbeas iras gerunt.

Cic. pro Deiot. II. Inimicitias *hominum more* gerere *poteratis*. Pro Coel. 13. *Neque enim muliebres umquam* inimicitias *mihi* gerendas *putavi*. Vesterhov. IRAS GERUNT, exercent. Paraphrastes Delphini: quod probo. at quod *Haat dragen* Belgarum, idem sit cum Nostri IRAS GERERE, quod observat Vesterhovius, de eo vero mihi dubitare liceat.

40. ENIM, hic pro *nimirum*. QUI EOS GUBERNAT. i. e. cui parent: quem regere, moderari, nesciunt: & mirè dictum; *Gubernat infirmus*: quando enim gubernat, necesse est ut infirmus non sit. Id autem vult, pueros esse infirmos ad moderandum affectibus. * Saluft. Catil. I. Animi imperio, *corporis servitio magis utimur*. INFIRMUM GERUNT, habent, possident. Infirmo animo praediti sunt. Ennius:

eo ego ingenio

Natu' sum, amicitiam atque inimicitiam in frontem gero.

Idem Fragment. Lib. IV.

Vos etenim juvenes animos geritis *muliebreis*:

Illa virago virei.

Plaut. Bacchid. III. 4. 21.

Satin' ego animum *mente sincera* gero?

Cic. Offic. III. 29. ex Euripide;

Juravi lingua, mentem *injuratam* gero.

Virg. Aen. I. 319.

Virginis os *habitumque* gerens, *& virginis arma.*

Curt. III. 3. 16. *Eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum Beli* gerebat effigiem. Vesterhov.

41. ILLAE fastidiose, aut, per contemtum dictum.

* *Le-*

[42] Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.

Pa. Abi, Parmeno, intro; ac [43] me venisse, nuntia. *Par.* Hem! quid hoc est? *Pa.* Tace.

[44] Trepidari sentio, & cursari [45] rursum prorsum. *Par.* Agedum, ad fores. 35

Accede

* *Levis sententia* valet, incertum nec stabile consilium. Sic Plaut. Epid. III. 4. 80. Mostell. I. 3. 15. Milite, II. 1. 51. Vesterh.

42. FORTASSE — CONCIVERIT. CONCIVERIT, commoverit. Legitur & CONSCIVISSE. * Sic Plautus (loco incerto): *Fortasse te amorè suspicabere.* (Vesterhovius feliciter restituit, *suspicarier.*) Nam veteres infinitivo modo adjungebant FORTASSE. (* Haec praecedebant quidem in Donati nota, at manifestò huc referenda sunt). Et *rem conscivisse*, est rem novam fecisse. CONCIVERIT, (corr. *Conscíverit.*) decreverit, fecerit. Donatus. Vox *Conciendi* de re magna, sed tristi & infausta usurpatur. Plaut. Amph. I. 2. 14.

Amphitruo actutum uxori turbas conciet.

Merc. V. 2. 36.

iste omnes fluctus conciet.

Trin. II. 3. 8.

importunam tempestapestatem conciet.

* Vesterh.

43. ME VENISSE, NUNTIA.] Ex more (Graecorum), quo peregre redeuntes, de adventu uxores primum per nuntium faciebant certiores. Plaut. Amph. I. 1. 40.

Me a portu praemisit domum, ut haec nuntiem uxori suae.

Vide electa Plautina Parei, Tit. *Perigrinationis.* — Romanorum dominae vel obviam procedebant, utpote multo quam Graecorum liberius habitae, liberioremque flantes spiritum. Vest.

44. *Trepidatio*, ad vocem refertur loquentium. *Cursatio* ad sonum pedum. — Donatus. TREPIDARI.] H. e. cum tumultu quodam pavitari, quod fit in periculo.

Accede propius. hem! sensistin'? *Pa.* Noli fabularier.

Prô Juppiter! clamorem audio. *Par.* [46] Tute loqueris: me vetas.

My. [47] Tace, obsecro, mea gnata. *Pa.* Matris [48] vox visa 'st Philumenae.

Nullus

culo. Adelph. III. 2. 25. Phaed. IV. 5. 3. de muribus in acie fugatis.
Fugerent, & artos circum trepidarent *cavos.*
Liv. I. 7. *Concursu pastorum* trepidari. Vesterh.

45. RURSUM propriè *retro*: PRORSUM, ante significat. Donatus. Haec variè leguntur in Codd. MSS. & impressis: SURSUM PRORSUM. RURSUM ORSUM. ORSUM SURSUM. SURSUM DEORSUM PRORSUM. SURSUM RURSUM PRORSUM. Sic Eun. II. 2. 47. Adelph. IV. 2. 35. Plaut. Amph. V. 1. 60.
Ego cunas recessim rursum vorsum *trahere & ducere.*
Epid. II. 2. 63.
Coepi rursum vorsum *ad illas pauxillatim accedere.*
Gr. πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Gall. *avant & arriere.* Varro apud Nonium: *Mortales multi* rursus ac prorsus *meant.* Vesterh.

46. TUTE LOQUERIS: ME VETAS? Mirè expressus est mos auscultantium. Donatus. Sustuli interrogationem, ut magis sit indignantis. Vesterh.

47. Non solum hic Juno Lucina non inducitur, sed etiam silentium parturienti insuper imponitur: quia furtiva conceptio est. Et tamen ejusmodi verba sunt matris, ut dumtaxat argumentum scientibus manifesta sint: Pamphilo vero & Parmenoni, tamquam aegram continentis filiam videantur. TACE — GNATA. Conceptum furtivum furtim convenit nasci. Donatus. Affirmat Vesterhovius Myrrhinam egressam alloqui filiam parturientem in aedibus: & fallitur; nam si egrederetur Myrrhina, Pamphilus non cunctaretur illam appellare, quod neque fit in hac scena, neque in sequenti.

Nullus ſum. *Par.* Qui dum? *Pa.* [49] Perii! *Par.* Quamobrem? *Pa.* Neſcio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me [50] celas. *Par.* Uxorem Philumenam 40
[51] Pavitare, neſcio quid, dixerunt [52]: id ſi forte eſt, [53] neſcio.

Pa.

48. VOX VISA 'ST-] Omnia haec, quae ſenſu percipi poſſunt VISA dicimus. *Virgilius* (Aen. VI. 257.)
Viſaeque canes ululare per umbram. Donat.

49. QUIA PERII.] Satis amatorie. Donatus. Ita & Dacieria edidit, teſte Veſterhovio. hic tamen cenſet, τὸ QUIA nihil juvare ſenſum, at verſum impedire, neque ſtilum Terentianum ſapere. Num ſtilum Terentii ſapiat, neſcio, at genium ejus ſapit. amator enim perturbatus, praeſertim in re incerta, ſatis nativè, i. e. *amatoriè*, ut Donatus loquitur, hanc reddit cauſam cur *nullus ſit*, ɔ: nullam reddit, dum aliquam ſibi videtur reddere.

50. Ut ut cum Veſterhovio exiſtimem, Parmenonem ſolum incuſari, *quod celet malum.* Tamen nihil abſurdi habet illa altera lectio CELANT: ſi de Philumena & Myrrhina ſermo ſit, quas, confuſus mente adoleſcens, non attendat, nondum ſe conveniſſe. imo ad fores earum conſtitutus, poteſt loqui de iis ut praeſentibus.

51. PHILUMENAM PAVITARE.] PAVITARE τῷ ἐξουθενισμῷ PAVITARE, NESCIO QUID.] *Pavere* & *Timere*, & ad corporis, & ad animi perturbationem veteres referebant. Plautus in Bacchidibus (I. 1. 73.) *Nam ut in mari vecta es, credo timida es.* Ergo, PAVITARE aegrotare: quia ſic horruiſſe viſa ac palpitare venis. Donatus.

52. Sc. Myrrhina, & domeſtici.

53. I. e. Fallor an, ſine dubio, ob eam cauſam, ɔ: *morbum*, clamavit Philumena.

Pa. Interii! cur mihi id non dixti? *Par.* Quia non poteram una [54] omnia.
Pa. Quid morbi est? *Par.* Nescio. *Pa.* Quid? nemon' medicum adduxit [55]? *Par.* Nescio.
Pa. [56] Cesso hinc ire intro, ut hoc quamprimum, quidquid est, certum sciam?
[57] Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? 45
[58] Nam si periculum ullum in te inest, periisse me una haud dubium est.

Par.

54. Cum stomacho pronuntiavit: & deest *dicere.* Donatus.

55. Scilicet ex quo scire posses. Donatus. Videtur id rogare sollicitus de morbi ipsius gravitate, Phidippique & Myrrhinae cura & sollicitudine de salute Philumenae. Donati expositio non placet. Vesterh.

56. In vultu proloquium. (Msf. Hulst. *Cultum proloquium.* Vesterhov.) Sic autem dixit Poeta, ut gravem morbum in uxore suspectans maritus, protinus ingrediatur, & partum improvisus offendat. Donatus.

57. QUONAM MODO, PHILUMENA?] Amatoria ἀποστροφή. AFFECTAM, lassam, possessamque morbo. ab eo quod est *affici*: unde *affectus* dicuntur, propter quos afficimur. Donatus. Pro *possessam* Vesterhovius conjicit defessam: praeter necessitatem. * AFFECTAM. Propriè h. e. languentem. Celsus passim pulmonem *affici*, renes *affectos* dixit. Propert. II. 28. 1.
Juppiter, affectae *tandem miserere puellae.* Vesterh. AFFICERE est vox media: itaque hìc, QUONAM MODO AFFECTAM, commodè exponi potest, *quo in statu.* Sin AFFECTAM significat aegrotam, notam exclamationis, in fine versus, mallem.

58. NAM SI PERICULUM ULLUM.] Non permisit amor dicere *perituram*: Sed

Par. Non [59] usus facto est mihi nunc hunc intro
sequi:
[60] Nam invisos omnes nos esse illis sentio.
Heri nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus fiet, 50
Quod sane nolim, maxume heri causa mei:
[61] Servom ilico introisse dicent Sostratae:
Aliquid tulisse [62] comminiscentur mali,
[63] Capiti atque aetati illorum! morbus qui auctus
fiet.

[64] Hera

Sed SI PERICULUM. Donatus. Aut hic est Hypallage, PERICULUM IN TE INEST, pro, *tu ines* vel, *es in periculo:* aut IN TE hic notat, *de te, quod ad te, tibi.*

59. Non utile. FACTO abundat. Donatus. Vide Heaut. I. 1. 29. Vesterhov.

60. Acutè ejusmodi caussam reperit, quae vel hominem curiosum contineret: quaeque non Parmenonem modo, sed mox etiam Sostratam arceat ab ingressu. Donatus. Sensus est: Sentio omnes. e familia Sostratae invisos esse Myrrhinae & filiae ejus Vesterh.

61. SERVOM — SOSTRATAE.] Mirè, ut criminosius, suspiciosumque sit: non Lachetis aut Pamphili servum, sed Sostratae: nec Parmenonem saltem. Donatus.

62. COMMINISCENTUR. Dicent, * cum confinxerint. Donatus. * Ita Rob. Stephanus & Lindenbruchius. in vetustioribus libris est, *dicent, confinxerint.* Vesterh.

63. CAPITI ATQUE AETATI ILLORUM!] De vi & usu hujus sententiae vide ad Phorm. III. 2. 6. Memini autem observare e doctrina Cl. Perizonii, verba haec παρενθέσει non includenda, neque imprecandi vim habere. Quando sensus fuerit: *Qua re gravior factus sit morbus in caput & salutem atque in teneram aetatem Philumenae;* cujus nomen ominis causa non

[64] Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum. 55

non fuerit nominatum. Vesterhov. Bene τῷ εὐφημισμῷ maluit ILLORUM, quam *puellae* dicere: quod utique intelligitur. Donatus. Ita & Boeclerus τὸ *Illorum* intelligit, seu per imprecationem dictum sit, seu secus. * QUI, unde. Donatus.

64. IN CRIMEN.] Sostrata in litem. IN MAGNUM MALUM.] In quaestionis tormenta. Donatus. LITEM, pro CRIMEN, in Mss. duobus, & multis Edd. esse testatur Vesterhov.

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

So. NESCIO quid jamdudum audio [1] hic tumultuari misera:

Male metuo, ne Philumenae magis morbus [2] adgravescat:

[3] Quod

1. HIC.] Quia nimis vicini sunt. Donatus. TUMULTUARI passivè, aut impersonaliter, pro, *tumultus*, aut *strepitus*, *fieri*, v. *esse*.

2. Gravior fiat, Proprie, quia morbi graves sunt dicti. — Sallust. (in Fragmentis) *Morbi graves ad incedium insolita vescentibus*, Donatus. Cic. Tusc. III. 31; *Si quidem, qui tempestivam medicinam admovens, Non adgravescens vulnus illidat manus.* Virg. Georg. III, 504. *Sin in processu coepit crudescere morbus*, Vest.

[3] Quod te, [4] Aesculapi, & te, Salus, ne quid sit hujus, oro!
Nunc [5] ad eam visam. *Par.* Heus! Sostrata. *So.* [6] Ehem! *Par.* [7] Iterum istinc excludere.
So. [8] Ehem! Parmeno, [9] tun' hic eras? perii! quid faciam misera? 5
Non visam uxorem Pamphili, cum in proxumo hic sit aegra?
Par. Non visas [10]? ne mittas quidem visendi causa [11] quemquam.

Nam

3. Deest *propter*: ut sit, *propter quod*. Donatus.

4. Aesculapius ex Epidauro translatus est Romam, Apollinis filius, Coronei nepos. Vide Ovid. Metam. XV. 622. seqq. Ejus autem & Salutis, seu Ὑγιείας Numen junctim colebatur, junctis etiam statuis. Vesterhov. Aesculapius, medicinae Deus. Salus, sanitatis Dea.

5. Sic *Virgil.* (Aen. VII. 454.) *Respice ad haec.* Donatus.

6. Hem! Interjectio est novas res audientis. Donatus.

7. Bene ITERUM ut illi pudorem incuteret repetitione injuriae. — Simul vide, quam vehementius ad injuriam sonet *Excludi*, quam *Non admitti.* Donat.

8. EHEM! Interjectio est ejus, quae commota sit nova re. Donatus.

9. TUN' HIC ERAS. Ita solent ad subitum conspectum ejus, quem videre vellent. Eun. I. 2. 6. Vest.

10. In Edd. Farnabii, Minellii, & in Usum Delphini comma est, loco interrogationis; & sic simplicior est, & magis aperta negatio Parmenonis. Donatus autem interrogationem agnovit: atque in ea ipsa latet negatio. q. d. servus: *potes tam inepte quaerere, nonne visere debeas ad inimicam tuam? Adeo non debes visere, ut ne mittere quidem quemquam, visendi causa, debeas.*

11. Bene, QUEMQUAM: ne aperte pro se loqui videatur. Donatus.

Nam [12] qui amat, cui odio ipsus est [13], bis facere stulte [14] duco:
[15] Laborem inanem ipsus capit, & [16] illi molestiam adfert.
[17] Tum autem filius introiit videre, ut venit, quid agat. 10
So. Quid ais! an venit Pamphilus? *Par.* Venit. *So.* Dis gratiam habeo.
[18] Hem! istoc verbo [19] animus mihi [20] rediit, & cura ex corde excessit.

12. Plaut. Trin. III. 2. 12.
Nullum beneficium esse duco id, quod, cui facias, non placet. Vesterh.

13. Deest *eam*, vel *eum*. Donatus. At hoc videtur post comma supplendum. BIS, duplici modo.

14. DUCO, puto, existimo.

15. Vanum, frustraneum, suscipit laborem: vel ipse sibi, absque ullo effectu, facessit molestiam.

16. ILLI MOLESTIAM ADFERT.] Bene hoc adjecit: ne qui amat, hoc dicat, *Laborem, dum promerear, quem amo.* Donat.

17. TUM, praeterea. * INTROIIT VIDERE, (pro, *ad videndum, ut videret, visum,*) Locutio Graeca. Supra I. 2. 114. It visere *ad eam.* Phorm. I. 2. 52. *Vultisne* eamus visere? Propert. I. 1. 12. Ibat *& hirsutas ille* videre *feras.* Plaut. Rud. I. 2. 6. *Nunc huc ad Veneris fanum* venio visere. Vesterh. VIDERE — QUID AGAT. Quod supra *Visere.* An *Visere* officii est apud aegros: *Videre*, cognitionis? & ideo additum, QUID AGAT. Donatus. QUID AGAT, Quomodo se habeat, quomodo vivat. Sic & de aegra Adelph. IV. 4. 9. *Rogito, Pamphila* quid agat?

18. HEM! Interjectio foeminina ac matronalis. Donatus.

19. Sc. *Pamphilus venit.*

Par. Jam ea [21] de caussa maxume nunc huc introire nolo.
Nam si remittent quidpiam [22] Philumenae dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo [23] sola soli, 15
Quae inter vos intervenit, unde ortum est initium irae.
Atque eccum video ipsum egredi. quam tristis est!
So. [24] O mi gnate!
Pa. Mea mater, salve. *So.* [25] Gaudeo venisse salvom. salvan' [26]

Philumena

20. Refecta ac recreata sum. Paraphrastes Delph. Plaut. Merc. III. 1. 32.
animus rediit,
Si mecum servatur fides.
Epid. IV. 1. 42.
remigrat animus *nunc demum.*
Truc. II. 4. 15.
ah! aspersisti aquam,
Jam rediit animus.
Contra Plautus Amph. V. 1. 29.
ita mihi animus *etiam nunc* abest. Vest.

21. *Te*, pro DE, ex Edd. Ald. R. Steph. & Junt. affert Vesterhovius: quod omnino praeferendum videtur.

22. MSS. quidam cum Edd. Juntarum, Aldi, Stephani Anni 1540. Anon. PHILUMENAM praeferunt. at altera lectio magis latina videtur. Celso *dolor se remittere* dicitur. Plato Legi. VIII. *καὶ ἐὰν μένουσι δρῶντι λωφᾶτι τὸ νόσημα.* *Si cum haec facias, morbus quippiam remittet.* Sic venti & imbres *remittere* dicuntur. Vesterhov.

23. Sic, SOLA SOLI, dicitur, quomodo *praesens praesenti.* Donatus.

24. Ordo est, O *mi gnate, gaudeo te salvum venisse:* sed intercedit Pamphilus tristis. Donatus. Malim hanc interruptionem nimio matris gaudio adscribere.

25. Formula adventum gratulantis. Sic. Eun. V. 6. 6. Plaut. Epid. I. 1. 5.
Venire salvom gaudeo.
Et. I. 2. 25.
Salvom te gaudeo huc advenisse. Vesterh.

Philumena est? *Pa.* [27] Meliuscula est. *So.* [28] Utinam istuc ita Di faxint!
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis?
Pa. [29] Recte, mater. 20
So. Quid fuit [30] tumulti? dic mihi, an dolor repente [31] invasit?

26. Mirè obviam sibi exeuntem filium nihil aliud, nisi de Philumena interrogavit: ut ostenderet ejus morbum curae sibi esse. Donatus.

27. Hoc & ad morbum, & ad eventum partitudinis verum est. ita non mentitur Pamphilus matri. Donatus. H. e. paullo melior. Cic. Fam. IX. 18. 3. *Ipse melior fio, primum valetudine.* & XVI. 5. 2. *Volebam ad te Marionem remittere: quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres.* Vesterhovius. Phrasis sanè notanda est, *meliusculum esse*, pro, paullulum levari morbo. *Valetudine* autem subauditur, quod docet nos prior locus, a Vesterhovio allegatus.

28. Diligentiore officio loquitur, ut rea apud filium socrus. Donatus.

29. RECTE, MATER.] Sic dicimus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Et bene additum MATER; ut Duritia reticentiae blando nomine molliretur. Alii RECTE sic accipiunt, ut intelligant, *Nihil est mali.* Donatus. Vide Heaut. III. 2. 7. & Adelph. IV. 5. 19. Vesterh.

30. Antiqui sic declinaverunt, *tumulti*, *senati.* ut *Sallustius* (Catil. 53. 1.) *Decretum senati fit.* DIC MIHI, verbum est instantis audire, & * curiosius interrogantis. *Virgilius*, (Ecl. III. 1.)

Dic mihi, Damoeta, cujum pecus? Donatus. * Vide And. IV. 1. 44. atque ibi Comment. Vesterhov.

31. Proprie INVASIT, quia repente. Donatus. Ita frequentius de Metu. Metaphora a subito impetu hostili translata. Vesterhov. *Philumenam* subauditur, & DOLOR, pro morbo, vel *subita morbi accessione*, sumitur; ne quis de dolore Pamphili dictum putet.

Pa. [32] Ita factum est. *So.* Quid morbi est? *Pa.* Febris. *So.* Cotidiana? *Pa.* [33] Ita ajunt.

[34] I, sodes, intro, consequar jam te, mea mater. *So.* [35] Fiat.

Pa. [36] Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque [37] his onera adjuta.

Par.

32. Moris est assentiri ad dicta interrogantium, qui quae vera sunt celant. Donatus. FACTUM EST, pro, accidit.

33. In hac tota interrogatione & responsione, (Autor) colorem induxit secretum, aegre objurgantis. AJUNT inquit (Pamphilus), ne ipse falsum dicere videretur. Donatus.

34. Metuit, ne ingrediatur mater ad soceros, & ideo dicit, I — INTRO. Et apparet INTRO dicentem manu annuere, ut domum redeat. — Necessariò additum: MEA MATER. & SODES; quia I INTRO, durum est. Donat.

35. FIAT.] Abiens dixit hoc mater. FIAT; ne omnino jussis alienis parere videantur. quasi imperemus & nos, quae nos ipsi facturi sumus. Donatus. Subtilis & elegans observatio; sed ordo verborum manifestè turbatus. paullo melior erit, si FIAT postponimus, post τὸ VIDEATUR.

36. Probabilis causa, quae ablegat etiam Parmenonem, — Et simul notandum, quod in hac Fabula ridicule vexatur usque ad ultimum servus & ablegatur, cum sit & piger & curiosus. Donatus. PUERIS, servis, famulis.

37. Locutio antiqua figurata & est ὑπαλλαγή (μετωνυμία legerunt Stephan. & Lindenbr. quod Vesterhovio minus placet) pro, ipsos onera portantes, eis onera adjuta. Donatus. Species ὑπαλλαγῆς, pro, *hos oneribus* sub. portandis *adjuta*. Sic Phorm. I. 2. 49. Gell. II. 19. *Roges, veniant, operamque mutuam dent*, & messem hanc nobis adjuvent. Vesterhov.

Par. [38] Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant? *Pa.* Ceſſas? [39]. 25

38. Jam vide, quomodo ſervetur Parmenoni perſona loquacis, curioſi, pigri. Donatus.

39. De induſtria omnes ablegavit ſuos, ut non audirent quae intus poſt ſcenam ſunt acta: quae tamen populo eſt narraturus. Donatus.

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS. *

[1] NEQUEO mearum rerum initium ullum invenire idoneum,

[2] Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt:

Partim quae perſpexi [3] his oculis, partim quae accepi auribus:

 [4] Qua

* *In hac Scena — tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans, amatoria magis, quam maritalis eſt. nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, niſi adoleſcens furtivum conceptum uxoris, & partum aliquanto lenius, quam conjugalis dolor expetit, toleraviſſet.* Donatus.

1. Haec eſt *Homerica* illa διαπόρησις (Odyſſ. IX. 14.) Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω. — Hoc principium magna διαπορήσει oneratur: ut oſtendantur aerumnae & multae & graves. Donatus.

2. UNDE, a quo. Donatus.

3. HIS pertinet ad exprimendum, quam certò haec viderit, & audierit.

NEC

[4] Qua me propter exanimatum citius [5] eduxi foras.
Nam modo [6] me intro ut corripui timidus, alio
suspicans 5
Morbo me visurum adfectam, ac [7] sensi esse uxo-
rem: hei mihi!
[8] Postquam me adspexere ancillae advenisse, ilico
omnes simul
Laetae exclamant, [9] venit! id quod me repente ad-
spexerant.
Sed continuo [10] voltum earum sensi immutari
omnium,

Quia

NEC OPINANTI, versu priori, erat *non opinanti*, *nihil tale suspicanti*. Festus in Schedis testatur, priscos NEC pro *Non* usurpasse.

4. Tmesis, pro, *quapropter me*. * *Exanimatus*, est conterritus, conturbatus. Ut, (And. I. 4. 7.) *Sed quianam Pamphilum exanimatum video.*
Et *Virgilius* (Aen. V. 805.) *Exanimata sequens impingeret agmina muris.* Don.

5. Vesterhovius hic observat, quod EDUXI celeritatem abitus notet. Id vero mihi nondum probavit, locis quae adduxit. EDUXI ME, est simpliciter, *exii*.

6. Raptim ingressus sum. TIMIDUS pro *timens*. nomen loco participii. Donatus. Contrarium videtur *proripere*. Virg. Ecl. III. 19. *quo nunc se proripit ille?*
Non tamen semper. mox enim versu 16. Corripui *ilico me inde*. Plaut. Merc. III. 4. 76.
Ut corripuit se repente, atque abiit! Vesterh.

7. Percepi, intellexi.

8. I. e, cum viderunt reducem me.

9. VENIT. Exclamatio accommodata ad repentinum gaudium. Et bene reticetur nomen Pamphili, quia non exspectabatur alter. Codd. quidam, VENIRE. Vesterhov. ID, *Propter id.* Causa (additur) cur laetae exclamaverint. Donatus.

10. Horat. Serm. II. 8. 84.

NA-

Quia tam incommode illis [11] fors obtulerat adventum meum. 10
Una illarum interea propere praecucurrit, nuntians,
Me venisse: ego [12] ejus videndi cupidus, recta consequor.
Postquam introii, extemplo ejus [13] morbum cognovi miser.
Nam neque ut celari posset, tempus [14] spatium ullum dabat:
Neque voce alia, ac [15] res monebat, ipsa poterat conqueri. 15
Postquam adspexi, [16] ô facinus indignum! inquam: & [17] corripui ilico

NASIDIENE, *redis mutatae frontis.*
Rationem explicat Cicero, de Oratore III. 57. *Omnis enim motus animi suum quendam a natura habet* vultum, *& sonum, & gestum: totumque corpus hominis, & ejus omnis* vultus, *omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsae.* Vest.

11. FORS OBTULERAT.] *Offerri* dicuntur tam bona quam mala, si insperata objiciantur aspectibus (i. e. sensibus.) Donatus. FORS, i. e. fortuna.

12. Eam videndi, Philumenam scilicet. * Non erit plena vis repentini doloris, si aliquid praesentiens suspicatur. Et ideo addidit. EGO —RECTA CONSEQUOR. Donatus.

13. MORBUM mitiore animo, quam *vitium* dixit, aut probrum. Donatus.

14. SPATIUM, moram. Donatus.

15. Partus. Donatus. Sensus est; neque ipsa Philumena potuit gemitu suo alium adsimulare morbum, vel dolorem, quam revera erat,) parturientis.

16. Hoc non ad Philumenam, sed ad auctorem vitii refertur. Donatus. INDIGNUM, foedum, turpe.

17. Repetit *Corripiendi* verbum ex versu 5. ut notet, eadem celeritate se exisse, qua intraverat. Vest.

Me inde lacrumans, incredibili re, atque [18] atroci percitus.
Mater [19] consequitur. [20] jam ut limen exirem, [21] ad genua accidit
Lacrumans misera: miseritum est. profecto [22] hoc sic est, ut puto.
Omnibus nobis ut [23] res dant sese, ita [24] magni atque humiles sumus. 20

Hanc

18. Aspectu horrendâ commotus ac perturbatus. Paraphrastes Delph. ATROCI, vehementi. Donatus.

19. Actutum insequitur me, vestigiis meis inhaeret.

20. Videtur sensus esse, *Jam in eo eram, ut limen exirem. jamjam exiturus limen eram.* Vest.

21. In genibus misericordiae sedem fixere. Unde Homericum illud: θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Sed & inde libellos supplices Deorum genibus affigebant in templis. quod Juvenali Sat. X. dicitur,

genua incerare Deorum.

Suet. Caes. 20. *Lucullo — tantum calumniarum metum injecit, ut* ad genua *ultrò sibi* accideret. Virgil. Aen. III. 607.

Dixerat: & genua amplexus, genibusque volutans Haerebat.

Adi Plin. Hist. Nat. XI. 45. Sed, Ad pedes accidere, Ad pedes se subjicere, Ad pedes procumbere, Projicere se ad pedes, Ad pedes se provolvere, Procumbere ad genua, Ad pedes procidere, Provolvi genibus, Accidere genibus, Cicero, Caesar, Livius & Tacitus dixerunt. Vesterh.

22. Res eleganter dicitur *esse*, h. e. vera esse. Plaut. Epid. I. 1. 17.

Quid tibi vis dicam, nisi quod est?

Pseud. I. 5. 36.

Sint *illa, necne* sint.

Plura collegit Pareus Lexic. Plaut. *v. esse.* Vest.

23. DANT SESE ɔ: praebent, sub. *secundas, vel adversas.* vel, DANT SESE, obtingunt, eveniunt, sub. *benè aut secus.* Exempla hujus Phraseos a Vesterhovio

Hanc habere orationem mecum a principio [25] instititit.

[26] O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit, caufam vides.

Nam vitium eft [27] oblatum virgini olim [28] ab nefcio quo improbo.

Nunc

hovio allata, ad res tantum fecundas fpectant, adeo non funt hujus loci. * In hanc cogitationem incidit (Pamphilus), ex Myrrhinae nobilis matronae miferanda fpecie, quae dignitatis fuae oblita, ad pedes ejus fe abjecerat. Mer. Cafaubonus.

24. Ubi MAGNI & HUMILES fibi invicem opponuntur, illi funt fuperbi, elatis animis, ὑπέρθυμοι, hi obfcuri, abjecti & ignobiles. Plaut. Mil. IV. 2. 53.

Magnum *ma faciam*
Nunc, *quoniam illaec me collaudat.*

Unde *magnifica verba*, Eun. IV. 6. 3. & *magnificentia*, Phorm. V. 7. 73. Contra Phaedrus I. 30. 1.
Humiles laborant, *ubi potentes diffidunt.* Vefterh.

25. INSTITIT. Mff. Mark. & Traject. INSTITUIT. Edit. Anon. INSTRUIT. Cic. Fam. X. 16. *Flagitare fenatus* inftitit *Cornutum.* Livius paffim. Vefterhov. Quid ergo intelligit per INSTITIT? an cum Fabro in Thefauro, *ingreffa eft*, *inftituit*, feu *Incepit* cum Minellio? Cur vero, fi hic fit fenfus verbi, A PRINCIPIO additum eft? Fortè τὸ *a principio* referendum eft ad ORATIONEM; ut fit, HANC ORATIONEM A PRINCIPIO fubaud. *ad finem* MECUM &c. Quidni vero, INSTITIT, hoc loco fit *perfeveravit?*

26. A nomine, & blandimento, mirè: quia fecreta confitetur. Ut *Virgilius* (Aen. IV. 20.)
Anna, *fatebor enim*, *miferi poft fata Sichaei.*

* A principio idem elaboravit, ut adverfus pudorem confcientia & voce & confeffione duraret. Donatus.

* Haec videtur adnotaffe Scholiaftes ad ultima verba verfus praecedentis.

Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.

[29] Sed cum orata ejus reminiscor, [30] nequeo, quin lacrumem miser. 25

[31] Quaequae fors fortuna est, inquit, nobis quae te hodie [32] obtulit,

Per eam te [33] obsecramus ambae, [34] si jus, si fas est, uti

[35] Ad-

27. OBLATUM.] ad repentina pertinere superius annotavimus. VIRGINI.] quasi quae falli posset. Don.

28. Mire contemsit personam, dicendo NESCIO QUO. Donatus. IMPROBO, flagitioso tenebrione. Paraphrastes Delph.

29. Bona παρένθεσις. Donatus. ORATA EJUS. Supplicis socrus verba. Sic infra IV. 1. 60. Vest.

30. Videtur quasi distillantes fletus detergere. NEQUEO. Deest *continere*. Donatus.

31. Ita ferè loquebantur, quoties laeti quidquam sibi obtigisset, & incerti essent, cui Deorum Dearumve id acceptum esset ferendum. Plaut. Rud. I. 4. 37.

quisquis est *Deus*, *veneror*.

Virgil. Aen. IV. 576.

sequimur te, *sancte Deorum*,

Quisquis es. Vesterh.

FORS FORTUNA.Ὑ'φεν. id est, subita fortuna. Et FORTUNA in incerto: FORS FORTUNA in bono ponitur. Donatus.

32. ɔ: insperatum attulit, adduxit, nobis.

33. Vesterhovius testatur, quosdam, cum Donato, habere OBTESTAMUR. Donatus observat, quod *obtestatio* sit precatio cum mentione earum rerum per quas petimus: & advocat hoc Virgilii, Aen. V. 798.

per eversae, *genitor*, *fumantia Trojae Excidia* obtestor.

34. Utrum hoc invidiose, an quasi foemina quae leges nesciat? Donatus. Si per

35 Advorsa ejus per te tecta, taciraque apud omnes fient.
36 Si umquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile.
37 Sine labore 38 hanc gratiam, te, ut sibi des pro illa, nunc rogat. 30
Caeterum 39 de reducenda id facias, quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neque gravidam esse ex te, 40 solus conscius.
Nam ajunt tecum 41 post duobus concubuisse eam mensibus.

Tum

per jura humana divinaque licitum est. Paraphrast. Delph. De usu & vi vocis SI, vide And. I. 5. 56. Vesterh.

35. Mirè non *crimen:* sed ADVORSA TECTA, si reducis: TACITA, si repudias sub alia excusatione. An idem significant? an potius, *Neque re, neque verbo indices?* — TECTA sint, ne haec alii sciant: TACITA, ne ipse indices. Donatus. Vide supra I. 2. 91. PER TE, exponunt, *tuo beneficio.* sed potest & esse; *quantum in te est, quantum ad te attinet.*

36. Ab anteacta vita. Donatus.

37. Guyetus ridiculum vocat illud, SINE LABORE; non cogitans idem esse, quod, nullo negotio, facili opera, seu, quod commodo tuo facere possis. Vesterhov.

38. Id est, hoc beneficium, hanc gratiae relationem, seu, benevolentiam vicissim praestandam: Sc. *ut tegas infortunia sua.* * HANC GRATIAM UT SIBI DES PRO ILLA, Dixit uti Plaut. Capt. III. 5. 63. *Ergo ab eo petito* gratiam *istam.* Pro beneficio nimirum, quod comitatur gratia. Vest.

39. Sc. *domum*, seu, in matrimonium recipienda.

40. Hoc nomine ostendit tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus (sc. eam a se impraegnatam non esse) Donatus.

Tum, postquam ad te venit, mensis [42] agitur hic jam septimus:
Quod te scire, ipsa indicat res [43]. nunc si potis est, Pamphile, 35
Maxume volo, doque operam, ut clam [44] eveniat partus patrem.
[45] Atque adeo omnes. sed si fieri id non potest, quin sentiant,
Dicam [46] abortum esse: scio, nemini [47] aliter suspectum fore,

Quin,

41. POST DUOBUS, est ἀναστροφή, pro, DUOBUS POST. id est, non statim ut nupta sit, sed, postquam nupta est, post duos menses nuptiarum: ut sint reliqui quinque menses. — Donatus. Hic est versuum duorum ordo. *Nam postquam ad te venit, mensis agitur hic jam septimus. Tum ajunt, tecum post duobus concubuisse eam mensibus* Vesterhov. Sed haec nimia est Synchysis. TUM hic possit denotare *at*, *jam vero*.

42. I. e. currit, labitur, nondum etiam praeteriit.

43. Quia contristatus corripuisti te foras. Donat.

44. Edatur proles, aut, partitudo fiat. PATREM, sc. *Philumenae*, Phidippum. Nota *Clam* cum Accusandi casu, contra quosdam Grammaticos.

45. ATQUE ADEO, elegans intendendi formula, pro, *immo*, *quin immo*, *&* *quod plus est*. Cic. pro Planc. XIX. *Posco* atque adeo *flagito*.

46. Deest *natum* vel *factum*, — Rationabiliter dixit, fit enim abortus mense septimo sine pernicie foeminae. Donatus. ABORTUM ESSE, pro, vel, *Abortivum esse*, sc. *foetum*. uti Vesterhovio teste in quibusdam Mss. & Edd. veteribus extat: vel, *abortatum esse*, seu *abortionem factam*. Notum est, verba deponentia, interdum passiva significatione a priscis usurpari.

47. Aliam suspicionem nemini orituram.

Quin, quod verisimile est, ex te [48] recte eum natum putent.
Continuo exponetur. hic tibi [49] nihil est quidquam incommodi: 40
Et illi miserae, [50] indigne factam injuriam contexeris.
[51] Pollicitus sum: & servare in eo certum 'st, quod [52] dixi, fidem.
Nam [53] de reducenda, id vero [54] neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam: etsi amor me graviter, [55] consuetudoque ejus tenet.

[56] La-

48. Capiunt vulgo de septimo mense, qui *justus partus* nuncupetur legibus. Mihi ideo *recte natus* dicitur, quia non ex furtivis amoribus, sed legitimo matrimonio poterat videri conceptus, atque ex patre quem nuptiae demonstrabant. In eandem sententiam τὸ RECTE occurrit infra IV. 1. 16. Vesterhov. Nove dixit *Natum abortum*: quasi abortus nascatur. NATUM ergo pro facto conceptoque dixit. Donatus.

49. NIHIL — QUIDQUAM, est παρέλκον quartum: ut, *nihil vidi quidquam laetius*. Donatus.

50. Turpiter illatam contumeliam, stupri sc. Comma, post MISERAE, non est in Edd. Delph. & Minell. rectius ut opinor.

51. Plus quam *promisi*. Donatus.

52. DIXI, promisi. Donatus.

53. H. e. quod ad reducendam attinet. Plaut. Rud. IV. 7. 2.
de illo vidulo,
Si sapias, sapias: habeas quod Di danunt boni.
Cicero saepius. Vesterhov.

54. NEUTIQUAM, non est omnino negativum, sed aliquid assensionis habet. Est enim NEUTIQUAM, non nimis, non valde. Donatus.

55. Videtur per ἓν διὰ δυοῖν dictum, AMOR CON-

[56] Lacrumo, quae posthac futura 'st vita, quum in mentem venit, 45
[57] Solitudoque. [58] O fortuna; ut numquam perpetuo es bona!
Sed jam prior amor [59] me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Quem ego tum [60] consilio missum feci: [61] idem nunc huic operam dabo.
Adest Parmeno cum pueris: hunc [62] minime 'st opus

In

CONSUETUDOQUE, pro, *amor consuetus.* Sic And. I. 1. 108.
ut consuetum *facile* amorem *cerneres.*
Possit & AMOR ad affectum maritalem referri, CONSUETUDO ad ipsam *συνουσίαν.* Vesterhov.

56. Ordo est, LACRUMO, CUM IN MENTEM VENIT. QUAE, modo vim pronominis non tenet, sed querelae. Donatus.

57. Societatis carentia, vita solitaria, coelibatus.

58. Hic *Fortunam* pro bona posuit. Legitur & (in extremo versu) DATA: Donatus. Ennius Annal. VIII.
Haud quaquam quemquam semper Fortuna sequuta 'st.
Stobaeus ἐκ τοῦ κιθαριστοῦ:
ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστι, καὶ πλάνον τύχη!

Dixit autem, UT NUMQUAM PERPETUO ES BONA! uti Propertius II. 33. 35.
Me miserum, ut multo nihil est mutata Lyaeo! Vest.

59. Sc. Bacchidis, quam invitus reliqui, adsuefecit me, ad hoc divortium cum Philumena, aequo animo ferendum.

60. De industria, ratione & prudentia.

61. Sensus est; Etiam id operam dabo huic amori, uti nimirum eum missum faciam And. I. 1. 130.
Et nunc id operam do. Vest.

62. Omnino non expedit, eum praesentem esse, dum parit Philumena, vel quicquam de ea re sentire.

In hac re adesse. nam olim soli credidi; 50
[63] Ea me abstinuisse in principio, cum data est.
Vereor, si clamorem ejus hic crebro audiat,
Ne parturire intelligat. Aliquo mihi est
Hinc [64] ablegandus, dum parit Philumena.

63. Vide supra I. 2. 70.
64. Ita solent de iis, quorum praesentia molesta est. Vesterh.

ACTUS TERTII

SCENA QUARTA.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

Par. [1] AIN' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter?
So. Non hercle verbis, Parmeno, dici potest
Tantum, quam re ipsa [2] navigare incommodum 'st.

Par.

1. *Alia ratio est, currentis ad argumenta: alia actuum Comicorum. Sed perfecti poëtae est ita servire argumento, ut tamen spectator novis delectationibus teneatur. Nam in hac Scena, donec perveniat ad Pamphilum Parmeno, hoc ἐύρημα inducitur, cum hoc ostenditur, quid mali sit navigatio.* Donatus. INCOMMODUM EVENISSE, molestum, aerumnosum fuisse. • AIN' TU? admirantis formula. Vide Parei Lexic. Plaut. ITER.] Intelligit navigationem. Unde mox, ES INGRESSUS MARE. Sed & *ire* pro navigare, & *cursus* pro navigatione passim usurpantur. Vesterhov.

2. Cicero Att. V. 12. *Negotium magnum est navigare.* Menander.
πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.

Par. Itane eſt? *So.* [3] O fortunate! neſcis quid mali

[4] Praeterieris, qui numquam [5] es ingreſſus mare. 5
Nam alias ut omittam [6] miſerias, unam hanc vide:
[7] Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea [8] ſemper mortem expectabam miſer.
Ita [9] usque advorſa tempeſtate uſi ſumus.
Par. [10] Odioſum! *So.* [11] Haud clam me eſt. [12] denique hercle [13] aufugerim 10

Potius,

Naevius incerta Tragoedia.
Namque nullum pejus macerat humanum
Quamde mare ſaevum, vires cui ſunt magnae,
* *Topper confringent importunae undae.* Veſterh.
* Topper *citò*, *facilè*, interprete Feſto.

3. Bene majori affectu, dicens, O FORTUNATE! quam ſi reſponderet, *Ita.* Donatus.

4. Effugeris, evitaveris.

5. Proprie dixit, INGRESSUS. nam qui jam navigavit, *Egreſſus* dicitur. *Virgilius* (Aen. I. 176.)
Egreſſi optata potiuntur Troes arena Donatus.
Sic Plaut. Pſeud. IV. 2. 4. *Ingredere in viam.* Quinctil. Declam. VI. 21. *Ingreſſus eſt maria.* Veſterhov.

6. Calamitates navigationis.

7. Accuſativus caſus plenum numerum & continuationem rei ſignificat. Donatus.

8. Horis omnibus, cum continuatione triginta dierum. Donat. EXPECTARE de malis etiam dicitur. Quidam exponunt, *formidabam*; Quo nonnihil de vi ſententiae decedit. * Juvenal. Sat. XII. 57.
I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quattuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima taeda. Veſterh.

9. USQUE, vel *diu*, vel *valde.* Donat.

10. Sc. mortem tamdiu expectare. * Nomen pro adverbio poſuit. Donatus.

11. λίαν οἶδα. pro, ego maxime intelligo, quam odioſum ſit. Donatus.

Potius, quam [14] redeam, si eo mihi redeundum siet.
Par. Olim quidem te causae impellebant leves,
[15] Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
Sed Pamphilum [16] ipsum video stare ante ostium.
Ite intro. ego hunc adibo, si quid me velit. 15
Here, etiam tu nunc hic stas? *Pa.* Equidem te exspecto. *Par.* Quid est?
Pa. [17] In arcem transcurso opus est. *Par.* [18] Cui homini? *Pa.* Tibi.

Y 2 *Par.*

12. Ut uno verbo dicam.

13. Conjunctivum modum posuit pro indicativo futuro, vel, ut alii dicunt, permissivo. AUFUGERIM. Sic veteres, quod nos, *Fugerim.* Donatus. Aut hoc praeter expectationem dictum est comico more: aut poenam servorum fugitivorum atrocissimam fuisse oportet. cujus periculum hic cum malis navigationis in comparationem venire possit.

14. Iterum in Imbrum proficiscar. Paraphr. Delph. iterum ingrediar mare.

15. Ordo est; *ut faceres, quod nunc minitaris facere,* * Artificiose. Et in Andria sic ait recusanti perjurium servo Mysis
Nova nunc religio in te incessit.
FACERE, UT FACERES; Comicum est & Terentianum. Donatus.

16. IPSUM, a quo missus sum: vel dominum, ut Graeci dicunt αὐτόν. Donatus. Vide ad And. II. 2. 23. Vesterh.

17. IN ARCEM.] Videtur intelligere ἀκρόπολιν in medio urbis sitam. Si tamen Piraeeum portum intelligas, fiet Parmenoni via longior, quod quaerebat Pamphilus. Tum, quid Callidemidi tantum non (fortè, *quod*) advecto, in ipsa ἀκροπόλει? Et possit videri homo hospes subsedisse in portu, atque ibi mansisse adventum Pamphili. Vesterhov. TRANSCURSO OPUS EST, pro transcurrendum est.

18. Cum recusatione pronuntiandum. & est pigri responsio, laborem ad alium transferentis. Donatus.

Par. In arcem! quid eò? *Pa.* Callidemidem [19]
hospitem
[20] Myconium, qui mecum una advectus est, conveni.
Par. Perii! [21] vovisse hunc dicam, si salvos domum . 20
Redisset umquam, ut [22] me ambulando rumperet.
Pa. Quid cessas? *Par.* Quid vis dicam [23]? an conveniam modo?
[24] Immo, quod constitui me hodie conventurum eum,

Non

19. Vel quod hospitii jus cum eo contraxisset Pamphilus, vel quod peregrinus esset. Posterius magis placet, quia caeteroquin ad coenam abducendus statim fuerat; Vesterhov.

20. Ex Mycone insula, Cycladum una, in mari Aegaeo. Vesterh.

21. Facetè dixit. More enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitati, vovent aliquid si * pervenerint. Et convenit hoc Pamphilo: quem supra malè navigasse audierat. Donatus. * Vesterhovius legendum conjicit; *si salvi domum pervenerint*. Quidni autem *Pervenire* sit, ad optatum locum (quo tendas) venire. Multae dictiones in veteribus Scholiastis occurrunt, benè sine dubio latinae, at quas in Lexicis frustra quaesiveris. DICAM, pro, dicere ausim.

22. Ex nimia nimirum intentione virium in currendo. unde & porro RUMPERE, pro *interimere*, usurpatur. Liv. XXII. 10. *Si quis rumpet, occidetve insciens, ne fraus esto*. Vesterhov.

23. Non enim mandaverat quicquam, qui sine causa mittebat, — AN CONVENIAM MODO? *εἰρωνικῶς* dixit. Nam non hoc interrogantis simpliciter. Donatus.

24. Deest, *nuntia*. — Et sumitur a superiori sententia, qua dixit, *Quid vis dicam?* IMMO, QUOD CONSTITUI ME HODIE.] Apparet eum hanc con-

Non posse; ne me frustra illic exspectet. [25] vola.
Par. [26] At non novi hominis faciem. *Pa.* At faciam, ut noveris. 25
[27] Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius,
[28] Cadeverosa facie. *Par.* [29] Dii illum perduint!

Y 3 [30] Quid

conquisitam, & vix corrasam invenisse causam. Donatus.

25. ἠθικῇ ὑπερβολῇ usus est. Ita curras, ut volare magis, quam currere videaris. Donatus.

26. Moralis expressio pigritiae, in tot excusationibus posita est. — Stomachose pronuntiandum AT. quod & Pamphilus repetit dicens, AT FACIAM &c. Donatus. Plaut. Pseud. IV. 7. 99.

Quem ego hominem nullius coloris novi.

Apulej. Apolog. *Etiam libenter te, nuper usque, albus, an ater esses, ignoravi.* Vesterhov.

27. Properatio, συναθροισμός. Et acervo sine conjunctivo est usus. Imperite *Terentium* de Myconio *crispum* dixisse ajunt, cum Apollodorus *calvum* dixerit: quod proprium Myconis est. ut Lucilius, *Myconi calva omnis juventus.* — Sed ego *Terentium* puto scientem facetius Myconium *crispum* dixisse. CAESIUS, glaucis oculis quasi felis oculos habens Donatus. Similis descriptio ad internoscendum hominem est Heaut. V. 5. 17. Cic. Herenn. IV. 49. *Hunc dico, judices, rubrum, brevem, incurvum, canum, subcrispum, caesium, cui sane magna est in mento cicatrix, si quomodo potest vobis in memoriam redire.* Pacuvius, Duloreste:

Amplus, rubicundo colore, spectu protervo, ferox,
Voce suppressa, caperata fronte, vultu turbido.

Idem, Antiopa:

Capite brevi; cervice anguina, adspectu truci.

τὸ CRASSUS autem ad abdomen respicit. Gr. προγάστωρ. *Ventriosus* Plauto. Vesterhov.

28. Observat Vesterhovius in multis Mss. & Edd legi; CADAVEROSA FACIES

[30] Quid ſi non venlet? maneamne usque ad veſperam?

Pa. [31] Maneto. curre. ***Par.*** Non queo [32]: ita defeſſus ſum.

Pa. Ille abiit [33]. quid agam infelix? prorſus neſcio,

30

Quo

CIES. & Parmencni haec verba tribui. Atque illi videtur Parmeno ea optime intuliſſe; q. d. χαρίεις ὥσπερ νεκρός, ſeu non magis venuſtus, nec minus deteſtandus (ex deſcriptione ſc. Pamphili), quam cadaver. Ejusmodi Gr. νεκρώδες, Plauto *Morticinus* dicitur Perſ. II. 4. 12. eodem obſervante. Turnebus Adverſ. XI. 12. ita: *Aliis ſublivida eſt, & perſonata rubore & livore: aliis pulpoſa & craſſa, quaſi carnoſa; quum caro proprie ſit, quae anima caret.* (Utraque haec interpretatio eſt Donati) *Ego* cadaveroſam faciem *foedam & turpem* interpretor. Barthio Adverſ. XXIII. Cadaveroſa facies *confectam aerumnis ſpeciem* ſonat. Joh. Theodorico Bellovaco notatur *facies immanis & ſaevitiam arguens, qualem ſicarii prae ſe ferunt.* Denique Veſterhovii opinio eſt, *macilentam faciem* hic notari poſſe, quando magis etiam ridiculum videatur & ἀτίσαλον, nimirum *homo craſſus, macilenta facie.* Ad hanc ſententiam accedo: ita tamen ut per FACIEM CADAVEROSAM, intelligi putem, *exſanguem, extremè pallidam,* ſeu, *luridam.* nec obſtat, quod antea dixit, RUBICUNDUS, nam in hac ipſa contradictione ipſa vis Comica continetur.

29. More pigrorum, male optat ei, propter quem mittitur. Donatus.

30. Omnia dicit, ne eat. Idem. VENIET, *hoſpes* ſc. *in arcem*, aut *Pyraeeum.*

31. Comicè haec duo, tam diverſa, juncta ſunt.

32. Hoc in geſtu & ſpectaculo plus eſt: nam inceſſu & * auctor exprimit laſſitudinem. Donatus * pro *auctor*, Veſterhovius reponendum opinatur, *anhelitu.* Alius, pro *Et*, legi mavult, *Ejus.* Fruſtrà utrique: Per

Et

Quo pacto hoc celem; quod me oravit Myrrhina,
[34] Suae gnatae partum. nam me miseret mulieris.
[35] Quod potero, faciam: tamen ut pietatem colam.
Nam me parenti potius, quam amori [36] obsequi
Oportet. [37] at at! eccum Phidippum, & patrem 35
Video. [38] horsum pergunt. quid dicam hisce? incertus sum.

Et intellige *etiam*, per *anctor*, *Terentius* intellige: ita sententia Grammatici bene habet.

33. Quasi dicat, Licet jam loqui. Donatus.

34. SUAE GNATAE PARTUM.] ἐπεξήγησις. Idem.

35. Promittit, se taciturum de vitio Philumaenae oblato, sed non reducturum domum; id enim pietas in matrem prohibere videbatur. Plaut. Asin. III. 1. 6.

Hoccine est pietatem colere,
matris imperium minuere?
Vesterhov. TAMEN.] pro *dumtaxat*, *ita tamen*. Donatus.

36. Scilicet uxoris. Donatus.

37. Interjectio est conterriti & conturbati. Donatus.

38. HORSUM, huc, hanc partem versus. * PERGUNT, modo pro *eunt*. alias *perseverant*. Donatus.

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

LACHES. PHIDIPPUS. PAMPHILUS.

La. [1] DIXTIN' dudum, illam dixisse, sese exspectare filium?

Ph. [2] Factum. *La.* Venisse ajunt: redeat. *Pa.* Quam causam dicam patri,

[3] Quamobrem non reducam, nescio. *La.* Quem ego hic audivi loqui?

Pa. Certum [4] obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.

La.

1. *Facetè principium est interrogantis ita, ut sciat, quid sibi responsurus sit, quem interrogat. Illaturus est enim argumentum per ἐπαγωγήν.* Donatus. DIXTIN' DUDUM.] Quia dixerat, *Sanctè adjurat, non posse (apud vos) Pamphilo se absente perdurare* — Captiosa interrogatione coepit, dicturus, VENISSE AJUNT: REDEAT. Idem.

2. Id est, Dixisse illam, aut me. Donatus.

3. Habet causam: sed non vult veram dicere, & praeterea non vult cum invidia matris suae loqui: si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. Donatus.

4. Adversus omnia obstinatè agere, id est, contra omnes. Donatus. OBFIRMARE VIAM.] Firmiter & pertinaciter insistere viam (id est, propositum, consilium.) quam mihi persequendam proposui. Paraphrast. Delphini. Cic. Fam. IV. 13. 18. *Et certè omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus pervenire posse.* Vesterh. PERSEQUI, id est, urgere, insistere dum perfecerim. OBFIRMARE hic possit esse, imperterrito animo ingredi, seu, capessere.

La. Ipſus eſt, de quo [5] hic agebam tecum. *Pa.* Salve, mi pater. 5
La. Gnate mi, ſalve. *Ph.* [6] Bene factum te adveniſſe, Pamphile:
Atque adeo, quod maximum 'ſt, ſalvom atque [7] validum. *Pa.* [8] Creditur.
La. Advenis modo? *Pa.* [9] Admodum. *La.* Cedo, quid reliquit Phania,
[10] Conſobrinus noſter? *Pa.* [11] Sane hercle homo voluptati obſequens
Fuit, dum vixit: & qui [12] ſic ſunt, [13] haud multum heredem juvant. 10

5. In pluſculis libris eſt, HOC AGEBAM. Veſterh. i. e. tractabam, conferebam tecum ſermonem.

6. Id eſt, proſperè contigit, te adveniſſe. Paraphraſt. Delph. Formula adventum gratulantis. Sic infra V. 4. 17. Phorm. II. 1. 25. Veſterh.

7. αὔξησις ad ſalutem. *Validus* namque robuſtus, & habitior corpore. Donatus.

8. Minus blande reſpondet, de repudio locuturus. Idem.

9. Non tantum igitur MODO, ſed ADMODUM MODO. πάνυ ἀρτίως. κομιδῆ ἀρτίως ἦλθον. Veſterhov.

10. Quum ex fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore, *Conſobrini:* quum ex fratribus, *patrueles* dicuntur. Donatus.

11. *Satis, validè.* nam qui ſanus, & validus eſt. Donatus. VOLUPTATI OBSEQUENS, voluptatibus deditus, & deliciis incumbens. Paraph. Delph. Plaut. Pſeud. V. 1. 26.
cordi atque animo ſuo
Obſequentes.
Bacchid. III. 3. 12.
eſt libido homini ſuo animo obſequi. Veſt.

12. H. e. qui hujuſmodi ſunt morati moribus. Vide And. V. 4. 16. Veſterhov.

13. Parum conſulunt heredi. Donatus.

Sibi vero hanc laudem relinquunt [14]: vixit, dum vixit, bene.

La. Tum tu igitur nihil adtulisti huc plus [15] una sententia?

Pa. [16] Quidquid est id, quod reliquit, [17] profuit. *La.* Immo [18] obfuit:

Nam illum vivom, & salvom vellem. *Ph.* [19] Impune optare istuc licet:

Ille reviviscet jam numquam. & tamen utrum malis, scio: 15

La. Heri Philumenam ad se arcessi [20] hic jussit. [21] dic jussisse te.

Ph.

14. Bene & facete; nihil heredi relinquunt, sibi vero relinquunt. — VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Hoc enim scilicet reliquit. Donat. Diversa significatione utitur τῷ VIXIT. Est enim BENE VIXIT, genio suo indulsit. Vide Eun. V. 9. 44. quae *Bona vita* dicitur Senecae Epist. 123. Vesterhov.

15. Expressit animum avari senis. Donatus.

16. QUIDQUID, & ad parvitatem refertur. Ut, *At enim id mihi satis est, quod est de me opinionis*, quidquid est. Donatus. QUIDQUID EST, Formula in re ambigua usurpata. Vest.

17. Compendium nobis & emolumentum attulit. Paraphrast. Delph. PROFUIT, Non est quod ejus poeniteat. Mer. Casaubonus.

18. Morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui quum audierint sibi aliquid esse relictum tunc tristes se fingunt. Donatus. Tristitiam ob mortem alicujus, *Offi num doloris* appellat idem Grammaticus. OBFUIT, damnum attulit.

19. Sine damno. * Bene IMPUNE: quia heredi poena est mortuos reviviscere. — Si optata evenirent, numquam, inquit, optares, ut ille reviviceret. Donatus.

20. Loquitur Pamphilo, de Phidippo. * Et HERI, ET JUSSIT, bene: ut breve tempus sit, & coacta videatur exisse. Donatus.

Ph. Noli [22] fodere. jussi. *La.* Sed eam jam remittet. *Ph.* Scilicet [23].

Pa. Omnem rem scio, ut sit gesta: adveniens audivi omnia.

La. [24] At istos invidos Dì perdant! qui haec libenter nuntiant.

Pa. Ego me scio cavisse, ne ulla [25] merito contumelia 20

Fieri a vobis [26] posset. idque si nunc memorare hic velim,

Quam fideli animo, & benigno in illam, & [27] clementi fui,

Vere

21. Haec Laches Phidippo in aurem dicit. Vesterh.

22. Et haec Phidippus Lacheti soli. Videbatur vero Laches Phidippum durius tundere seu digito, seu cubito. Bona pars MSS. & Edd. exhibet, FODERE LATUS. Cic. Philipp. II. 34. *Num exspectas, dum te stimulis fodiam?* Vesterhov. *Fodere*, hic est latus alicujus manu vel pungere, vel tundere. quod facimus monendi gratia, & suggerendi, & impellendi. Horat. Epist. I. 6. 50.

*Mercemur servum, qui dictet nomina, * laevum*

Qui fodiat latus. Paraphrast. Delph. * Baxter edidit, *saevum — fodicet*.

23. *Remissurum*, subauditur. i. e. certè remittam.

24. τὸ AT initio sententiae abruptè positum indignationis & commoti animi signum est. Supra I. 2. 59. Virg. Aen. II. 535.

At *tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis*. &c. V. INVIDOS, qui concordiae & amori conjugum invident. Paraphrast. Delph.

25. Mirè addit MERITO. Non enim *cavere*, inquit, ne fieret ea potui. Igitur, ne merito fieret, quod in me fuit (*cavi*.) Donatus. Ne quidquam mihi a vobis contumeliose exprobrari posset. Paraphrast. Delph.

26. Parentes Philumenae videtur intelligere.

Vere possum: ni te ex ipsa haec magis velim resciscere.
Namque eo pacto maxume apud te meo erit [28] ingenio fides,
Quum illa, quae nunc in me iniqua est, [29] aequa de me dixerit. 25
Neque mea culpa hoc [30] discidium evenisse, id testor Deos!
Sed quando sese esse [31] indignam deputat matri meae,
Cui

27. Leni, miti. * FUI, pro *fuerim*. indicativum pro conjunctivo posuit. Donat.

28. Credes, quod tali animo fuerim erga Philumenam.

29. INIQUA, AEQUA. παρωνομασίαι Terentianae. Et bonum argumentum. Nam & *Virgilius* (Aen. I. 629.),

Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.

inquit. Et *Cicero*, *Te ipso teste iniquo, atque improbo: verum ad hanc rem satis idoneo: te, inquam, teste dicam.* — Adversarii testimonium, si *contra se dicat*, tam grave est, quam vel boni viri. Donatus.

30. Discordiam, aut divortium.

31. Indignum se putat, eò usque se demittere &c. sc. ut matri meae obsecundet.) Mer. Casaubon. Se ipsam existimat tanti, ut nolit obsecundare matri meae, & rem indignam esse putat, si ei se submittat. Paraphrastes Delph. CUI CONCEDAT, Sensus: quae concedat matri meae. Syntaxis autem, INDIGNAM MATRE MEA, postularet. Sed antecedens hic sequitur casum relativi. Ut in Eunucho; *Eunuchum quem dedisti*: & Virgil. *Urbem quam statuo, vestra est.* & alibi non raro. Mer. Casaubonus. Jussu Vesterhovii sensus esse debet; *Sed quando sese esse indignam deputat matre mea, cui matri meae concedat.* Hic ἀπροσδιόνυσα vocat, quae Casaubonus huc attulit. De usu autem τῶν dignus & indignus, ad Commentarium suum in Eun. V. 2. 26. lectorem relegat.

Cui concedat, cujusque [32] mores toleret sua modestia;
Neque alio pacto componi potest inter eas [33] gratia;
[34] Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena. 30
Nunc me pietas [35] matris potius commodum suadet [36] sequi.
La. [37] Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi [38] accessit tuus,

Quum

32. Bene MORES, ut aniculae: notat enim pravitatem. (forte, *gravitatem. Non enim pravitatem*, in libris suis omnibus ante Edit. Schrevelii invenit Vesterhovius.) unde senes Morosi appellantur. *Horatius*(Carm. I. 9. 17.)
Donec virenti canities abest Morosa.
— O temperamentum! MORES potius, quam *Injurias* dixit. Donat.

33. Conciliari amicitia. Dictio, *Componere gratiam*, rara est. neque Vesterhovius eam probavit exemplis adductis, quae agunt de *causa* vel *lite componenda*: alia quoque est ratio Phorm. IV. 3. 16. quem cum Minellio citavit. Nisi forsan GRATIA hic est ablativus; ut sit *amicabiliter*, vel, *amicabili transactione*, *bona voluntate*.

34. Mollius SEGREGANDA, quam *Excludenda*. Donatus.

35. Nihil mirum, uxorem parentibus posthaberi, ubi vulgò & de levissimis causis divortia fiebant. Qui vero jus conjugii sanctum & inviolatum esse jussit, aliter sanxit Deus Genes. II. 24. Vesterh.

36. Id quaerere, ei studere, consulere. Ecge bet.

37. Gravis oratio est a nomine incoepta. Optime dictum, HAUD INVITO. non enim in totum volenti, quippe de discidio: sed tamen quia piè locutus est, mediocriter adprobavit. HAUD INVITO SERMO MIHI ACCESSIT TUUS. Senili loquacitate, pro, *Recte locutus es.* Donatus.

Quum te [39] postputasse [40] omnes res prae [41] parente intelligo.

[42] Verum vide; ne impulsus [43] ira, [44] prave insistas, Pamphile.

Pa. [45] Quibus iris impulsus nunc in illam iniquos siem? 35

Quae numquam quidquam erga me [46] commerita 'st, pater,

Quod

38. Accius Meleagro.
timide elimmor
Clamore; simul ac agnita vox ad aures *ejus* accidit. Cic. pro P. Sext. 50. *Nihil ut umquam videretur tam populare* ad *populi Romani* aures accidisse. Vesterhov.

39. POSTPUTAVIT — PRAE. Sic ADELPH. II. 3. 9. Vesterh. I. e. despexit, viles existimavit. POSTPUTAVIT PRAE, Oxymoron sapit.

40. OMNES RES, plus dixit, quam si *uxorem* diceret. Donatus. Quasi, cum uxorem *postputarit*, non sit dubium, quin omnia cetera *postputet*.

41. Bene PARENTE, quod nomen commune & cum patre est, & cum omnibus, quos haec necessitudo conjungit. Donatus. Callidè *pietatem erga matrem*, quae in sermone Pamphili elucebat, etiam ad se, *patrem*, applicat, dum generaliter dicit,. PARENTE.

42. Leniter & suadenter. Donatus. VIDE, cave.

43. Non ergo judicio. Donatus.

44. Non enim *Incipere*, sed *insistere*, hic malum est. Donatus. Pravam insistas viam. * Inique in sententia tua permaneas. Paraphrastes Delph.

45. Non dixit, *qua ira*, ne superbe loqueretur, sed QUIBUS IRIS: ut hoc ipsum per εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit, IMPULSUS IRA. — Recte, non vult *iram* esse, ne peccasse videatur uxor: Sic enim (ait) quasi nec ipsa peccaverit. QUIBUS IRIS. — Ne videatur unius irae causa mittere uxorem. Donatus.

46. Adverte, proprietatem expressit *commerendi* & merendi. Donatus. Fecit, commisit.

Quod nollem: & saepe quod vellem, [47] meritam scio.
[48] Amoque, & laudo, & vehementer desidero.
Nam fuisse erga me [49] miro ingenio, expertus sum.
Illique exopto, ut [50] reliquam vitam exigat 40
Cum eo viro me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam a me [51] distrahit necessitas.
Ph. Tibi id [52] in manu est, ne fiat. ***La.*** Si [53] sanus sies,
Jube illam redire. ***Pa.*** [54] Non est consilium, pater.

Matris

47. *Mereri* bona dicimus. *Commereri* mala: id est, delinquere, peccare. Ergo hic MERITAM, pro *Praestitisse* dixit. Donat.

48. Vide, amoris impulsus nimius hic est circa uxorem: & quasi oblitus suae matris, & vitiatae, loquitur. Sed tali opus est Pamphilo, ad ejusmodi argumentum, donec perveniat ad καταστροφὴν, in qua uxorem reduci necesse est. Donatus.

49. Mirifica (eximia) ingenii mansuetudine & benignitate erga me usam esse. Paraphrast. Delph.

50. Quod reliquum est vitae traducat. * *Virgilius* (Aen. I. 78.)
Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos Exigat. Donatus

51. Per vim separat, divellit. * Excusatio in necessitate, quae est inexorabilis. Et NECESSITAS, partus scilicet, — Sed modo vult necessitatem, matris videri iracundiam (*injuriam*, conjicit Vesterhov), quae a nuru ita offensa sit, Donatus.

52. Tui arbitrii res est. Infra IV. 4. 44. Plaut. Amph. II. 1. 14.
Istuc tibi est in manu.
Salluft. Jug. XIV. 4. *Neque mihi in manu fuit, Jugurtha qualis foret.* Sic Graeci ἐν χερσὶν τι ἔχειν. Vesterhov.

53. Sanae mentis sis, sapias. consultum velis tibi.

54. I. e. Non est propositum meum reducere Philumenam. * Plaut. Mil. II. 3. 73.

Con-

Matris [55] servibo commodis. *La.* Quo abis? mane; 45
Mane, inquam, quo abis? *Ph.* Quae haec est [56] pertinacia?
La. [57] Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?
Quamobrem * te orabam, filiam ut remitteres.
Ph. Non credidi aedepol adeo [58] inhumanum fore.
[59] Ita nunc is sibi me [60] supplicaturum putat? 50
Si [61] est, ut velit reducere uxorem, licet.

Sin

Consilium. est, *ita facere.* Rud. IV. 2. 23.

Nunc sic faciam, sic consilium est.

Tacit. Annal. I. 1. *Inde* consilium mihi, *pauca de Augusto, & extrema tradere.* Vesterh.

55. Pro *serviam*; i. e. studebo, incumbam, operam navabo.

56. Mentis obstinatio, contumacia. * Subindignatur, quia coram sibi fit contumelia. Donatus.

57. Renovavit verba sua eidem personae. nam ita dixerat; *Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam, Hoc si resciscet.* Donatus.

* In libris quibusdam est, TECUM ORABAM. Quod Comicum est, & Plautinum. Sic infra IV. 4. 64. Vesterhov.

58. Immitem & ferocem. Paraphrast. Delph. Pamphilum sc.

59. Scilicet, Ironicè. * SIBI & ME, magno pondere legendum est utrumque pronomen, ut, *Cantando tu illum?* (Virgil. Ecl. III. 25.) Id est, genero socerum, vel Pamphilo Phidippum, vel si quid tale inveneris. Donatus.

60. Humiliter se precaturum, ut sc. ignoscat Philumenae, & eam recipiat.

61. EST, in eo est. Paraphrastes Delph. Res, vel Pamphilus, ita est. Potest & esse periphrasis, τȣ̃ *Si vult*, quae non caret exemplis.

Sin alio est animo, [62] renumeret dotem huc; [63] eat!
La. [64] Ecce autem! tu [65] quoque proterve iracundus es.

Ph.

62. Scilicet jure Romano, soluto per divortium matrimonio, pater repetebat dotem profectitiam, ipsa mulier adventitiam, nisi matrimonium solveretur ob adulterium mulieris; quando cessabat repetitio dotis. Uti autem maritus lucrabatur dotem, ob delictum uxoris; ita uxor donationem propter nuptias ex delicto mariti. Jure Graeco quoque renumerandam fuisse dotem, si maritus sine causa uxorem repudiasset, non est, cur dubitemus. Apulejus Apolog. *Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, praediis cedere. Sola virginitas cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet.* Est autem RENUMERET, reddat, restituat; ut *Numerare*, solvere. Adelph. III. 3. 15. & 25. — Cicero passim. Sed & δεικτικῶς dixit HUC, q. d. in hunc sinum, quem manu tangebat (* vel, quasi manum porrigens.) Vesterh.

63. EAT mirè dictum: quasi ipse projiciatur, qui jubetur ire. Et simul in hoc verbo quasi renuntiatio caritatis est. Terrorem repetendae dotis ostendit, quum dicit, RENUMERET DOTEM. Donatus.

64. ECCE AUTEM! Admirantis formula. Sic Eun. II. 3. 6. Plaut. Mostell. III. 1. 131.
Ecce autem, perii! Vest.

65. Addendo QUOQUE, nonnihil assensus est: quasi dicat, *Quomodo Pamphilus.* PROTERVE, immoderate & superbe, dictum est ideo, quod proterat alium, qui protervus est. Nam *Protervus* est, qui dum alius obvius est, proterit: quod faciunt & tauri in appetitu coitus foeminarum, in quas calent. Donatus.

Ph. [66] Percontumax rediſti huc nobis, Pamphile.
La. [67] Decedet jam ira haec: etſi meritò iratus eſt. 55
Ph. Quia paullulum vobis [68] acceſſit pecuniae,
Sublati animi ſunt. *La.* [69] Etiam meum litigas?
Ph. Deliberet, renuntietque hodiè mihi,
Velitne, an non: [70] ut alii, ſi huic non ſit, ſiet.

La.

66. Propriè *Contumax* dicitur contemtor potiorum. NOBIS, PAMPHILE, τῷ ἀττικισμῷ. nam aut abundat (NOBIS), aut ſignificatu adjuvat pronuntiationem (forte, *Significatum adjuvat pronuntiatione*). Magnae indignationis eſt, abſentes alloqui: ut alibi, O *Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti.* Donatus.

67. Sic infra V. 2. 15. Veſt. Tranſibit, evaneſcet; relinquet filium.

68. Plaut. Stich. II. 1. 28.
Secundas fortunas decent ſuperbiae.
Quod Germani ita efferunt: Gut macht Muth. Belgae: *Good macht Moed.* Proprie autem, ACCESSIT, quaſi ad priſtinam nummorum ſummam. Dixit porro SUBLATI ANIMI, uti Plautus Truc. II. 8. 10.
Poſtquam filiolum peperit, animos ſuſtulit.
Petron. 43. *Quod illius mentum ſuſtulit, hereditatem adeptus eſt.* Veſterhov. Pro *Elati*, SUBLATI dixit. Et hoc proprie ferarum eſt. ut (Virg. Aen. XII. 4.)
Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum movet arma leo.
Nam beſtiae pro animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, ut ait *Cicero.* Donatus.

69. Invidioſe, quaſi jam cum Pamphilo litigaverit. Donatus.

70. Magna fiducia conditionem filiae aſſerit: quoniam jam ſi Pamphilus nolit, paratum alterum dicit eſſe. SI HUIC NON EST. Subauditur *uxor.* Sed dura dictu reticuit, ut debebat. Do-

La. [71] Phidippe, ades! audi paucis *. abiit. quid mea [72]? 60
[73] Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quae dico parvi pendunt. [74] porto hoc jurgium
Ad uxorem, cujus haec fiunt [75] consilio omnia.
Atque in eam hoc omne, [76] quod mihi aegre 'st, evomam. 65

Donatus. Cic. Fam. II. 11. 4. *Quidquid erit*, tibi erit. Vesterhov.

71. Nomine appellat. quod facere solemus iratos mitigare conantes. Donatus.

* Sub. *dicturum*. vel, paucis verbis ausculta, attende.

72. Sub. *refert negoria*, hoc nempe discidium.

73. Non enim haec votivi sunt (forsan *munera*, vel *spectacula* intelligit), quibus interesse delectet. Donatus.

74. PORTO, quasi aliquid magnum. Donatus. Jam nunc defero, quasi munus gratum. Paraphrastes Delph.

75. CONSILIO, utrum dispositione: an εἰρωνεία est in male consulentem? Donatus. Prius mihi placet, ut sit, *quae omnium harum turbarum auctor est*, vel, *eas concitavit*.

76. Non, *quod irascor*, sed QUOD MIHI AEGRE EST, dixit. (* i. e. quod mihi dolet, quod me male habet, som krænker mig.) EVOMAM, Bene: quia aegritudinem solet vomitus relevare. Sic *Cicero* in Catilinam (II. 1); quum dicit, *Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit.* Donatus. Vide Adelph. III. 2. 14. Vesterh.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

MYRRHINA. PHIDIPPUS.

My. [1] PERII! [2] quid agam? quo me vertam? quid viro meo respondebo
Misera? nam audivisse vocem pueri visu' 'st [3] vagientis:
Ita [4] corripuit derepente [5] tacitus sese ad filiam.
[6] Quod si rescierit peperisse eam, [7] id qua causa [8] clam me habuisse
Dicam?

1. *Mirè in hac Scena iterum rixa est senis atque anus: & tamen varie & alio modo, ut mores inter se diversos, & tamen notos possimus agnoscere.* Donatus.

2. Figura διαπόρησις, apta turbatis. Donatus.

3. Proprie dixit VAGIENTIS; & infantium est. *Virgilius* (Aen. VI. 426.)
Continuo auditae voces, vagitus & ingens,
Infantumque animae flentes in limine primo. Donat.

4. Raptim intulit. Et DEREPENTE una pars orationis est, ut *Defessus.* adverbiis enim praepositiones separatim non adduntur. Donatus. Accius, Astyanacte:
Derepente *adspicio ex nemore pavidum & properantem egredi.*
Cic. pro Q. Ligar. 5. *Tu* derepente *irrupisses.* Eadem ratione *desubitò* dixerunt. Vesterhov.

5. TACITUS, nec mihi nec familiarium cuidam verbum ante faciens; & ita TACITUS, ne a quoquam introitu prohiberetur. Vesterhov.

6. QUOD, pro *Nam*, aut *Itaque.* Donat.

7. ID, hoc ipsum; peperisse eam. Idem.

8. Texisse, celasse. * Plaut. Merc. II. 3. 26.
Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberi. Vesterhov.

Dicam? non aedepol ſcio. 5
Sed oſtium concrepuit! credo, ipſum ad me exire. nulla ſum!
Ph. Uxor ubi me ad filiam ire ſenſit, [9] ſe duxit foras.
Atque eccam video! quid ais Myrrhina? [10] heus! tibi dico. *My.* Mihine, mi vir?
Ph. [11] Vir ego tuus ſum? tun' virum me, [12] aut hominem deputas adeo eſſe?
Nam ſi [13] utrumvis horum, mulier, umquam tibi viſus forem, 10
Non ſic ludibrio tuis [14] factis habitus eſſem. *My.* [15] Quibus? *Ph.* [16] At rogitas?

Z 3 Peperit

9. SE DUXIT, pro *abiit*. Donatus. διεξήγαγεν ἑαυτήν. Cic. (Sive Aſinius Pollio.) Fam. X. 32. *Balbus quaeſtor, — magno auri pondere, majore argenti coacto, — duxit ſe a Gadibus.* Veſterhov. Subduxit ſe foras, clam abiit, elapſa eſt, ita ut non ſentiretur; ut latine expoſuit Minellius.

10. Oſtendit Myrrhinam avertentem ſe: quaſi nihil inveniat, quod dicat de filia. Donatus TIBI DICO, te appello, alloquor.

11. Haec ſtomachantis ſunt. * Plaut. Amph. II. 2. 180.

Al. *Obſecro, ecaſtor, cur iſtuc*, mi vir, *ex te audio?* Am. Vir ego tuus ſim? Veſterhov.

12. Αὔξησις perverſa. * ADEO autem abundat. Donatus. * Additum eſt ornatus & emphaſeos cauſa. poſſit vero per *ſaltem*, *duntaxat*, exponi.

13. Vir aut homo. Acerbè MULIER: ut ſupra, *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.* Donatus. UTRUMVIS, unum ex his duobus.

14. Invidioſè, FACTIS; cum ſolam occultationem partus Philumenae intelligat.

Peperit filia: [17] hem! taces? ex quo? *My.* [18] Istuc patrem rogare est aequum?

[19] Perii! ex quo censes, [20] nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

Ph. [21] Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. sed [22] demiror,

Quid sit, quamobrem tantopere omnes nos celare volueris 15

Partum:

15. Callide mulier, & quasi nullius culpae conscia, QUIBUS, dixit. Donatus.

16. Bene irascitur interroganti. Nam interrogare quae scias, impudentiae est. Donatus.

17. HEM! TACES? Non *Taces* nunc: sed TACES, *celas*. Bene EX QUO, quia argumentum impudicitiae est, puerperium taciturnum. Donatus. TACES? Non placet Donati *celas*. Phidippus Myrrhinam interrogatam de filiae partu, sed nihil respondentem, increpat. Sic Eun. IV. 4. 28. *istam, quam habes*, unde habes, vestem? taces? *Monstrum hominis! non dicturus?* Vesterh.

18. Mira calliditas. Rea mulier hoc solo defenditur, quod accusat. — Ex sua interrogatione accusavit accusatorem. Donat.

19. Mirè additum ad affectum, PERII! Donatus. q. d. Enecasti me iniqua tua quaestione. Adeo ut Minellius non sit audiendus, qui ad spectatores conversam hoc dicere autumat.

20. Solutio criminis per fiduciam respondentis. Sallustius, * *Ia fiducia quam argumentis purgatior es.* Donatus. * Reperiuntur haec Sallustiana ad Phorm. I. 4. 28. Sed rectius ut videtur: *Ira — purgatiores, dimittuntur.* Sunt autem in Fragmentis. Vesterh.

21. Mollior factus, jam non irascitur sed miratur. Adeo vides Phidippum nulla re alia, quam mulieris correptione lenitum. Donatus. Ordo; *neque adeo patris est aliter arbitrari.* ADEO, sanè, quidem.

22. DEMIROR, *valde miror.* Donatus.

Partum: praesertim quum & [23] recte, & tempore
suo pepererit.
Adeon [24] pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares
perire,
Ex quo [25] firmiorem inter nos fore amicitiam posthac
scires:
Potius, quam advorsum animi tui [26] lubidinem esset
[27] cum illo nupta?

Z 4 Ego

23. Attulit compendium mulieri credulitas senis semel correpti, ne aliter suspicetur. RECTE, ad illud pertinet, quod non monstrum peperit. TEMPORE SUO, ad spatium quo praegnantes esse consueverunt, id est ad mensium dinumerationem: quia & septimo mense (*Septimani*.Mf.Hulst.) nasci solent. Donatus. Existimat Phidippus septimestrem esse partum. post nuptias enim hic mensis agebatur septimus. Cic. Att. X. 18. *Tullia mea peperit XIV. Kal. Jun. puerum ἑπταμηνιαῖον, quod ηὐτόχησεν, gaudebam. quod quidem est natum, perimbecillum est.* Partus autem septimestris tempestivus habitus. Digest. Lib. I. Tit. 5. L. 12. Verba Pauli: *Septimo mense nasci perfectum partum, jam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis; & ideo credendum est, eum qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse.* Vesterh.

24. Minellius subaudit, *decet*, *oportet*. Paraphrastes Delph. *potuisti*. Forsan, *credibile est*, aut, *putem te*, subauditur. * *Pervicax* est perseverans cum quadam vi. Donatus.

25. *Puero* scilicet. NOS, aut, *me* & *te*, aut, *nostram domum* & *Lachetis*. nam hoc ambiguè dictum est. prior sententia non est absurda: nam nepotes spectantur ut liberi; hi autem firmant amorem parentum mutuum. Certè virili prole caruisse videntur Phidippus &. Myrrhina, ejus adeo vicem hic puer supplebat. Posterior sententia est Minellii, & Paraphrastae Delph. Ceteri silent. * SCIRES, Benè, quia

Ego [28] etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae te est penes. 20

My. [29] Misera sum. *Ph.* Utinam sciam ita esse istuc [30]. sed nunc mihi in mentem venit,

Ex [31] hac re, quod locuta es olim, quum illum generum [32] cepimus.

Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati

Cum

quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorsit. Donatus.

26. I. e. voluntatem. * ANIMI TUI LUBIDINEM dixit, ut minima causa maximis sceleribus subjecta esset. Donatus.

27. Antiqui non *illi nupta:* sed CUM ILLO NUPTA. Ergo ambo sibi invicem nubunt. Donatus. Plautus Trin. I. 2. 20.

Dum quidem hercle tecum nupta *sit*

Stich. I. 2. 75.

Vosne ego patiar cum mendicis nuptas, *me vivo, viris.* Vesterh.

28. ETIAM ILLORUM. Ut commune peccatum fuerit. — An ETIAM, pro *Adhuc*; ut major sit dolor, qui nec opinanti acciderit. Donatus.

29. I. e. infelix, quae tam graviter accuser innocens.

30. Te miseram esse. — Miseros non nisi innocentes dicimus. Ille hoc respondet: *Utinam in hoc negotio miseram te, non scelestam reperiam.* Sic *Sallustius* (in Fragmentis.) *Atque ea cogentes, non coactos: scelestos magis, quam miseros distringi.* Donatus.

31. I. e. hoc casu, negotio praesenti. vel, ex moribus Pamphili, *quibus nunc quidem moratus est:* uti Vesterhovio placet; qui se primum, quod sciat, editorum omnium, κόμματος signum post haec verba (HAC RE,) ponere pronuntiat.

32. CEPIMUS. elegimus. *Virgilius* (Georg. II. 230.) *Ante locum capies oculis.* Donatus. Adscivimus, elegimus. Heaut. III. 1. 94. Plaut. Amph. Argum. 7. *Blepharo captus arbiter.* — *Locum castris capere* Sallustianum & Livianum est. Vesterhov.

Cum eo, qui meretricem amaret, qui [33] pernoctaret foris.

My. [34] Quamvis causam [35] hanc suspicari, quam [36] ipsam veram, mavolo. 25

Ph. Multo prius scivi, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina:

Verum id vitium [37] numquam [38] decrevi esse ego [39] adolescentiae.

Nam [40] id omnibus innatum est. at pol [41] jam aderit, se quoque etiam quum oderit.

Z 5 Sed,

33. Nota, familiariter hoc verbum poni a Terentio. Sic in Adelphis, *Sed si hic pernocto, causae quid dicam? Syre.* Donatus. Totas noctes duceret extra domum. Paraphrastes Delph.

34. Notat *Quamcunque causam.* Martinus Hugenius in Ind. Terent. τὸ QUAMVIS * male conjunctionem facit. Vesterhov. * Non adeo male, si mox legatur HANC, ut Vesterhovius edidit. CAUSAM, celandi, vel, exponendi partus scilicet.

35. HUNC, habet Editio Delph. & aliae, quae ad manum mihi sunt, ignobiliores. Imo contextus sic requirit, & Vesterhovii interpretatio Notà praecedenti.

36. Sc. stuprum filiae illatum. Haec autem omnia secum loquitur mulier, aut, ad spectatores conversa. Post SUSPICARI antea, *virum,* subauditur.

37. Exemplum disciplinae Atticae. Vide Adelph. I. 2. 21. Vesterhov. ID VITIUM, sc. *amicam habere.*

38. κέκρικα, judicavi, censui. Mer. Casaubonus.

39. In adolescentibus. * Melius dixit ADOLESCENTIAE, quam *Pamphili:* ut quod in aetate fuerat non timeret in ingenio Donatus.

40. Amare in adolescentia. Donatus.

41. Sensus est; *Brevi futurum, ut poeniteat eum facti*

Sed, ut olim te ostendisti [42], eadem esse, nihil cessavisti usque adhuc:
Ut filiam ab eo abduceres; neu, quod ego egissem, esset [43] ratum. 30
[44] Id nunc res indicium haec facit, quo pacto factum volueris.

My. Adeon' me esse [45] pervicacem censes, cui mater siem ;
Ut eo essem animo, si [46] ex usu esset nostro hoc matrimonium?

Ph.

cti morumque suorum. Plautus Bacchid. III. 3. 12.
Paullisper, Lyde, est libido homini suo animo obsequi.
Jam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit: *morem* geras.
Dum caveatur, praeter aequum ne quid delinquat, sine. Vesterhov.

Donatus & Paraphr. Delph. JAM ADERIT, de veloci senectute accipiunt: quod Mer. Casaubono displicuit. *SE QUOQUE ODERIT: quasi dicat, *Non solum non amabit, sed & odio habebit: & non alienas mulieres modo, nec uxorem quoque, sed etiam se ipsum.* Plus ergo illatum, quam ratio deposcebat: Sed mirè ad affectum senis exprimendum. Donatus. QUOQUE ETIAM ex Plin. Lib. X. Epist. 97. defendit Vesterhovius, contra Guyetum qui tantummodò *τὸ Etiam* genuinum esse existimat. Tales pleonasmi interdum ad Emphasin valent.

42. Nempe adversatricem his nuptiis, antequam contraherentur.

43. Firmum & stabile. Paraphrast. Delph.

44. Duplex ordo: *Haec res nunc id indicium facit*, i. e. indicat. Vel potius, *Res haec nunc indicium facit, quo pacto id factum volueris.* Qui verus sensus esse videtur; quando post τὸ ID *κόμμαἶος* signum ponendum, contra atque in omnibus, quas vidi editionibus factum animadverto. FACTUM VOLUERIS, desideraveris, optaveris, cupieris. Vesterhov.

45. Per vim agentem, perniciosam me esse censes. CUI. Deest *Ei*, vel *Circa eam.* Donatus.

Ph. [47] Tun' profpicere, aut judicare noftram in rem quod fit potes?
Audifti ex aliquo fortaffe, qui [48] vidiffe eum diceret 35
[49] Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. * quid tum poftea?
Si [50] modefte ac rarò hoc fecit? nonne ea [51] diffimulare nos
Magis humanum eft, [52] quam dare operam, id fcire, qui nos oderit?

[53] Nam

46. EX USU NOSTRO. Modo *Utile:* fi pro noftra effet utilitate. Donatus.

47. TUN' cum ftomacho, quafi muliercula imprudens. * Sic Adelph. I. 2. 47. *Tun' confulis quidquam?* Infra Verfu 46. *Aderam, cujus confilio ea par fuerat* profpici. Vefterh.

48. Deeft *fe.*

49. Syllepfis prima. Ut, *in Ludum ducere & reducere.* (Phorm. I. 2. 36.) — * σύλληψις διανοίας & mollis eft: quia luditur de fequentibus ad amicam. ἐξουθενισμὸς criminis de confuetudine. Donatus. * Hic Syllepfis cafus, nec enim dici poteft *Exeuntem ad amicam:* ergo diverfus cafus, *Ab amica,* in mente concipiendus eft. Ceterum hoc commodius per Ellipfin poterat exponi.

* Ἰδιωτισμός, quo contemnimus crimina leviora. Donatus.

50. MODESTE.] Adhibito modo: vel certe, cum pudore ac modeftia, ut celatum voluerit. Donatus.

51. Modò DISSIMULARE, eft ignorantiam fingere. Donatus.

52. Quam affectare nos id fcire, unde ipfius adverfum nos odium fufcipiamus. Paraphraft. Delph. QUI, *Unde*, vel *quamobrem.* Et recte, nemo enim dolens quod non ametur, id facit, quo magis odio fit. Donatus. Senfu nullo (haec accipit Donatus.) Id vult Phidippus, eum, qui oderit nos, id per nos nihil diffimu-

[53] Nam si is posset ab ea sese derepente [54] avellere,
Quicum tot consuêsset annos: non eum hominem ducerem, 40
Nec virum satis firmum gnatae. *My.* [56] Mitte adolescentem, obsecro,
Et quae me peccasse ais. abi: [57] solum solus conveni.

Roga,

mulantes scire. q. d. quam dare operam, ut proferatur, utque inimici nostri id sciant, & laetentur. Valet vero, QUI NOS ODERIT, idem atque illud infra. IV. 2. 14.

qui nobis maledictum velit. Vesterh.

Interpretatio hujus loci in Phraseologia Terent. Danica, cum Vesterhoviana convenit. Dacieria & Guyetus, Vesterhovio teste, Donatum sequuntur.

53. Oratoriè, non contentus defendisse Pamphilum, hoc ipso illum, quo accusatus est, laudat. Donatus.

54. Longam & jucundam cum Bacchide consuetudinem subitò abrumpere.

55. Non solum, inquit, homo non esset, id quod forsitan nihil nostra interérat: sed quod nobis maximum est, vir stabilis filiae esse non posset. VIR modò *maritus.* Donatus. Quod vero Grammaticus hic FIRMUM etiam intelligi posse ait, validum in officio coitus; allegans illud Horatii, Serm. II. 3. 216.

Fortique marito
Destinat uxorem.

Id sanè h. l. ineptum est.

56. Omitte Pamphilum adolescentiae nomine, v. praetextu, defendere. * MITTE — OBSECRO. His verbis solemus commentitia argumenta contemnere. ut (Phorm. II. 1. 63.)

Mitto omnia.
Addo istuc: imprudens timuit adolescens: sino.
Tu servus. Donatus.

At hoc loco videtur esse vafra concessio mulieris, quae nihil amplius habet, quod respondere possit, sed fateri non vult convictam se esse.

57. Secretò sine arbitris cum Pamphilo colloquere. Paraphrastes Delph. SOLUS

Roga, velitne, an non, uxorem. si [58] est, ut dicat velle se,
Redde. sin est autem, ut nolit, [59] recte ego consului meae.
Ph. Si quidem ille ipse non volt, & tu sensti [60] esse in eo, Myrrhina, 45
Peccatum: aderam, cujus [61] consilio ea par fuerat prospici.
Quamobrem incendor ira, esse ausam [62] facere haec te injussu meo.
Interdico, [63] ne extulisse extra aedes puerum usquam velis.
Sed ego [64] stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.

Ibo

LUS SOLUM ideo (dicit), quia metuit, ne orata sua non servet Pamphilus: & ideo multi sciant. Donatus.

58. EST, contingit. Paraphrastes Delph. Sed vide me ad Versum 51. Sc. praeced. Ad VELITNE, modo ante supplent *recipere, reducere*; praeter necessitatem.

59. Formula sibi gratulantis. Sic And. IV. 4. 27. Vesterhov. MEAE suaviter, pro *filiae*. In eo autem *recte consuluisse* vult, quod eam cum viro nolente, & aliis amoribus dedito, passa non sit.

60. In eo culpam divortii inhaerere. Paraphrastes Delph.

61. Cujus auctoritate haec dissidia componi, vel, his incommodis occurri, aequum erat.

62. FACERE HAEC TE.] Abducere filiam, celare partum, exponere puerum. Donatus.

63. Ne efferri cures, aut, id agas ut efferatur. * Dixit EXTULISSE, pro efferri. jubens enim quid facere, ipse id facere dicitur & censetur. Evang. Joh. XIX. 1. Τότε ἂν ἔλαβεν

Ibo intro, atque edicam servis ne quoquam efferri sinant. 50

My. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere:

[65] Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut fiet, resciverit;

Non, aedepol, clam me est: quum hoc, quod levius est, tam animo iracundo tulit.

Nec, [67] qua via sententia ejus possit mutari, scio.

Hoc mihi unum ex pluribus miseriis [68] relliquum fuerat malum, 55

Si puerum, ut tollam cogit [69], cujus nos qui sit, nescimus, pater.

Nam quum compressa est gnata, forma [70] in tenebris nosci [71] non quita est:

Neque

ὁ Πιλάτος τον Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσεν. Vesterhov. VELIS, audeas. Paraphrastes Delph.

64. Vel, hâc, sc. uxore stultior; vel, majorem in modum stultus. * HANC, quasi tam contumacem. Donatus.

65. Sic ostenditur causa, cur perpetuò celandum sit seni vitium virginis. NAM UT HIC. Quantum iracundiae habiturus sit, quantum furoris: hoc enim significat UT. Donatus.

67. Nescio quomodo ex iracundo placidus fiat. SENTENTIA EJUS. De puero non exponendo. Don.

68. I. e. restabat, supererat; aut, maximum fuerat, uti omnium miseriarum ultimum. utrumque hoc ex mente Donati. * Sic Eun. V. 6. 25. & Adelph. III. 3. 3. Vesterhov.

69. Sub. *vir meus*. Mox ordo: *Cujus pater qui sit, nos nescimus*. NOS, ego & gnata.

70. Sub. *stupratoris*.

71. Non quivit. Plaut. Fragm. Saturionis: *Retrahi* nequitur, *quoquò progressa est semel.*

Sal-

Neque [72] detractum est ei quidquam, qui posset
post nosci, qui siet.
[73] Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini
abiens anulum.
Simul vereor [74] Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius 60
Celare, quum sciet [75] alienum puerum tolli pro suo.

Sallust. Jugurth. XXXI. 8. *Quidquid sine sanguine civium ulcisci* nequitur, *jure factum sit*. Vesterhov. Consule Gottl. Cortium ad hunc locum Sallustii.

72. NEQUE DETRACTUM. solet enim fieri. Donatus. Videtur innuere morem in nuptiis innuptis usitatum, ubi vel pignus relinquebat amator amicae compressae, vel vi ei eripiebatur. Vide Geneseos XXXVIII. 18. Vesterhov.

73. E contrario; inquit, factum est, ipsa ut non eriperet, sed ipsi eriperetur. Donatus.

74. Comica constructio in accusandi Casu. Edd. Minell. & Delph. habent PAMPHILUS Commate antepposito. ORATA NOSTRA. I. e. quae ego & gnata eum oravimus, ut celaret, vitium sc. gnatae oblatum.

75. ALIENUM PUERUM, proprie de notho. Heaut. V. 4. 6. Infra IV. 4. 27. Vesterhov. PRO SUO, loco sui filii; i. e. quasi suus filius sit. TOLLI, educari.

AC-

ACTUS QUARTI

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

So. [1] NON clam me eſt, gnate mi, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos [2] mores hinc abiiſſe: etſi [3] ea diſſimulas ſedulo.
Verum, ita me Dî ament, [4] itaque obtingant ex te, quae exopto mihi,
[5] Ut numquam ſciens commerui, [6] merito ut caperet odium illa mei:

[7] Teque

1. Vero ordine a purgatione ſui incepit mater abitura: ne, quod diſcedat, iracundiae videatur. Don.

2. MORES, proprie ſenum dicuntur: unde *Senectus moroſa*, & *Moroſi homines*, qui ſui cujusdam moris ſunt. Donatus.

3. EA, id eſt, quae ſcio: & Ea, pro *eam rem*. Sed abſolutè occurrit ſupra latae ſententiae, & genere neutro. Et eſt ordo, *Etſi ea diſſimulas ſedulo, non clam me eſt*, &c. Donatus.

4. Pro ſe jurat, & ita rem Pamphilo probat, ut blanda ſit. ITAQUE. Duae partes orationis (*atque ita.*) Donatus. Ita voluptatem ex te capiam, id eſt ex tuis ſucceſſibus, & in me pietate.

5. UT &c. Hic ordo eſt jurisjurandi, ut quum praepoſuerit (melius, ut regula ſit generalis, *praepoſueris.*) ITA, ſequatur UT. Cicero (In Q. Caecil. Divinat. 13. Ubi vulgo editur ex lectione Aſconii Pediani: *illius diei*; obſervante Veſterhovio.) *Ita velim mihi Deos propitios, ut quum illius temporis mihi venit in mentem*. &c. Donatus.

6. Bene dixit MERITO: nam ut nos immeritò quis non oderit, non eſt in noſtra manu. — *Plautus.* in Trinummo, (I. 2. 68.)

Quis

7 Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem. 5
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto 8 me habueris

Prae-

Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est. Don. Rara locutio est *Capere odium cujus*, pro, concipere odium in quem. fatte Had til een Vesterhovius adducit ex Cod. Bemb. & Edit. Dacieriae; UT CAPERET ODIUM ILLAM MEI: Quae locutio illi videtur magis Terentiana; allegat Nostrum supra II. 1. 22. sed frustrà: Rectè autem Eun. III. 1. 13.

tum sicubi eum *satias Hominum, aut negoti siquando* odium ceperat.

Quin ita etiam habent Edd. Minell. & Delph. & nihil hac locutione est vulgatius.

7. Deest *Tam*. Ut sit ordo: Et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei. — Ordo & sensus hic est: neque me fefellit quod ante rebar, te me amare. nam ei rei hodie firmasti fidem, id est, probationem attulisti. Donatus. Guyetus nihil expediens, versum hunc expungit. Alii variè laborant, neque sensum eruunt. Ordo autem omnino hic esse videtur: ET QUAM, i. e. quantopere, ANTE REBAR TE AMARE ME, EI REI &c. Vesterhov. Potest & ordo & sensus esse. ET ANTE QUAM i. e. priusquam, vel, supra quam REBAR TE AMARE ME, EI &c. Ostendisti prius, vel plus, quam opinabar, quod me amares; amore tuo opinionem meam praevenisti (superasti). potuit autem mulier timere filium sibi iratum esse, ob diffidium cum nuru. Vesterhovius tamen locum non infeliciter expedivit.

8. H. e. Praeposueris. Supra III. 5. 31. 33. Eodem fere sensu Plaut. Pseud. I. 3. 59.

quoniam pietatem amori video tuo praevortere.

Simili autem constructione dixit Cicero ad Q. Fr. III. 9. *Quod me hortaris ut absolvam*, habeo absolutum *suave, mihi quidem uti videtur*, ἔπος *ad Caesarem*. Vester-

Praepositam amori tuo. nunc tibi [9] me certum est contra gratiam
Referre, ut [10] apud me praemium esse positum pietati scias.
[11] Mi Pamphile, hoc & vobis, & meae commodum famae arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo [12] me esse certo decrevi patre; 70
Ne mea praesentia obstet, neu causa ulla restet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. *Pa.* Quaeso, quid istuc consilii est?
Illius [13] stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?

* Non

sterhov. Praetuleris pietatem in me amori erga uxorem.

9. ME CERTUM EST — REFERRE, pro, decrevi referre. Vide supra III. 5. 4. * CONTRA, nunc *vicissim*. Donatus.

10. Mercedem pietati in me tuae apud me servari, & recondi. Paraphrastes Delph. PIETATIS, legit Donatus, & idem affert Vesterhovius ex Edd. Aldi, Rob. Stephani, & aliis. at illi locutio expressa latinior videtur, Similisque illi Prol. 41.

pretium statui arti meae.

Plaut. Poen. V. 4. 17.

Invictae praemium *ut esse sciam* pietati.

Virgil. Aen. I. 465.

sunt *hic etiam sua* praemia laudi.

POSITUM hoc loco putem abundare; Nisi per id velis, *constitutum*, *designatum*, intelligere. Sallustius Catil. XX. 14. *Fortuna omnia victoribus* praemia posuit.

11. Rem duram dictura, vide quantis praeblanditur verbis, remque praemollit. Donatus.

12. Nota constructionem, CERTO DECREVI, ME ESSE RUS ABITURAM, pro abire. * CERTO DECREVI, ut non audeat dissuadere filius. Donatus.

13. STULTITIA, imprudentia, VICTA, mota, im-

* Non facies: neque sinam, ut, qui nobis, mater, [14] maledictum velit,
Mea [15] pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia. 15
Tum [16] tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos dies,
Mea causa, nolo. *So.* Nihil pol jam [17] res istaec mihi voluptatis ferunt:

Aa 2 Dum

impulsa: at nunc omnia exaggerat, ut dissuasioni pondus addat.

* NON FACIES. Formula blande dissuadentis. uti contra illud, *Poteris & facies*, Ciceroni in rogando familiare. Vesterhov. NON FACIES, non est interdicentis, sed quasi dicat, *Scio te non facturam rem tam pravam.* Donatus.

14. Injuste conviciis proscissos. And. Prol. 23. Eun. IV. 7. 29. Phorm. Prol. 15. Quod *male loqui* dixit, Phorm. II. 3. 25. Vesterhov. Obtrectet. Paraphr. Delph. voluptatem capiat ex diffamatione nostri.

15. Bene retinet, cum vult sua interesse ne fiat. Donatus. PERTINACIA, Contumacia, perseveranti importunitate.

16. Cic. ad Quirit. post Red. I. *Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique* & dies festi, *quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.* Gravis autem existimabatur discessus e domo & patria, quod *festi dies* desiderarentur; idque adeo, quod singuli populi peculiaria & propria haberent sacra: & discedens non eosdem, quibus adsueverat, feriatos dies, alibi reperiebat. Vide Cic. loc cit. Vesterh.

17. ISTAEC RES, amicae, cognatae, dies festi. Donatus. Ἀπὸ κοινοῦ, ISTHAEC RES, de mulieribus dictum, ideo quod de diebus festis simul erat sermo. *Res* autem de *hominibus* recte dici, notabilis Caesaris locus nos docet, B. Gall. I. 29. 1. quò lectorem relego. Vesterhovius contulit Eun. III. 5. 34. at dicta

Dum [18] aetas, tempus tulit, [19] perfuncta satis sum: [20] satias jam tenet
[21] Studiorum istorum. * haec mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui meae
[22] Longinquitas aetatis [23] obstet, mortemve exspectet meam [24]. 20

Hic

dico cum Horatio; *Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit. Ista res oblectat.* Paraphrastes Delph. minus rectè.

18. Alii, AETATIS TEMPUS, cum Donato. Vesterhov. Et id quidem magis perspicuum est. TEMPUS autem *Oportunitatem* h. l. significare videtur. * TULIT, pro passum est, permisit. Donatus.

19. Sufficienter usa sum, nempe festorum dierum cultu, & amicarum consuetudine. Vesterhovius ex Horatii Arte 224. advocat;

Inlecebris erat & grata novitate morandus
Spectator functusque sacris, *& potus, & exlex.*

20. SATIAS ME JAM TENET. Nimis materne atque aniliter. Donatus. SATIAS, satietas, taedium. * Sic Eun. V. 6. 3. Sallust. Jug. 31. *Vos dominationis eorum* satias tenet. Vesterh.

21. STUDIORUM, exercitationum. Paraphrastes Delph. quod approbo. * STUDIORUM ISTORUM. H. e. amoenitatum (delectationum.) Plautus Merc. Prol. 40.

Principio atque animus ephebis aetate exiit,
Atque animus studio *amotus* puerili *est meus.*

Vesterhov. qui Fabrini Interpretis Italici, & Dacieriae versionem pro se allegat.

* Hoc nimis serio pronuntiandum. Et NE CUI odiose, — UT NE CUI — OBSTET, Hoc ad nurum, exspectationem ad filium refert. Hinc enim odio digni parentes, *Exspectati* appellantur. Donatus.

22. Non tantum de loco, sed & de tempore *Longinquum* & *longinquitatem* dixerunt. Liv. VII. 29. *Majora jam hinc bella, & viribus hostium, &* longinquitate, *vel regionum, vel* tempo-

Hic video [25] me esse invisam immerito: tempus est [26] concedere.
Sic optime, ut ego opinor, omnes causas [27] praecidam omnibus:
Et me [28] hac suspicione exsolvam, & illis [29] morem gessero.

 [30] Sine

porum, *quibus bellatum est, dicentur.* Caes. B. G. I. 47. 4. *Propter linguae Gallicae scientiam, qua multa jam Ariovistus*, longinqua consuetudine, *utebatur.* Idem Caesar B. C. III. 80. 3. Longinquam oppugnationem *sustinere non posse.* Nepos Themist. 4. *Majore cum labore*, & longinquiore tempore *bellum confecturum.* Gell. I. 1. ad ἡλικίαν transtulit. *Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta* longinquitas corporis *ei mensurae conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est.* Vesterh.

23. I. e. molesta, incommoda sit.

24. Sub. Quis. Sic Adelph. I. 2. 29.
ubi te exspectatum *ejecisset* foras. Vesterh.

25. ME ESSE INVISAM. Menander:
Πικρόν ἐστι θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

Unde & *Senium* pro odio & re molesta dixerunt. Vesterhov.

26. I. e. abire: vel potius, locum dare iis, quibus mea praesentia est incommodo.

27. Amputabo. Paraphr. Delph. Adimam. Cic. Verr. III. 64. *Postremo illa quidem certe* tibi praecisa *defensio est.* Idem *praecidere spem* passim dixit. Vesterh. Bene OMNIBUS, ne specialiter laesisset nurum. Donatus.

28. Quod nimirum oderim nurum. Sic infra V. 2. 26. Plin. Lib. I. Epist. 22. *Et medici quidem secunda nobis pollicentur superest, ut promissis Deus adnuat, tandemque me hac* sollicitudine exsolvat. Vesterhov.

29. MOREM GESSERO, acriter dictum: ut ostendat, hoc illos olim voluisse, ut expelleretur domo. ut si dicas, inimicum tibi morem gessisse, quod se suspenderit. Donatus.

[30] Sine me, obsecro, hoc effugere, [31] volgus quod male audit mulierum.

Pa. Quam fortunatus caeteris sum rebus, [32] absque una hac foret 25

[33] Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem! *So.* Obsecro, mi Pamphile;

[34] Non tute incommodam rem, [35] ut quaeque est, in animum inducas pati?

Si

30. Potentissimum est ad extorquendum aliquod argumentum, quum illis quibus chari esse debemus, nostra causa potius, quam illorum, dicimus velle nos, aut nolle quod facimus. Donatus.

31. Propter quod genus mulierum vituperatur. Paraphrastes Delph. Respicit dictum Lachetis supra II. 1. 4. Vesterh.

32. ABSQUE, extra: Ut sit adverbium magis quam praepositio. Et UNA, R… subaudienda. Donatus. ABSQUE UNA HAC FORET. Sub. …re. Phorm. I. 3. 17.

palam
Beatus, ni unum hoc desit.
Plaut. Bacch. III. 3. 8.
Nam absque te esset, *ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.*

Junctae, Aldus, Rob. Stephanus, Fabrini ediderunt ABSQUF UNA HAEC FORET. Vesterhov. Quod firmat Donati sententiam, is tamen HAC legit.

33. Fortunatum se judicat, de matre & uxore, nisi quod huic indignè vitium autumat ab alio amatore oblatum. Vesterh.

34. NON TUTE — INDUCAS PATI? *Horatius* (Carm. I. 24. 19.)
Durum: sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.
Donatus.

Legendum est cum affectu hortantis ad patientiam, ut & tangere videtur Donatus. Faërnus. Sic. And. V. 4. 18.
non tu tuum malum aequo animo feres?

Dacieria, hunc versum à nemine adhuc satis recte explicitum dicens, sensum hunc elicit. *Ut quaeque uxor est,*

Si [36] caetera sunt ita, ut vis, itaque ut esse ego illam existumo,
Mi gnate, [37] da veniam hanc mihi: reduce illam.
Pa. [38] Vae misero mihi!
So. [39] Et mihi quidem! nam haec res non minus me male habet, quam te, gnate mi.

est, non tute inducas in animum te pati rem valde incommodam. Duriusculè, si quid video. — Ita vero respondet Sostrata Pamphilo, quasi is unum hoc desideraſſet in Philumena, ut moribus ſocrus concederet. neque enim veram cauſam, quamobrem abierit, & quare Pamphilus reducere eam negaret, Sostrata etiam sciebat, vitium nimirum Philumenae ante nuptias oblatum. Vesterhov.

35. UT QUAEQUE EST sc. *res;* quasi dicat; nullam rem tam dari commodam quin aliquid adnistum habeat incommodi: ita eum qui commodo velit frui, necessariò ferre debere illi conjunctum incommodum. Vel, UT QUAEQUE EST, valet, *qualescunque (utcunque moratae) sumus, ego & nurus.*

36. Benè, CAETERA, absque uno dicenti. Donatus. *Absque una dicens*, corrigit Vesterhovius, aptè, ut puto. * Si caetera tibi pro voto succedunt. Paraphrastes Delph.

37. Vide ad And. V. 3. 30. Vesterh.

38. Nec negat, nec promittit, sed intumescit, (Abr. Wielingius, apud Vesterhovium, legit *ingemescit*, at *Dolore* potest subaudiri) utpote qui penitus dolore commotus, aestum animi jam dissimulare non potest. — Nihil potuit pro rerum qualitate respondere, nisi ut ingemisceret. Donatus.

39. Immo vae miserae mihi! * NAM HAEC RES &c. Hic in lacrymas solvitur Sostrata, quae orationem absorbent. Boeclerus.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

La. * QUEM cum istoc sermonem habueris, [1] procul hinc stans accepi, uxor.
[2] Istuc est sapere, [3] qui, ubicumque opus sit, animum possis flectere.

[4] Quod

* *In hoc colloquio reconciliatio senum est post jurgium, mista disputatione Pamphili de non reducenda uxore.* Donatus.

1. PROCUL, nunc *prope* *. ACCEPI, audivi. Et modo, UXOR, ante *Mulier*. Donatus. * Minellius deridet hanc expositionem: eô tamen sensu Virgilius, Ecl. VI. 16.
Serta procul *tantum capiti delapsa jacebant.*
Aen. X. 835.
procul *aerea ramis Dependet galea.*

2. Etsi hic praecipuè laudatur facilitas mulieris, nurui concedentis; tamen sententia esse potest generalis, quâ laudantur, qui ingenium tempori accommodare sciunt, sive, tempori cedere. Minellius dictum putat per Ironiam, & tamen pro generali sententia ineptus accipit.

3. QUI pro *quae*, interdum abundat. Donatus. QUI notat h. l. *Qua ratione.* Et est integra constructio: *Si nunc feceris idem hoc quod faciendum sit post fortasse, istuc est sapere, qui possis flectere animum ubicumque opus sit.* Ut adeo non duae sint sententiae, quod creditur, sed unica. Et SAPERE est scire, intelligere. Plaut Pseud. I. 5. 81. *recte ego meam rem* sapio. Vesterhov. Per hanc interpretationem, & intricata & jejuna fit oratio. QUI potest valere *ut*, quemadmodum saepe apud Comicos.

[4] Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.

So. [5] Fors fuat pol! *La.* [6] Abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me, [7] feres.

So. Spero ecastor. *La.* I ergo intro, & [8] compone quae tecum simul 5

Ferantur. [9] dixi. *So.* Ita ut jubes, faciam. *Pa.* Pater.

La. Quid vis, Pamphile? *Pa.* Hinc abire matrem [10]? minume [11]. *La.* [12] Quid ita istuc vis?

Aa 5 *Pa.*

4. Haec etiam sententia videri potest generalis: & deest *ad id:* ut sit, *flectere ad id quod faciundum.* Potest & absolute accipi QUOD, pro, quae res facienda sit. Donatus.

5. Fortuna faveat: quasi τω ευφημισμῶ adversus triste dictum usa est. nam FORS fortuna bona est. Et FUAT, *sit* significat. Donatus. Q. d. Pollux fortunet. τῶ *Fuo* antiquissimi Scriptores passim usi pro *Sum.* unde *Fui* & *Futurus.* Exempla congesserunt Cerda & Emmenessius ad Virg. Aen. X. 108. *Tros Rutulusve fuat.* Vesterhov.

6. ABI RUS ERGO. Hortantis est ad celeritatem. *Virgilius* (Aen. II. 707.) Ergo *age*, *chare pater*, *cervici imponere nostrae.* Don.

7. Nos invicem feremus aequo animo mores nostros seniles.

8. H. e. ordina, para. Plaut. Mil. IV. 7. 21. *Omnia* composita *sunt*, *quae donavi*, *ut ferat.* Vest.

9. DIXI, Denuntiatio est confirmandae sententiae, nec mutandae: & translata est de foro & causidicis. *Cicero.* (Verr. II. 30.) *Praeco*, dixisse *pronuntiat.* Donatus.

10. Sub. *Oporteat;* aut, *sinam*, *velim.*

11. Sub. *Oportet;* aut id *volo*, ut sit quasi responsio ad illud supra, *Quid vis Pamphile.*

12. Quasi dicat, *Esto ut nolis, quid tantopere non vis?* Do-

Pa. Quia [13]de uxore incertus sum etiam, quid sim factures. *La.* Quid est?
Quid vis facere, nisi reducere? *Pa.* Equidem [14] cupio: & vix contineor.
Sed [15] non minuam meum consilium. ex usu quod est, id [16] persequar. 10
[17] Credo ea gratia concordes magis, si non reducam, fore.

La.

Donatus. QUID, quamobrem

13. Sc. *reducendi*: imo, DE UXORE, quod ad uxorem attinet: Qui usus particulae *De* elegans est.

14. CUPIO: ET VIX CONTINEOR. Ut reducam scilicet. Donatus. VIX CONTINEOR. MSS.Traj. & Mark. VIX CONTINEO. Quod Guyetus, Erasmum, Faërnum & Muretum sequutus defendit, atque interpretatur: *Cupio*, sub. rem aperire i. e. partum Philumenae, *& vix contineo*, sub. me. Existimat porro, Pamphilum, quid responderet, non habentem, ad spectatores se convertisse, & haec submisse pronuntiasse. Si vero cum Donato legas, CONTINEOR, servabitur χαρακτὴρ Pamphili, deperientis Philumenam, sed vitium ei oblatum ita aegre ferentis, ut amor pudorque animum ejus diversum trahant. Plaut. Capt. III. 4. 60.

Enimvero jam nequeo contineri.

Rud. IV. 4. 128.

contineri, *quin complectar, non queo.* Vest.

15. I. e. haudquaquam a meo proposito, non reducendi Philumenam, declinabo. * SED NON MINUAM — CONSILIUM. Haec secum Pamphilus, sequentia ad patrem. Vide ad And. II. 3. 18. Vest.

16. Non *Sequar*, sed PERSEQUAR ait, ut constantiam demonstraret. Donatus.

17. Sententiose dixit, tunc posse inter se concordare & congruere mulieres, quum & illa esse desierit socrus, & illa nurus. haec enim inter illas est dissidiosa conjunctio. Et satis ingeniose dictum.

La. [18] Nescias. verum [19] id tua refert nihil, utrum illae fecerint,

Quando [20] haec abierit. odiosa [21] haec est aetas adolescentulis.

[22] E medio aequom excedere est. [23] postremo [24] jam nos fabulae

Sumus;

ctum. Tolle enim inter mulieres proximitatem, & nulla causa discordiae est. Donatus. CONCORDES MAGIS. Intelligit Sostratam & Philumenam. Vest.

18. Fieri potest, ut haec opinio te fallat, nimirum ut maneant tamen irae, etsi sublatum sit omne inter eas commercium.

19. Id nihil ad te attinet, non est quod sollicitus sis, nihil ad tuam rem facit, utrum concordes an discordes futurae sint, quando mater abierit; imo quando uxor abs te repudiata discesserit: nam ultima verba etiam sic possunt intelligi, contra ac vulgò fit.

20. Intelligitur Sostrata. Vesterhov.

21. HAEC, cum gemitu pronuntiandum est. Donatus. Δεικτικῶς dixit, HAEC AETAS, Se & Sostratam (quae tamen antea videturè Scena exiisse) digito demonstrans Laches. q. d. nostrum senium. Dixit autem ADOLESCENTULIS, uti Heaut. III. 3. 41. Vest.

22. E MEDIO — EST. Utrum ex urbe rus: an ex vita in mortem? Et satis moraliter. nam *in Medio stare* dicitur supervacuus vel molestus. Et cum stomacho dixit senili. Donatus. Sanè major vis in verbis senis est, si ita Dilogῶs accipiantur. Vesterhovio autem nullum dubium videtur, quin de discessu è publico in locum secretum sermo sit: allegat contraria, ut, *in medio esse* Adelph. III. 5. 33. *in medium exire.* Plaut. Amph. I. 1. 68. Sed & *posita in medio* opponi *reconditis* Phorm. Prol 16. *de medio sumere* est ex iis rebus, quae sunt in promtu, & omnibus patent. Horat. Arte, 243. (citante Vesterhovio.) *Tantum* de medio sumtis accedit honoris.

Sumus, Pamphile, senex, atque anus. 15
Sed video Phidippum egredi [25] per tempus, accedamus.

23. Ad summam, ut verbo dicam quod sentio.

24. JAM NOS FABULAE SUMUS, — SENEX ATQUE ANUS. Pronuntia SENEX ATQUE ANUS, quasi initium fabulae. τῷ ἰδιωτισμῷ additum, PAMPHILE. Haec duo nomina (SENEX atque ANUS), ut posita sunt, caput indicant & inceptionem hujusmodi fabularum. Donatus. Ut sit sensus; Nos jam, Pamphile, ego & mater tua, eò jam pervenimus aetatis, ut ad nihil simus utiles, praeterquam ad materiam dandam fabulis, quae pueris narrari solent. Vesterhovius ita adprobat Donati observationem, ut simul evolvat varias *Fabulae* significationes, quas transscribere non vacat; tandem vero suspicatur, verba Lachetis intelligi posse de ludibrio, cui senes maxime sint obnoxii. ut adeo FABULAE h. l. notent res ridiculas. observat ita vocabulum usurpare Ovidium Arte Amandi II. 561.

Fabula *narratur toto notissima coelo;*
Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

25. I. e. in tempore, opportunè. Mox, *eum* subauditur.

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.

PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.

Ph. TIBI [1] quoque aedepol iratus sum, Philumena,

[2] Gra-

1. Quasi dicat, Non solum matri tuae, aut etiam socrui tuae. Donat.

[2] Graviter quidem: nam hercle abs te factum 'st turpiter [3].
Etsi tibi [4] causa est hac de re, mater [5] quae te impulit.
[6] Huic vero nulla nulla est. *La.* [7] Opportunè te mihi,
Phidippe, in ipso tempore [8] ostendis. *Ph.* Quid est? 5
Pa. [9] Quid respondebo his? aut quo pacto hoc [10] aperiam?

La.

2. GRAVITER, vehementer, valde. Caecilius, Plotio.
Placere occoepit graviter, *postquam est mortua.*
Accius, Nyctegresia:
Id, quod facis, gratum & grave *est.*
Plaut. Cistell. I. 1. 87.
Ut me, quem ego amarem graviter, *sineret cum eo vivere.* Vesterhov.

3. Quod * abscesserit domo mariti. Donatus. * *Abscesseris*, mallet Vesterh.

4. *Causam* more suo pro defensione posuit. Sic in Phormione *Quid mihi dicent, aut quam* causam *reperient? demiror.* Donatus.

5. Ex mente Vesterhovii, distinctio post MATER ponenda est; neque aliter se tuetur vocula QUAE, quam ex decem MSS. & multis Edd. edidit: Donatus vero & Rob. Stephanus omiserunt.

6. Ipsi matri scilicet. Donatus.

7. OPPORTUNE — IN IPSO TEMPORE. Utrum ταυτολογία est? an OPPORTUNE, quia volebam: & IN TEMPORE, quomodo volebam? Donatus. Commodè, & tempori. Paraphrastes Delph.

8. *Ostendere* se alteri, est inopinanti occurrere. Sic infra V. 1. 31.
nuptae mulieri se ostenderet.
Phorm. V. 6. 53.
Inde hisce ostendam *me.* Vesterhov.

9. Haec secum loquitur.

10. Si APERIAM legas, sensus erit, *Quo pacto illud potero indicare, sine magno Philumenae detrimento?* Nisi

La. Dic filiae [11], rus concessuram hinc Sostratam:
[12] Ne revereatur, [13] minus jam quo redeat domum.
Ph. Ah!
Nullam [14] de his rebus culpam [15] commeruit [16] tua:
A Myrrhina haec sunt mea uxore exorta omnia. 10
[17] Mutatio fit: [18] ea nos perturbat, Lache.
Pa. Dumne reducam, [19] turbent porro, quam velint.

Ph.

si fortè legendum, OPERIAM, i. e. occultabo. quod probant Rivius & Dacieria. Confer orata Myrrhinae, supra III. 3. 28. Vesterh.

11. Blandè non addidit *Tuae:* quasi dicat communi filiae. Donat.

12. Codd. quidam scripti & editi post an. 1469. Ne VEREATUR. Et videtur τὸ RE ἀυξητικὸν, ut in *Reformido.* Vesterh.

13. MINUS JAM QUO REDEAT &c. Τμῆσις cum ἀναστροφῇ. ut sit ordo, *Quo minus (jam) redeat.* Donatus. QUO MINUS, pro *ne*, quod nequiit statim repetere. REDEAT, sc. Sostrata.

14. I. e. in his rebus, quod ad has res, ut saepius monui.

15. Admisit, contraxit.

16. TUA, * cum percussione audiendum est, ut subaudiatur *Uxor*, ab eo quod dicturus est uxore. Donat. * Vesterhovius suspicatur Interpretem scripsisse, *Cum percussione animi dicendum est.*

17. Intelligitur MUTATIO criminis. q. d. Culpa non amplius in tua domo haeret, sed in mea. An MUTATIO & καταστροφὴ rerum intelligitur? Videtur certè sumta locutio à Scena, quae toties *mutari* dicitur, quoties persona princeps mutatur. Existimat Dacieria, verba haec tribuenda Pamphilo tacite secum mussitanti. Vesterhov. Et tribuuntur illi in Delph. & Minellii Edd.

18. EA, non ea mutatio, sed uxor, hoc est Myrrhina. Donatus.

19. TURBENT, errent, & tumultuentur, significat: vel *turbentur*. QUAM, quan-

Ph. Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
Adfinitatem hanc sane [20] perpetuam volo.
[21] Sin est, ut aliter tua siet sententia,
[22] Accipias puerum. *Pa.* * Sensit peperisse. occidi. 15

La.

quantum. Donatus. TURBENT PORRO. Tumultuentur & litigent. Plaut. Mostell. III. 1. 15.

Pergam turbare *porro.*
Virgil. Ecl. I. 12.
Usque adeo turbatur *agris.*
Idem Aen. VI. 800.
Et septem gemini turbant *trepida ostia Nili.*
Adi Voss. Art. Grammat. VII. 2.
Nisi forte TURBENT, notat, intricent, impediant, rebus difficultatem addant. Vesterhov.

20. Nuptiarum quippe hoc votum est, aetatem eae ut durent, atque perpetuae sint. — Virg. Aeneid. I. 73.
Connubio jungam stabili propriamque dicabo:
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.
Quinctilian. Declam. 376. *Uxor mihi socia thori, vitae consors, in omnem aetatem jungenda.* Ideo divortium matrimonii quaedam velut calamitas, qua interveniente societas haec dissolvitur. Lindenbrog.

21. SIN EST UT — SENTENTIA. Τῷ εὐφημισμῷ vitavit illud quod est ominosum, ne discidium diceret. Donatus.

22. Jure: quia * liberi patrem sequuntur. Donatus. * Puta, ex justis nuptiis procreati. — Canulejus Tribun. apud Livium Lib. IV. *Patrem sequuntur liberi.* Ex injustis vero quaesiti matrem sequuntur. Lindenbr.

* Haec secum Pamphilus, licet Phidippi sermo ad eum directus esset. Perturbatur autem, intelligens, partum Philumenae innotuisse Phidippo; quia socrus promiserat, se daturam esse operam, ut clam eveniret partus patrem, atque adeo omnes. Supra III. 3. 36. Vesterhov.

La. [23] Puerum! quem puerum? *Ph.* Natus est [24] nobis nepos.
Nam abducta a vobis [25] praegnans fuerat filia,
Neque fuisse [26] praegnantem umquam ante hunc scivi diem.
La. Benè, ita me Dì ament! nuncias: & gaudeo, 20
Natum illum, & tibi illam salvam. sed [27] quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus [28] moratam moribus?
Nosne [29] hoc celatos tamdiu? nequeo [30] satis

Quam

23. Moraliter primo dubitat quid audierit: deinde quasi certus quid audierit, admiratur, dicendo, QUEM PUERUM? — Bene cum consternatione animi, quod numquam fando acceperat. Donatus.

24. NATUS EST NOBIS, Benè, quia ambo avi. Donatus.

25. *Praegnans* est *ante gnatum*, vel *ante genetricem*: est enim *Prae*, ante. Donatus. Faërnus & Rivius PRAEGNAS defendunt ex Codd. Bemb. & Vaticano. Testis autem est Gregorius Holoander, in Pandectis Florentinis fere semper *Praegnas* legi. Eadem vox apud Probum in Catholicis reperitur. Et videtur Donatus ita legisse. Sed & ita est in edit. Heidelb. & Juntina. Eadem voce Plautus est usus, Vesterhov.

26. Ms. Graev. PRAEGNATAM. Sed & PRAEGNAS & PRAEGNATEM edidit Pareus. Vesterh.

27. QUID MULIERIS &c. Reprehensio est cum contemtu. Sic &, * *Quid hominis!* ut *Virgilius* (Aen. I. 82.)

Tu mihi quodcunque hoc regni.

At contra cum honore sic dicimus, *Quem hominem habes?* Donatus. * Respexit locum Eun. V. 1. 17. QUID ILLUC HOMINIS EST? Vesterh.

28. MORATAM. Id est, institutam. Et est participium sine verbo. Donatus.

29. HOC, praegnantem filiam fuisse. Donatus. Ad

NOS.

Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
Ph. Non tibi illud factum [31] minus placet, quam mihi, Laches. 25
Pa. Etsi dudum fuerat [32] ambiguum hoc mihi:
Nunc non est, quum eam [33] consequitur alienus puer.
La. Nulla tibi, Pamphile, [34] hic jam consultatio 'st.
Pa. Perii! *La.* Hunc [35] videre saepe optabamus diem,
Quum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem. 30

[36] Eve-

NOSNE supplendum est, *aequum fuit*, aut *oportuit*.

30. SATIS PROLOQUI: satis ampla oratione exprimere. PRAVE, Indecenter & perversè. Paraphrastes Delph.

31. I. e. magis displicet.

32. Dubium, incertum, sc. negotium de reducenda aut repudianda Philumena. * Quamdiu enim crediderat, partum fore celandum, puerumque exponendum, incertus fuerat, quid faceret de uxore. Nunc videns puerum tolli, quem alienum credebat, consilium cepit de non reducenda Philumena. Vesterhov.

33. CONSEQUITUR ALIENUS PUER. Μεταφορὰ a pecoribus, quae, ut mox nata fuerint, matres sequuntur. *Virgilius*, * *Atque ipsae memores redeunt in tecta, suosque Deducunt.* Donatus. * Georg. III. 316. ubi nunc *ducunt* legitur. Vest. ALIENUS, ab alio, non a me genitus. Ex injusta conjunctione natus, conditionem matris sequitur. ex justis nuptiis creati sequuntur patrem. Paraphrast. Delph.

34. HIC, in hac re, sc. de uxore reducenda. CONSULTATIO, addubitandi, deliberandi, potestas.

35. VIDERE DIEM. H. e. Vivere tam diu, donec dies ille illuxisset. Vide ad Adelph. III. 3. 30. Vesterhov.

[36] Evenit. habeo gratiam Dìs. *Pa.* [37] Nullus sum.
La. Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.
Pa. Pater, [38] si ex me illa liberos vellet sibi,
Aut se esse [39] mecum nuptam: satis certò scio,
Non [40] me clam haberet, quod celasse intelligo. 35
Nunc, quum ejus [41] alienum esse a me animum sentiam,
Nec [42] conventurum inter nos posthac esse arbitror:
Quamobrem reducam? *La.* Mater quod suasit [43] sua,
Adolescens mulier fecit. [44] mirandum id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem, 40

Quae

36. Proprie EVENIT. ideo & *bonorum eventus* dicitur. Donatus.

37. NULLUS SUM. Ipse sibi iterum (hoc dicit.) hoc ulterius est quam PERII: quia cum aliquis perit, reliquum vel cadaver est. Donatus.

38. Subinnuit stuprum volenti Philumenae illatum: ex probabili conjectura Vesterhovii.

39. Vetuste MECUM NUPTAM, dixit. Et recte: quia partus confirmat nuptias. Et melius, NUPTAM MECUM: quasi (Ms. Boend. & edd. veteres: *quam*) tectam & opertam uno cubiculo mecum. *Nubere* enim, est operiri tegique (*operire tegereque*.V.): Unde & *Nubes*, quod tegere solent coelum, dicuntur. *Virgilius* (Aen. XI. 77.) *arsurasque comas obnubit amictu.* Donatus.

40. Id est, non tacuisset, partumque celasset. Donat.

41. Aversum, abhorrentem.

42. Eleganter, pro, fore concordiam.

43. SUA, pro *ejus:* ut (Virg. Aen. IV. 633.),
Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.
Donatus.

44. Benè, MIRANDUM, non *Irascendum*, dixit. Miramur enim magis, si amici peccaverint, quam irascimur. Donatus.

Quae careat culpa? [45] an quia non delinquunt viri?
Ph. Vosmet [46] videte jam, Laches, & tu Pamphile,
[47] Remissan' opus sit vobis, an [48] reducta domum.

 [49] Uxor

45. Sensus est, an ita censes, mulieres debere esse vacuas omni culpa, quia viri non delinquunt? Ratio autem haec ironica est, & refutans illam sententiam. Id enim vult, saepius etiam viros peccare; atque ideo non postulandum, ut mulieres extra omnem culpam sint. Similis constructio est infra V. 2. 18.

Quid mihi istaec narras? an quia non *tute ipse dudum audisti*,
De hac re animus meus ut sit, *Laches?* Vesterhov.

46. Considerate, deliberate, constituite. * VOSMET VIDETE JAM, LACHES. *Virgilius* (Aen. IX. 525.),
Vos, ó Calliope, precor, aspirate canenti. Donat.

47. Quid sit REMISSA, non convenit inter interpretes. Aliis *Remitti* est rursus mitti Philumenam in domum Pamphili. Guyeto placet dictum pro *dimitti*, translatione a militibus sumta. Malim respici ad emtiones & venditiones, ubi *remittere* est condonare emtori, rescissa venditione. Plaut. Mostell. III. 2. 108.

Tr. *Senex ipse te ante ostium opperitur.*
Sed maestus est se hasce vendidisse.
Th. *Quid tandem?* Tr. *Orat ut suadeam Philolacheti,*
Ut istas remittat *sibi.*

Idem mox *Redhibere* dixit. Vesterhov. Guyeti sententia amplectenda est: Vesterhovius autem locum Plauti non recte cepisse videtur, nam ibi *Remittere* dictum est de emtore, qui potestatem facit venditori, à contractu venditionis resiliendi, seu rem venditam recuperandi. Neque *Redhibere*, hoc loco Plauti, idem est ac *Remittere*, sed male emtum, seu fraude venditum, reddere significat. Fortasse tamen *Remittere* rectè dicitur de venditore emtori condonante: at loco adducto id non probatum est. REMISSAM, & mox REDUCTAM habent

[49] Uxor quid faciat, in manu non eſt mea:
[50] Neutra in re vobis difficultas a me erit. 45
Sed quid [51] faciemus puero? *La.* [52] Ridicule rogas:
Quidquid futurum 'ſt, huic [53] ſuum reddas ſcilicet;
Ut alamus [54] noſtrum. *Pa.* Quem [55] ipſe neglexit pater, Ego

bent Mſſ. Graev. & Boend. Sed & Donatus, Nonius Marcellus, Diomedes, Gambarellus: obſervante Veſterhovio.

48. Edidi REDDUCTA, ob metrum. Lucret. Lib. IV. 989.
Vocesque repente
Mittunt & crebras redducunt *naribus auras.* Veſterh.

49. Ordo, *Uxor mea quid faciat, in manu non eſt:* deeſt *ejus.* ut ſit, in manu ejus non eſt: ſed in mea poteſtate poſitum eſt. Donatus. Recte cenſet Veſterhovius, planius hac Donati expoſitione eſſe illud, IN MANU (i. e. poteſtate.) NON EST MEA, QUID FACIAT UXOR. probat hoc ex verſu ſequenti, ubi uxori ſe opponit Phidippus, atque A ME per emphaſin dicit. Manifeſtò autem, ut ait Vir doctiſſimus, reſpicitur vetus formula, qua uxor in manu eſſe mariti dicebatur, exceptis ſingularibus actionibus, quae in manu mariti non erant, a libera voluntate uxoris profectae. Fabrini ſic interpretatur; *Nequeo vobis pro uxore mea ſpondere, nam eam cogere non poſſum.*

50. Nec in remiſſione, nec in reductione.

51. *Quid me fiet?* & *Quid fiet mihi?* dicitur. Donatus.

52. RIDICULE, vel adverbium eſſe poteſt, vel nomen: ſi nomen eſt, ſubdiſtingue REDICULE: & ſic interroga, cum vi pronuntiationis. Donat.

53. Sc. Pamphilo; δεικτικῶς.

54. Scilicet Pamphili filium, nepotem meum, utrumque noſtrum. Donat.

55. QUEM IPSE &c. Legitur & IPSA, & hoc eſt melius: ut ſit PATER vocativus caſus. Donatus. IPSA.

Ego alam? *La.* Quid dixti? eho! an non alemus,
Pamphile?
[56] Prodemus, quaeso, potius? quae haec amentia
est? 50
Enimvero prorsus jam tacere non queo:
Nam cogis ea, quae nolo, ut praesente [57] hoc
loquar.
Ignarum censes tuarum [58] lacrumarum esse me?

SA. sc. mater. * QUEM IPSE NEGLEXIT PATER, &c. Ita quinque Mss. Leidenses & Graev. probavit lectionem Faernus, & Pareus ex quatuor Mss. edidit. consentiunt Juntina, Aldina, Venetae, Lugdunensis, Anonyma, aliae. Et videtur sane ἐμφατικώτερον, si sensus sit, EGO ALAM, QUEM IPSE PATER NEGLEXIT? — Si vel maxime mater neglexisset, minus tamen idonea haec erat causa Pamphilo non alendi pueri. — Ast dices, prodendum non erat secretum de partu Philumenae ex alieno viro, — quia fidem dederat Pamphilus Myrrhinae se taciturum: Sed neque haec ratio facit, ut IPSA legatur; potuit enim conversus ad spectatores haec dicere Pamphilus, quibus jam ante rem omnem elocutus fuerat. Ubi vero Laches postrema verba, EGO ALAM? audiret, quasi admirabundus, simulque indignatus respondet; QUID DIXTI? EHO! ANNON ALEMUS, PAMPHILE? Ms. Boenderm. & Bodl. legunt IPSA. Vesterhov. NEGLEXIT, pro derelicto habuit. Paraphrastes Delph.

56. Deseremus, projiciemus, porro dabimus. *Virgilius* (Aen. I. 255.)
unius ob iram
Prodimur.
Nam a quo defendendi sumus, si nos deserit pater? Donatus.

57. Phidippo, socero tuo.

58. Apparet illum a Sostrata hoc audivisse, nam ipse (corr. ipsa) filium deprehenderat flentem (Supra III. 2. 20.) Donatus.

Aut [59] quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?
Primum, hanc ubi dixti causam, te propter tuam 55
Matrem non posse habere hanc uxorem domi:
Pollicita est ea, se concessuram ex aedibus.
Nunc, postquam ademtam hanc quoque tibi [60] causam vides;
Puer quia clam te est natus, [61] nactus alteram es.
Erras, tui [62] animi si me esse ignarum putas. 60
[63] Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum,

Quam

59. QUID SIT ID, QUOD. Periphrasis τῷ *quamobrem.* * SOLLICITERE, perturberis, commoveare. AD HUNC MODUM? Id est immoderatè. Donatus.

60. *Causam* dixit pro praetextu, ut saepius.

61. *Nancisci* proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, ante quam possit reperire quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit. Donatus.

62. Tui propositi, tuarum cogitationum.

63. H. e. quamquam sero, aliquando tamen. Cic. pro Quintio 30. *Spes est, hunc miserum* — aliquando tandem *posse consistere*. Usitatius *Tandem aliquando*: Cic. Cat. II. initio; Tandem aliquando — *L. Catilinam — ejecimus*. Sed & ALIQUANDO solum valet *tandem*. Cic. Fil. Epist. Fam. XVI. 21. 1. *Cum vehementer exspectarem quotidie*, aliquando *venerunt post diem* XL. *&* VI. *quam a vobis discesserant*. * Mirè est * temporis invectio: Et ALIQUANDO TANDEM UT ADJUNGAS, deest *Fac*: sed plenum pronuntiatione est. Donatus. * Codd. Veteres ante Rob. Stephanum, *Temporis injectio*. alii, *interjectio*. Malim, *mirè*, *&* *est temporis inversio*. Dixit enim Laches, UT ADJUNGAS, pro, *adjungere*. Vesterh. HUC, ad uxorem tuam. Minellius in fine versus punctum collocat; quod videtur cum Donato facere. Opinor dixisse Grammaticum *Tempori*

pori

Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
[64] Sumtus, quos feciſti in eam, quam animo aequo tuli?
[65] Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres.
Tempus dixi eſſe. [66] impulſu duxiſti meo. 65
[67] Quae tum, obſecutus mihi, feciſti, ut decuerat;
[68] Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum:

poris invectio, pro, invectio in adoleſcentem, deſumta a diuturnitate temporis, quo ab uxore abhorruerit. Fortaſſe etiam HUC valet; *ad haec mea verba, & ADJUNGAS, attendas*. Senſus certè hujus verſus eſt ambiguus.

64. Recte hoc dixit: quia impetrabilior debet eſſe indulgentiſſimus pater. Donatus.

65. *Agit*, qui juſtam rem dicit. * *Orat*, qui animo demiſſo precatur, ut quaſi beneficium praeſtetur ſibi. Donatus. * Obſervat Doctiſſ. Abr. Wielingius, *orare* antiqua notione eſſe agere, cauſſam dicere, verba facere, ſed & *adorare*. Et ſanè ita eſt in XII Tabb. & Feſto. Vide Donatum infra ad verſum 95. EGI, ATQUE ORAVI TECUM. Vel trajectio eſt, qualis illa Adelph. V. 7. 19. vel ἀρχαικῶς & Plautino more dixit, ORAVI TECUM. Rud. III. 4. 68.

Scin' quid? tecum oro, *ſenex*,
Ut illas ſerves, vim defendas.

Aul. IV. 3. 7.
Fac mentionem cum avunculo. Et alibi ſaepius. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Mecum* & *Tecum*. Dixit autem EGI TECUM, quaſi de re grandi. Feſtus in v. *Cum*. Porro invidioſè addit Laches, ORAVI. neque enim aequum eſt, patrem orare filium rem aequam. Veſterhov.

66. IMPULSU DUXISTI MEO. Multum valet ad ſuadendum laudatio ejus, apud quem agimus: & ex ea parte laudatio, qua eum volumus inflecti. Donatus.

67. QUAE, pro *quod:* in plurali numero loquitur amplificationis ergo. * Ordo, *Quae feciſti tum, obſecutus mihi, ut decuerat*. Donatus.

Cui [69] tu obſecutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem [70] vitam te revolutum denuo
Video eſſe. *Pa.* [71] Mene? *La.* Te ipſum. Et
facis injuriam, 70
* Quum fingis falſas cauſas ad diſcordiam [72],
Ut [73] cum illa vivas, [74] teſtem hanc quum abs te
amoveris.
Senſitque adeo uxor: nam ei cauſa alia quae fuit,

Quam-

68. NUNC ANIMUM RURSUM AD MERETRICEM.] Hoc vultuoſe & demiſſo labro: ut appareat invitum adduci ad reprehendendum, qui laudaverit modo. Donatus. INDUXTI, adjunxiſti, appuliſti.

69. H. e. Dum tu obſequeris. HUIC ſc. uxori. ADEO, ſanè.

70. Parcius VITAM dixit, quam *fingit um atque* libidinem. Donatus. REVOLUTUM, quaſi in lutum ſuem, ex mente Veſterhovii, qui comparat Metaphoram ſacram, 2 Petr. II. 22.

71. MENE? Hoc genus interrogationis negativam habet ſignificationem. Donatus. IPSUM, cum ſtomachantis affectu. * INJURIAM, injuſtè. Donatus.

* Mſſ. & edit. quidam, *Confingis.* Veſterhov. FINGIS, comminiſceris, excogitas.

72. Sub. *movendam*, *inter vos*; non enim *inter affines*, quod vult Paraphraſt. Delphini.

73. Gravius eſt cum meretrice vivere, quam meretricem amare. Donatus. CUM illa VIVAS, aſſiduò verſeris, conſuetudinem habeas. * Sic Eun. V. 9. 43. Adelph. III. 4. 31. Veſt.

74. TESTEM HANC &c. Laudata eſt hic uxor modeſta, quum illam TESTEM, non *Impeditricem* appellet ſocer. Donatus. Uxorem tuam, teſtem (quamdiu domi tecum) tuae impudicitiae, & impuritatis. Mer. Caſaubonus. TESTEM in genere foeminino dixit; quod nota.

Quamobrem abs te abiret? *Ph.* Plane hic [75] divinat: nam id eſt.

Pa. [76] Dabo jusjurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi. *La.* Ah! 75

Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus ſit [77], cedo.

Pa. [78] Non eſt nunc tempus. *La.* Puerum [79] accipias: [80] nam is quidem

75. DIVINAT dixit, pro, *verum dixit*. Et nota DIVINAT, de praeterito dictum. Unde proverbium, *Ajunt divinare ſapientem*. quia qui dicit verum, divinus eſt. Donatus. DIVINAT.] quaſi a Deo inſpiratus verum dicit, quod caeteroqui ignorat. *Divinus* propriè vatem notat. Liv. I. 36. *Agedum, inquit, divine tu, inaugura, fierine poſſit, quod mente concipio.* Martial. III. 71. 2.

Non ſum divinus, *ſed ſcio, quid facias.*

Hinc *divinare* & *divinitus ſcire* eſt aliquid incerti vel obſcuri per conjecturam invenire & dicere. Plaut. Curc. II. 1. 33.

Vah, ſolus hic homo 'ſt, qui ſciat divinitus.

Unde *divinatio* dicitur judicium vel oratio, in qua res non argumentis certis, ſed conjecturis probabilibus agitur. teſte Aſconio Pediano in Divinat. Cic. init. Veſterhov.

76. Jurejurando affirmabo tibi. Paraphraſt. Delph. Ubi argumenta & teſtimonia deficiunt, ibi jurejurando opus eſt. & id eſt ἄτεχνος πίςις. Satis concinne dixit *Iſtorum*, ne in ſingulis commoraretur. Donatus. ESSE, verum eſſe.

77. Reducta ſcilicet. Donatus. I. e. cur non reducenda ſit.

78. Quia ſocer adeſt. Et oratorie confugit ad deditionem, defenſione titubante. Donatus. NON EST NUNC TEMPUS. Sub. Narrandi veram cauſam, cur Philumenam reducere non poſſim, ſi maxime velim. An ob praeſentiam ſoceri, quod Donatus exiſtimat; an forte ne fidem Myrrhinae datam fallat; an denique,

In culpa non est. post [81] de matre videro.
Pa. [82] Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio:
[83] Tot me nunc rebus miserum concludit pater. 80
Abibo hinc, praesens [84] quando promoveo parum:
Nam puerum [85] injussu, credo, non tollent meo;
Praesertim [86] in ea re quum sit mihi adjutrix socrus.
La. Fugis? hem! nec quidquam certi respondes mihi?
[87] Num

que, ne caussatus vitium uxori oblatum, id ab utroque sene diluatur, atque ipse manifestò teneatur & concludatur? Vesterhov.

79. Saltem alendum accipe.

80. In hoc dicto est quaedam faceta irrisio ejus, qui nimis iracundus sit. Donat.

81. Inquiram de culpa matris: aut, quid de ea faciendum sit constituam: nam Dilogως dictum est. * Bene DE MATRE concedit, ut de puero extorqueat: quia scit parentum concordiam firmam esse per filios. Donatus.

82. Quid est OMNIBUS MODIS? Utrum & circa parentem, & circa uxorem? An & in reducenda, & in non reducenda? MISER SUM.] An MISER SUM, cui maxime obtruditur, quod maxime fugio, id est, puer? Donatus. Querela Pamphili ad spectatores. Paraphrast. Delph.

83. Tot petitionibus (fortè, *tot modis*, aut *tantopere*) me urget, & circumdat pater. Paraphrast. Delph. CONCLUDIT. Translatio de fera indagata. Sic *Cicero* (Verr. III. 59.) *Circumdatos Verri cancellos* ait. Donatus. Vide ad And. II. 3. 12. Vest.

84. QUANDO, quandoquidem, quoniam. PROMOVEO, proficio, efficio.

85. INJUSSU MEO, sine consensu, & mandato meo. Paraphrastes Delphini. TOLLENT, sc. senes. * Si TOLLET legas cum nonnullis Codd. videtur respici Laches, cujus utpote avi in puero tollendo summa potestas erat. Vesterh.

86. De non tollendo puero. * ADJUTRIX SOCRUS. Quae dixit, *Continuo exponetur*. Donatus.

[87] Num tibi videtur esse apud sese? [88] sine. 85
Puerum, Phidippe, mihi [89] cedo; ego alam. *Ph.*
Maxume.
Non mirum fecit uxor [90], si hoc aegre tulit.
[91] Amarae mulieres sunt: non facile [92] haec ferunt.

Propterea

87. NUM TIBI VIDETUR ESSE APUD SE? Utitur hac locutione Terentius de metu vel iracundia commotis & consternatis. Sic And. II. 4. 5. & V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Phorm. I. 4. 27. Hoc loco videtur de insaniente dictum. Gr. Εἶναι ἐκτὸς ἑαυτοῦ. ἐκτὸς τῶν φρενῶν, vel ἐντός. Sic ἔμφρων & ἔκφρων. Vesterhov.

88. SINE, separatim accipe: quia vim habet comminantis. Donatus. SINE. Interminantis est. Sic Eun. I. 1. 20. IV. 6. 1. Unde adeo haud opus erat Guyeto dicere, Lachetem repentina ira percitum, & in filium abeuntem irruere gestientem, Phidippo retinenti hoc dixisse. Nulla hic tanta Lachetis iracundia; quamquam is in Bacchidem meretricem iratus erat. Vide infra V. 1. 3. Vesterhov. Qu. d. *Pergat insanire, ego tamen filium, ut suum, suis ingratiis tollam.* Forsan etiam de abdicatione cogitavit.

89. CEDO, da, trade. MAXUME, libentissime.

90. *Mea* subauditur. SI, quod.

91. Amarulentae, ad iram pronae, morosae, severae. * Quasi vir, dixit *amaras mulieres.* Donatus. Georgius Falkenburgius suo Codici adscripserat Menandri illud:

φύσει γυνὴ δυσήνιόν ἐστι καὶ πικρόν.

Natura amara mulier *atque effrenis est.* Ovid. Arte Am. II. 373.

Sed neque fulvus aper media tam saevus in ira,
Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:
Nec lea, cum catulis lactentibus ubera praebet:
Nec brevis ignaro vipera laesa pede:
Femina quam, socii deprensa pellice lecti
Ardet: & in vultu pignora mentis habet. V-

Propterea haec ira 'ſt. nam [93] ipſa narravit mihi.
Id ego hoc praeſente tibi nolebam dicere: 90
[94] Neque ei credebam primo: nunc [94 2] vero palam eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic video a [95] nuptiis.
La. [96] Quid ergo agam, Phidippe? quid das conſilii?
Ph. Quid agas? [97] meretricem hanc [98] primum adeundam cenſeo.

[99] Oremus

92. HAEC, Pellicatum, neque amorem aliarum in viris. Donatus.

93. IPSA, ſc. uxor mea. Supra IV. 1. 23.

94. Quare non credebas? namque *amarae* ad hanc rem mulieres ſunt, & ſaepe de nihilo ſuſpicioſae. Et bene hoc addidit, ne timuiſſe generum videretur. Donatus.

94. [2] Sub. verum narraſſe uxorem, de furtivis amoribus Pamphili. * Faërnus laudat lectionem Codicis Bembini, NUNC VERUM PALAM EST. Ut τὸ VERUM ſit ſubſtantive dictum ἀντὶ τοῦ VERITAS. Sed & ita ex MſſT. quatuor edidit Pareus. Veſterhov.

95. Matrimonio, ſtatu conjugali.

96. QUID ERGO AGAM, Phidippe?] Mire conturbatur pater, quaſi res ſua tantum agatur. Et vide quemadmodum Poëta latenter feſtinet ad rerum cognitionem. Donatus.

97. MERETRICEM HANC. Bene HANC, quaſi eam quae interturbat. ſic enim ſumitur hoc pronomen: ut (Supra, III. 1, 2.)

hanccine ego vitam parſi perdere?

Et, (Virg. Aen. I. 102.)

tuaque animam hanc effundere dextra?

* Id eſt, malam. HANC. quaſi dicat, quae nos perturbat. Donatus. * Veſterhovius legit: HANC. *id eſt, malam hanc, quaſi dicat*, &c.

98. Bene PRIMUM: ut intelligamus, deinde Pamphilum. Donatus.

[99] Oremus, [100] accusemus gravius, denique 95
Minitemur, si cum illo * habuerit rem postea.
La. Faciam ut mones. [101] eho! puer, curre ad
Bacchidem hanc
Vicinam nostram: huc evoca [102] verbis meis.
Et te oro porro in hac re adjutor sis mihi. *Ph.* Ah!
Jam dudum dixi, idemque nunc dico, Lache: 100
Manere affinitatem hanc inter nos volo,

Si

99. OREMUS. omni genere eloquii commoneamus: Unde *Oratores orare* & *perorare* dicuntur: & *Orator* nomen accepit. *Virgilius* (Aen. VI. 124.)
Talibus orabat dictis.
Nam qui *Orat*, accusaturus aut commoniturus orat. OREMUS. Id est, eloquamur. Potest intelligi & *Rogemus*: sed non convenit personae potiori, & causae, & ipsi verborum ordini. Donatus.

100. Objurgemus acerbè; non enim *probris insectemur*, ut exponit Paraphrastes Delphini, dum non cogitat gravitate senum hoc indignum esse, cum meretrice convitiari.

* HABUERIT REM, consueverit. Et nota quod nunc phrasin de muliere adhibet; de viris quidem vulgata est.

101. Laudat Agraetius: EO *est interjectio jubentis vel hortantis. Terent.* EO PUER, CURRE AD BACCHIDEM. Vesterhovius. BACCHIDEM HANC VICINAM NOSTRAM. Sic maluit, quam *meretricem* dicere: ne grave sit cum ea seni loqui, nisi (supplendum fortè, HANC *dixit*,) quia vicina est. Donatus.

102. VERBIS MEIS. Meo nomine. Cic. Fam. V. 11. 2. *Cum Sura nostro statim, — locutus sum, ut ei* meis verbis *diceret, ut quidquid opus esset, mihi denuntiaret.* Et passim alibi. Vesterhov. Bene servata sunt personis congruentia. Nam socerum (*Phidippum* sc.) monere, hanc rem tantum decuit, non etiam facere: ut cum pellice filiae suae mitius sermocinaretur. HUC EVOCA, deest *eam*. Donatus.

Si ullo modo est ut possit [103], quod spero fore.
Sed [104] visne adesse me una dum istam convenis?
La. Immo vero abi: [105] aliquam puero nutricem para.

103. Manere scilicet, vel fieri ut maneat. Donatus.

104. Melius pronuntiaveris, si renitente & improbante hoc vultu, dicere acceperis Phidippum: quasi non oporteat interesse socerum: Ideo mutat sententiam Laches, & relegat eum in procurationem alterius rei. Donatus.

105. Paupertatis nota erat, si ipsae matres alerent liberos; quamquam id primum aliter obtinuit. Vide Claud. de Nutric. & Paedag. Cap. I. Vesterhov. PARA, pro, *quaere*. Donatus

ACTUS QUINTI
SCENA PRIMA.
BACCHIS. LACHES.

Ba. [1] NON hoc de nihilo 'st, quod Laches [2] me nunc conventam esse expetit:

[3] Nec

1. *Rarus vitae color in hac locutione miscetur a Poeta. Nam meretrix loquitur & senex; & quod est mirabilius, bona meretrix, mitis senex. Ut intelligas laborasse Terentium, ut & a lege Comicorum recederet, & in actu tantum* (Forte, *tamen*. Vesterh.) *consuetudinem retineret.* NON HOC DE NIHILO EST. Debet mirari meretrix, quum ad senem ducitur: debet timere, quum ad patrem: debet suspicari aliquid, cujus amator jam maritus est. Donatus. Valet autem DE NIHILO, frustra, temere, sine causa. * Gr. ὀ πρὸς οὐδὲν. Vest.

[3] Nec pol me multum fallit: quin, quod suspicor, sit, quod velit.

La. [4] Videndum est, ne minus propter iram hanc [5] impetrem, quam possiem:

Aut [6] ne quid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.

[7] Ag-

2. ME CONVENTAM ESSE EXPETIT. Locutio Plauto familiaris, Vesterhov. CONVENTAM ESSE, pro, convenire, compellare.

3. Ordo est: POL, NON MULTUM FALLIT ME, QUIN, QUOD VELIT, SIT, QUOD SUSPICOR. Sensus autem: Nisi me omnia fallunt, suspicor propemodum, quid velit. Suspicatur autem Bacchis id, quod res erat, de amore nimirum Pamphili se arcessitam. Sic infra V. 3. 29. Vesterhov.

4. Providendum, cavendum. Donatus. NE MINUS PROPTER IRAM. Quia non erat verisimile, bonum esse patrem meretrici interturbanti, reddit rationem senex cur agat mitius, ne videatur personae modus non esse servatus. Donatus.

5. IMPETREM. Perficiam, dictum a patrando: cujus rei difficultas, ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia, quae sunt ardua, verbum hoc commodavit, ac dedit. Donatus. Qui IMPETREM hic exponunt per *obtineam*, errant, neque enim senex oraturus est Bacchidem. Ad Donati expositionem confirmandam faciunt haee Plauti Epid. I. 2. 27.

Quod ad me attinuit, ego curavi: quod mandasti mibi,
Impetratum *est.*

Et Poen. V. 2. 14.

Incipere multo est, quam impetrare *facilius.*

Ad quem locum vide Durandum.

6. NE QUID — PLUS, quod MINUS FECISSE &c. Poterat τὸ PLUS salva latinitate abesse, ut adeo MINUS notet, *non.* sed amavit locutionem Plautinam, Capt. V. 3. 18.

Cur ego plus minusque feci, *quam aequom fuit!*

Sic Phorm. III. 3. 21.

Ne

[7] Aggrediar. Bacchis, salve! *Ba.* Salve, Laches!
La. [8] Credo, aedepol, te 5
Nonnihil mirari, Bacchis, quid sit [9], quapropter
te huc foras puerum evocare jussi.

Ba.

Ne quid plus minusve faxit, *quod nos post pigeat.* Aliter Heaut. I. 2. 24. *Plus satis.* Guyeto *Plus facere* valet violentius & superbius, *minus facere*, mitius & clementius facere. Unde ergo in ἀνεκδότοις legit: QUOM ME MINUS FECISSE SATIUS SIT. Vesterhov. QUOD POST ME MINUS FECISSE SATIUS SIT.] Satisfaciendo minuisse. — Si SIT pro *videatur* acceperis, erit sensus, *Ne quid faciam plus, quod post, dum poeniteat me, videatur satius minus fecisse.* Si SIT pro *erit* acceperis, erit sensus: *Videndum est, ne quid plus faciam: quod quum fecerim, postea satius sit, me non fecisse & satisfacere.* (valet *satisfacere* h. l dolere ob factum, & iram alterius deprecari. Sic Suet. Tib. 27. Vesterhov.) Aut certe duas res significat, quibus inter utrumque temperandum esse demonstrat: ut per illud supra, lenitatem tenendam: per hoc infra, auctoritatem defendendam esse commoneat. An MINUS FECISSE, pro *poenitere.* Sic enim veteres dicebant, *muto factum*, & *nolo factum:* * quum alicujus rei eos poenitebat. Donatus. * Vide Donatum ad And. I. 1. 13.

7. Adibo eam. * Benè AGGREDIAR, quasi rem arduam & incongruam seni. vel, AGGREDIAR, ut meretricem circumveniam. *Virgilius* (Aen. IV. 92.),

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

BACCHIS, SALVE! Non ita meretrici obsequitur (sc: *blanditur*, *assentatur*) senex: quamquam vult adimere timorem personae suae. Donatus.

8. Ipsum prooemium mollius & lenius est, ut ostendat se non jurgaturum senex. Donatus.

9. Deest *rei:* ut sit, *Quid sit rei.* Donatus.

Ba. Ego, pol, [10] quoque etiam timida sum, quum venit mihi in mentem quae sim:
[11] Ne nomen mihi quaestus obstet apud te: nam mores facile tutor.
La. Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier:
Nam ea jam aetate sum, [13] ut non siet peccato mihi ignosci aequom. 10

Que

10. QUOQUE ETIAM TIMIDA SUM.] Παρέλκον tertium. Ut (Virgil. Aen. I. 9.)
Multa quoque & *bello passus.*
Et obsequenter posuit, non solum se mirari, sed etiam pavere. — Bene ETIAM: ut hoc dicat, *non solum miror, sed etiam timeo.* Donatus. QUOQUE ETIAM. Sic supra IV. 1. 28. Infra versu 35. Plaut. Asin. II. 4. 95.
atque etiam *tu* quoque *ipse.*
Pseud. I. 1. 120.
etiam *matrem* quoque.
Et passim alibi. Vesterhov.

11. NE NOMEN MIHI QUAESTUS.] Quem exerceo scilicet: id est, *Quod est quaestui mihi.* NE — QUAESTUS. Id est, quod meretrix sum. Legitur &, NOMEN MEO QUAESTUI OBSTET. Donatus. NE — QUAESTUS OBSTET APUD TE. Pareus absurdè interpretatur: *Ne noctem a me petas.* Sensus autem est: *Ne nomen meretricis & quaestus meretricii sit mihi fraudi apud te, faciatque, ut minus mihi fidei habeas, quam velim, quamque aequum esse duco.* Quidam, pro OBSTET, OBSIET. Vesterhov.

12. Mores caeteros facile praestabo innoxios. Paraphrastes Delph. TUTOR, h. e. defendo & adprobo. V.

13. Ordo est, *ut non sit mihi aequum peccato ignosci.* — Aut SIT (positum est) pro *videatur*: aut PECCATO, pro *peccatorum*: aut PECCATO MIHI: pro *peccanti mihi*, aut *peccato meo.* aut deest *in*, ut sit, *in peccato.* Donatus. Vulgo interpretum τὸ PECCATO valet ἡμαρτηκότι. Quomodo dixerunt, Plaut. Amph. I. 1. 281.

C c Nam

Quo magis omnes res cautius, [14] ne temere faciam adcuro.

Nam si id facis, facturave es, bonas quod par est facere; [15] inscitum,

[16] Offerre injuriam tibi me immerenti, iniquom est.

Ba.

Nam injurato, *scio*, *plus credet mihi*, *quam* jurato *tibi*.

Curc. II. 3. 75.

Postquam coenati *atque* adpoti.

Plin. Paneg. 14. *Quum ferociam* — *Parthorum ex proximo* auditus, *magno terrore cohiberes*. (Ambigi autem potest, num *auditus* hic sit activae significationis). Possit tamen & esse ablativus absolutus, pro, si peccatum a me sit. Sic Cicero de Lege Agraria. II. 2. *Quae cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum vero mihi, praeter ceteros; cui* errato, *nulla venia*; *recte* facto, *exigua laus* — *proponitur*. Tacitus Annal. XI. 10. *In cujus (amnis) transgressu multum* certato, *pervicit Bardanes*. Adde Jac. Perizon. V. Cl. ad Sanctii Minerv. I. 15. 4. & IV. 6. 86. Vesterhov.

14. Seniliter additum post CAUTIUS, NE TEMERE FACIAM. Donatus. TEMERE, incogitanter, inconsultò. ADCURO, diligenter curo.

15. INSCITUM.] Me scilicet, si injuriam faciam. INSCITUM, inelegans, non bonum. Et bene non dixit *Durum*, aut quid tale, sed INSCITUM: quo verbo maxime mulieres & meretrices utuntur. *Scitum* enim dicunt quod placet: INSCITUM quod displicet. Ut, *Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo*. Hoc tale est quod dixit INSCITUM ex abundanti: quale est apud *Virgilium* (Aen. XII. 185.),

nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent. Donat.

INSCITUM, quod sis mulier; INIQUUM, cum nihil sis commerita. ut bene Minellius.

16. *Offerimus* injuriam non merenti: *Reddimus* ei qui meretur. Donatus.

Ba. [17] Est magna, ecastor, gratia de istac re, quam tibi habeam.
Nam qui post factam injuriam se expurget, [18] parum mihi prosit. 15
Sed quid [19] istuc est? *La.* Meum [20] receptas filium ad te Pamphilum. *Ba.* [21] Ah!
La. Sine dicam. Uxorem [22] hanc prius quam duxit, * vostrum amorem pertuli.
[23] Mane. nondum etiam dixi id, quod volui. [24] hic nunc uxorem habet:

Cc 2 [25] Quaere

17. EST MAGNA, ECASTOR, GRATIA, DE ISTAC RE, QUAM TIBI HABEAM.] Imitatur hic & senile, & foemineum tardiloquium. Suffecerat enim, *Ago gratias.* Donatus. DE ISTAC RE, propter hanc rem, scilicet, *quod mihi offerre injuriam nolis.*

18. PARUM MIHI PROSIT.] Si sic accipiatur ut scriptum est, λιτότης est, aut ταπείνωσις. Et ita intelligendum, quasi dixerit, *multum mihi nocuerit, imo me everterit.* Donatus.

19. ISTUC, sc. quod me conventam vis.

20. MEUM RECEPTAS FILIUM. Breviter proposuit crimen, quod postea dilatatur. Et frequentativo usus est verbo, quod non raro, sed frequenter recceptet. Donatus. *Receptare* est hominem criminis publici reum, maxime autem furem apud se occultare. Vesterhov.

21. AH!] Quod falsum est, reclamavit meretrix statim: & voluit contradicere, si permitteret senex. Don.

22. HANC quasi molestam, & quae haec nolit pati. Donatus.

* VOSTRUM AMOREM PERTULI.] VOSTRUM, non ipsius Pamphili. Ergo blande (hoc dixit) & honorifice. Non enim *illius amorem, & tuum quaestum:* sed AMOREM VOSTRUM. nihil potest dici familiarius. PERTULI autem, quantam vim patientiae habet, quantumque ponderis, ne laedi mereatur ulterius. Et quia multum diuque amaverit (Pamphilus), PER-

[25] Quaere alium tibi amicum firmiorem, [26] dum tempus consulendi est.
Nam neque ille [27] hoc animo erit aetatem: neque pol tu eadem istac aetate. 20

Ba.

PERTULI dixit, quae est longi temporis significatio. Donatus.

23. MANE. Hoc dixit, quum Bacchis gestu indicaret, se plura dicturam, quam illud AH! sesequè Lacheti expurgaturam. Sic And. IV. 1. 34. Phorm. III. 2. 4. Georg. Fabritius legit MANE, MANE. laudante Guyeto. Vesterhov.

24. HIC NUNC UXOREM HABET. Cum denuntiatione pronuntiandum est: quasi dicat, *alia res est.* Donatus.

25. QUAERE ALIUM TIBI &c. Magna moralitas in denuntiatione, magna proprietas. Sic enim dicimus, QUAERE TIBI. *Virgilius* (Aen. XI. 129.) *quaerat sibi foedera Turnus.* QUAERE — AMICUM FIRMIOREM. Oratorie senex quasi consulit meretrici, quam vocaverat incusandam. Donatus. AMICUM FIRMIOREM. Propriè. Amores & nuptiae vel *firmae* vel *infirmae* dicuntur. Supra I. 2. 26. & 101. Phorm. V. 1. 6. Vesterhov.

26. Sensus, Dum aetas in flore * posita est, facies vendibilis etiam nunc est. Et est ordo, *Dum tempus consulendi tibi.* Et bis subaudiendum est TIBI. Donatus. * *posita*, & *facies* &c. legendum esse conjicit Vesterhovius.

27. HOC ANIMO, nempe, in amorem tuum propenso. * AETATEM, pro, *tam diu quam longa est aetas.* NEQUE TU — ISTAC AETATE. Σχῆμα λόγȣ πλοκή. prius AETATEM adverbium, & posterius (AETATE) nomen. Donatus. AETATEM. Vide Donatum ad Eun. IV. 5. 8. Plaut. Asin. II. 2. 8.

Aetatem *velim servire.* Monetque Nonius Marcellus, AETATEM adverbialiter dici, pro, *diu.* NEQUE POL TU EADEM ISTAC AETATE. Videtur δεικτικῶς dictum, habetque simul

Ba. [28] Quis id ait? *La.* Socrus. *Ba.* Mene?
La. Te ipsam: [29] & filiam abduxit suam:
[30] Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui
est, * extinguere.

Cc 3 *Ba.*

simul commendationem formae, quam luminibus tacitis pererrat Laches. Vesterh.

28. QUIS ID AIT?] Non interrogatio, sed firma negatio est. Et bene AIT, quasi vanum. Sic enim dicimus de rebus nugatoriis. QUIS ID AIT? Moraliter meretrix missa fecit omnia, quae in medium senex contulit: & soli intentioni (criminis), MEUM RECEPTAS FILIUM —: QUIS ID AIT? respondit. SOCRUS. Terribiliter, quasi quae maxime sciat, & quae maxime doleat. Ergo & oculis & labris pronuntiandum est. Donatus. MENE, sub. *receptare ait.* IPSAM addidit, ad vehementiam verbis conciliandam.

29. Addidit ad personam testis, & facta: quia minus idoneum videbatur socrum dixisse de pellice. Et simul ostendit quantopere hoc animadvertendum sit, ex quo tantae turbae sint concitatae. ABDUXIT, proprie. *Arcessi* enim dicitur ad maritum: *Abduci* a marito ad divortium. Sic *Virgilius* (Aen. X. 79.)

& gremii abducere pactas?
Donatus.

Abduci dicuntur, quae a viris aut parentibus abstrahuntur, maxime tamen libidinis causa. Suet. Aug. 69. *M. Antonius super festinatas Liviae nuptias objecit, & feminam consularem è triclinio viri coram in cubiculum* abductam, *rursus in convivium, rubentibus auriculis, incomtiore capillo*, reductam. Justin. XXI. 2. *Conjuges Principum ad stuprum rapi jubebat; virgines ante nuptias* abductas, *stupratasque sponsis reddebat.* Vesterhov.

30. PUERUMQUE OB EAM REM: Hoc sic pronunciat senex, quasi qui dicat, *Ecce quarum rerum tu causa.* Donatus. Fingit haec senex. Neque enim id factura erat Myrrhina; (immo factura. vide supra III. 3. 40.) neque, si maxime factura fuisset, innotescere id

La-

Ba. [31] Aliud si scirem, [32] qui firmare meam apud vos possem fidem,
[33] Sanctius quam jusjurandum, [34] id pollicerer tibi, Lache,

[35] Me

Lacheti potuerat. Facit ergo haec narratio ad invidiam faciendam amoribus Pamphili & Bacchidis. Vesterhov.

* I. e. interficere. Et *extinguere* dixit secundum opinionem eorum, qui putabant animam esse ignem: annotante Minellio.

31. ALIUD SI SCIREM, QUI FIRMARE. Mirè, dum quaerit quo firmet fidem, fidem sibi acquisivit atque adscripsit. Donatus. Moribus fiebat, ut leve non haberetur jusjurandum ultro oblatum. Unde & Lacheti satis sit, & ut Myrrhinae & Philumenae idem polliceatur, Bacchidi auctor est. Sic supra IV. 4. 75. & Adelph. II. 1. 11. & Hippolytus postquam jurejurando se expurgasset patri Theseo, accinit chorus;

Ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας
ἀποστροφὴν,
ὅρκους παρασχὼν; πίστιν
οὐ σμικρὰν Θεῶν.

Sufficientem dixisti criminis defensionem,
Jusjurandum dans, non levem Deorum fidem.

Euripid. Hippol. 1036. Vesterhov.

32. Quo meae assertioni firmam fidem apud vos conciliare possim; id est, quo consequi possim, ut mihi credatis. * Sic And. III. 1. 4. Cicero Off. III. 31. *Nullum enim vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII. Tabulis, indicant sacratae, indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones, animadversionesqueCensorum; qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant.* Vesterh. Bene VOS: quia & *Hic* dicit, & *Socrus*. Donatus.

33. SANCTIUS QUAM JUSJURANDUM.] Bene dum aliud agit, etiam personam commendat. nam non est levis, quae jurejurando

nihi

35 Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me
Pamphilum. 25

La. 36 Lepida es. sed scin', quid volo potius, sodes, facias? *Ba.* Quid vis? cedo.

La. 37 Eas ad mulieres huc intro, atque 38 istuc jusjurandum idem

Polliceare illis: 39 exple animum iis, teque hoc crimine expedi.

Cc 4 *Ba.*

nihil sanctius sciat. SANCTIUS, firmius. Donatus. Philo, citante Jac. Kockerto: ὅρκος τὸ πίστεως βεβαιότατον σύμβολον. Vesterh.

34. Scilicet ut nunc polliceor jusjurandum. *Pollicëri jusjurandum alicui*, . est offerre alicui se paratum esse jurejurando affirmare aliquid factum esse, vel non esse: exponente Minellio. POLLICERER, sponte promitterem.

35. ME SEGREGATUM HABUISSE. Bono significatu usa est: quasi ipsa fecerit. Et bene SEGREGATUM: * non enim *disjunctum* aut *repudiatum* propriè diceret. UT, adverbium est temporis, pro *Ex quo*. Donatus. * *Non enim disjunctum.* Confer Donat. infra V. 2. 30. ME SEGREGATUM HABUISSE, dixit, pro, *Segregasse*. Vid. supra IV. 2. 6. Vesterhov. Id est, nihil cum Pamphilo consuetudinis habuisse.

36. LEPIDA ES.] Senex cum meretrice loquens, eo potius nomine laudavit eam, quo meretrices solent laudari; quam quo matresfamilias. Sic & supra, quum INSCITUM se diceret, rationem habuit, quae esset cum qua loqueretur. SODES, si audes, si vis. Donatus.

37. EAS AD MULIERES. Non dixit *ad socrum & ad uxorem*, terribilia nomina & inimica meretrici: sed quod facile est, AD MULIERES. Sic alibi *Mulier mulieri magis congruit.* Donatus. EAS, ut eas.

38. ISTUC, id est, quod mihi pollicebaris. Donatus.

39. EXPLE ANIMUM HIS, TEQUE — EXPEDI.]

Ba. Faciam: [40] quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret, scio,
Ut [41] de tali causa nuptae mulieri se ostenderet. 30
Sed

DI.] *Explere*, pro *Exinanire* Terentianum est. *Expedire* dicitur qui pedem retentum liberat. EXPLE ANIMUM. quod illis prosis. Donatus. Hanc autem Notam* sic ordinat Vesterhovius; EXPLE ANIMUM HIS.] *Quo illi prosis*. Sub. Pamphilo. TEQUE — EXPEDI. *Expedire*, pro *Eximere*, *Terentianum est*. *Expedire dicitur, qui pedem* &c. EXPLE ANIMUM, satisfacito illis, exonera, libera animum harum mulierum sollicitudinis; interprete Minellio, secutô, ut videtur, *ex parte Donatum. * *Explet animum* vel suum, vel alterius, qui desiderio vel vindictae satisfacit. Vide And. I. 2. 17. Infra V. 2. 19. Virg. Aen. I. 717.

Expleri *mentem nequit*.
Aen. II. 586.
animum*que* explesse *juvabit*.

Cicero pro Domo, 17. Explevi animos *invidorum*. Sensus autem est; *Exple mulieribus animum, scire cupientibus, receptesne etiam nunc Pamphilum, an minus*. Vesterhov.

40. QUOD POL, SI ESSET ALIA EX HOC QUAESTU.] Vigilanter Poëta, ne non verisimile videretur, id ullam fecisse meretricem, ipse lectorem praevenit. Et sic fere in omnibus *Terentius*, quae minus pervulgata sunt, quaeque abhorrent a consuetudine, agit. Donatus. EX HOC QUAESTU, pro, ex iis, quae hunc quaestum exercent. *Quaestus* modò, exercitium, certum vitae studium, victus, vel opum quaerendarum causa; Handterina, Handwerk, Nering. * EX HOC QUAESTU. Elegans usus praepositionis EX. Cic, pro Murena, 36. *Fuit eodem* ex studio *vir eruditus apud patres nostros*. Flor. I. 13. *Virgines* ex sacerdotio *Vestae*. Vesterhov.

41. DE TALI CAUSA.] Id est, de amore mariti ejus, & pellicatu. — SE OSTENDERET. Plus dixit, quam, *Nuptam alloqueretur*. Donatus.

Sed nolo [42] falsa fama esse gnatum suspectum tuum:
Nec [43] leviorem vobis, quibus est minime, aequom [44], viderier.
* Immerito. nam meritus de me est, quod queam, [45] illi ut commodem:
La. [46] Facilem benevolumque [17] lingua tua jam tibi me reddidit.

Cc 5 Nam

tus. SE OSTENDERET, in conspectum ejus uxoris veniret, nedum de hac re verba ei faceret. Paraphrast. Delph.

42. Falso rumore. * Bene, quo sit gratiosior, non propter se dicit, quod facit, facere. Donatus.

43. Quid LEVIOREM? an minus charum? ut contra *Gravis*, honore dignus, & charus intelligitur. *Virgilius*, (Aen. XII. 458.)

ferit ense gravem Thymbraeus Osirim. Don. LEVIOREM, valde inconstantem, futilem, atque adeo vilem & abjectum: nam Dilogia inesse videtur.

44. Parentibus scilicet. Donatus.

* IMMERITO. Bona exceptio, hoc enim & cavere nobis, & praestare aliis possumus. IMMERITO. NAM MERITUS &c. Παρόμοιον. Donatus.

45. Commodum praestem, ei prosim, in ejus commodum faciam. * ILLI COMMODEM. Vox multum Ciceroni amata. Vide And. I. 1. 135. Inde *commodare quid alteri* est juvare, concedendo rem. Plaut. Rud. II. 4. 21.

Am. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti* commodat?
Sc. *Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi* commodat? Vesterhov.

Cic. Fam. XIII. 35. 3. *Peto igitur abs te, ut omnibus* rebus, *quod sine molestia tua facere possis*, ei commodes. Ibidem 41. 1. *Quae fecisti L. Lucceii caussa, scire te plane volo, te homini gratissimo* commodasse.

46. FACILEM ad peccatum, BENEVOLUM ad iracundiam retulit. Donatus. Neque hoc distincte satis: Benignum & benecupientem.

Pa-

Nam non sunt solae arbitratae [48] hae: ego quoque
etiam credidi. 35
Nunc quum ego te esse [49] praeter nostram opinio-
nem comperi:
[50] Fac eadem ut sis porro; [51] nostra utere amicitia,
ut voles.
[52] Aliter si facias. sed reprimam me, ne [53] aegre
quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum: [54] qualis sim amicus,
aut quid possiem,

Potius

Paraphrastes Delph. Non modo placatum & propitium, verum etiam benefacere tibi cupientem.

47. LINGUA TUA. Consuetudine magis, quam ratione dicit, TUA LINGVA. ergo pro homine ipso. Donatus. LINGUA TUA, Lepidus tuus sermo. Paraphrastes Delph. LINGUA TUA JAM.] Subdistingue JAM: ut appareat, Si *lingva tua jam*, quanto magis *facta*. Donatus.

48. HAE, Socrus & uxor. * QUOQUE & ETIAM supervacuè posita sunt: sed hic confirmationem ostendunt. Donatus.

49. PRAETER — OPINIONEM. Pro contra; hoc est, innoxiam. Donatus.

50. Hoc est, persevera purgata esse. Donatus. FAC EADEM &c. H. e. Iisdem morata moribus. Vesterhov.

51. I. & habebis nos amicos. Nepos in Attico, I. 2. *Patre* usus *est* diligente, indulgente &c. Plancus Ciceroni, Fam. X. 21. 3. *Scripsi tibi* —, *confidere* me bono Lepido esse usurum.

52. ALITER SI FACIAS. Ἀποσιώπησις. Donatus. SED REPRIMAM ME. Formula ἀποσιωπήσεως. Heaut. I. 2. 28. Vesterhov.

53. Utrum AEGRE pro *malè?* an AEGRE pro *Invita?* Donatus. Ne molestè & acerbè quidquam tibi dicam. Paraphrastes Delph. Quid. legunt AEGRI, i. e. molesti: observante Minellio.

Potius quam inimicus, periculum facias. [55] *Ba.*
Faciam sedulò. 40

54. QUALIS SIM AMICUS, AUT QUID POSSIEM.] In Secunda oratione Sallust. ad Jugurtham, *Nam vim magis quam benevolentiam ejus experire mallem.* — Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis, sed plurimum gravitatis. Donatus. H. e. Quanti intersit, mea amicitia uti. POSSIEM, pollеam, valeam. Ideo autem suam amicitiam laudat, quia teste Phaedro III. 9. 1. *Vulgare amici nomen, sed rara est fides*
Et Plauto Pseud. I. 3. 156. *Pauci ex multis sunt amici homini qui certi sient.* V

55. BA. FACIAM SEDULO. Haec in multis Mss. & Edd. desiderantur, teste Vesterhovio. Diligenter faciam quae mones. Paraphrastes Delphini.

ACTUS QUINTI

SCENA SECUNDA.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

Ph. [1] NIHIL apud me tibi
[2] Defieri patiar: quin, quod opus sit,
[3] benigne praebeatur.

[4] Sed

1. *Verba nutricis fuisse Poëta demonstrat, petentis ordine longo quae sibi praebenda sint. Unde quasi taedio singulorum generaliter haec respondit.* APUD ME, dixit pro, Apud eum, ubi futura es. Donatus.

2. Noluit dicere *Deesse*: sed DEFIERI dixit, ut id quod minus usitatum est, magis delectet auditum. Donatus.

3. BENIGNE, largè. Donatus.

⁴ Sed quum tu ſatura, atque ebria eris, puer ut ſatur ſit, facito.

La. Noſter ⁵ ſocer, video, venit: puero nutricem adduxit.

Phidippe, Bacchis ⁶ dejerat perſanƈte. *Ph.* ⁷ Haeccine ea eſt? *La.* Haec eſt. 5

Ph. ⁸ Nec, pol, iſtae metuunt Deos: neque has reſpicere Deos opinor.

Ba.

4. QUUM TU SATURA, ATQUE EBRIA ERIS.] Hoc eſt in nutricibus non ſolum non turpe, ſed etiam neceſſarium. Et, *Hic ſatur; & haec ſatura* fecit. Donatus. Licet impigri hauſtus commendari ſoleant nutricibus, & diſtenta plus laƈtis promant ubera, videtur tamen morem nutricum perſtringere Phidippus, non laudare, quod exiſtimat Donatus. Senſus eſt: ubi tu tuam cuticulam curaveris, quod ſoletis vos, facito, ne, quod ſatis ſit, non ſuppetat puero; ſeu, ut Plauti verbis utar, ex Pſeud. I. 2. 51. *Ubi tu tuum panticem madefeceris, puer ne ſiccus ſit, facies.* — Dixit igitur, EBRIA ERIS, pro, ſatis vini biberis. Ut adeo ſatietas intelligatur, non ebrietas proprie diƈta. Plaut. Capt. I. 1. 33. *Unde ſaturitate ſaepe ego exii* ebrius. Veſterh.

5. SOCER, h. e. Conſocer. Proprie enim Pamphili ſocer, Lachetis affinis erat Phidippus. Veſterhov. Ordo eſt, NOSTER SOCER VENIT: & deinde, VIDEO. Aut deeſt ut: ut ſit, *Ut video.* Donatus.

6. DEJERAT. Deos jurat. ut (Virgil. Aen. VI. 351. ubi nunc, *Maria* aſpera *juro.* Veſt.)

Maria omnia juro.

Aut valde jurat. BACCHIS DEJERAT. Si correptè, DEJERAT, *Deos jurat:* ſi produƈte, *valde jurat.* Donatus.

7. HAECCINE EA EST? Imitanda irati contemplatio: quaſi dicat, *Haec eſt, quam uxori Pamphilus anteponit?* Donatus.

8. NEC, POL, ISTAE METUUNT DEOS.] Hoc ar-

Ba. [9] Ancillas dedo: [10] quo lubet cruciatu per me exquire.

[11] Haec

argumentum est, non illam vera jurare. Sanctum, ait, jusjurandum est, aut metu religioso, aut supplicio sacrilegorum. At vero nec religiosae sunt meretrices, inquit, nec dant poenas: quippe quae a Diis contemnuntur. Tale est apud *Virgilium* (Ecl. III. 8.) de violato luco, qui vindicatus non est:

Novimus & qui te, transversa tuentibus * *hirquis:*
Et quo, sed faciles, Nymphae risere sacello.

* Vulgo, *hircis.* sed & *hirquis* legit Servius pro oculorum angulis, in quos oculi ipsi retorti libidinem notant. Vesterhov.) NEQUE HAS RESPICERE DEOS OPINOR.] Et inferiores sunt, inquit, quam in quas Dii vindicent. — Nec merentur ut Diis poenas referant, quia nec curae Diis esse dignae sunt. Et est ἀμφιβολία, quae sensu manifesta est. Donatus. Ut ut ambigue dictum videri queat, sensus tamen est, *Neque opinor, Deos respicere has.* h. e. has respici a Diis. quod contumeliosius, & ad oppositionem melius. Plaut. Pers. IV. 4. 33.

generi lenonio
Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius. Vesterhov.

RESPICERE, vel praemiis vel poenis afficere, ut quas non omnino dignentur Dii sua cura & providentia. Nam malos extra Deorum providentiam esse putabant antiqui non pauci. Mer. Casaubonus.

9. Repudiato jurejurando, ad aliud transit firmius documentum. Donat. DEDO, trado in potestatem tuam. Paraphrastes Delph. Solebant maxime cubicularii servi & ancillae ad cruciatum dedi, quod secretorum maxime participes essent. Plaut. Mostell. V. 1. 38.

servos pollicitus est dare
Suos mihi omnes quaestioni.

Cicero pro S. Rosc. Amer. 28. *O Dii immortales! rem miseram & calamitosam. quod in tali crimine innocenti saluti esse solet, ut servos in quaestionem polliceatur, id Sex. Roscio facere non licet.*

Quin-

[11] Haec res hic agitur, [12] Pamphilo, me facere ut redeat uxor,
Oportet. quod si perficio, [13] non poenitet me famae,
[14] Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant. 10
La. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis, [15] in re ipsa invenimus. porro hanc nunc experiamur.

Nam

Quinctil. Declam. 328. *Servum torsi, cubicularium ejus, qui occisus est.* Apul. Metam. X. *Confestim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum veritatem eruit.* Non cruciati tamen servi vel ancillae in dominos dominasve. L. 1. §. 20. de Quaestion. nisi in causa majestatis, paucisque aliis. Vesterhovius.

10. Quibuslibet quaestionum tormentis verum ex iis quaere. Paraphrast. Delphini. PER ME, hoc est, me permittente. ut quod per legem tibi non licet, per me liceat. Donatus.

11. HAEC RES HIC AGITUR. Nempe ut mea opera Pamphilo redeat uxor: Et id in hac Fabula, hic in scena, agitur, id a Poëta intenditur, ut bona inducatur meretrix: Ut in verbis sit ἀμφιβολία. * De hac re disputatur, contenditur; exponente Minellio.

12. Ordo; *Me facere* (i. e. operam dare) *oportet, Pamphilo* (ad Pamphilum) *ut redeat uxor.*

13. NON POENITET ME FAMAE.] Haec Figura λιτότης dicitur: minus enim dicit, quam significat. Donatus. Satis contenta sum eo, quod de me spargetur haec fama. Phorm. I. 3. 20. Hanc NOBILITATEM Laches vocat infra v. 31. Vesterhov.

14. Bene SOLAM: ne nescisse officium meretricis Poëta videretur. ID, QUOD ALIAE &c. Id est, reconciliasse uxorem marito. Donatus.

Nam si compererit [16] crimini tua se falso uxor
credidisse,
[17] Missam iram faciet. Sin autem est ob eam rem
iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, [18] cito ab eo haec ira abscedet. 15
[19] Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.
Ph. Velim quidem hercle [20]. *La.* [21] Exquire:
adest: quod satis sit, faciet ipsa.

Ph.

15. IN abundat. * HANC — EXPERIAMUR, utamur opera ejus. Donatus.

16. CRIMINI TUA SE FALSO UXOR CREDIDISSE.] *Crimen* proprie dicitur id quod factum est (*falsum est*, *fictum est*. habent Codd. Lindenbrogii.) *Cicero. Veruntamen fac, tametsi criminosum id est.* Id est, falsa insimulatio est. CRIMINI. *Crimen* nunc pro falsa suspicione. *Virgilius* (Aen. XI. 407.)

Formidine crimen acerbat.

Et (Aen. XI. 122.)

semperque odiis, & crimine Drances
Infensus juveni Turno.

Id est, & quod eum odisse, & quod se illi odio esse suspicaretur. Donatus.

17. Cessabit irata esse Pamphilo.

18. CITO — ABSCEDET. Bene: in duabus enim personis caussa videtur esse turbarum, socrus & Pamphili. Donatus. AB EO ABSCEDET, deseret eum. * Supra III. 5. 55. Vest.

19. PROFECTO &c. Moraliter, quasi quaerendo & discutiendo hoc intulit. Donatus. HAC RE, partus celatione. Paraphrastes Delph. DISCIDIO, divortio. Donatus. Edd. Hackiana, Delph. & Minellii, habent DISSIDIO, quod minus placet: haec autem vocabula crebrò confunduntur.

20. Ut nihil sit dignum: hoc est, non peccaverit Pamphilus. Donatus.

21. Explora sagaciter a Bacchide. Paraphrast. Delph. QUOD SATIS SIT, FACIET IPSA. Id est, quic-

quid

Ph [22] Quid mihi istaec narras? [23] an, quia non tute ipse dudum audisti,
De hac re [24] animus meus ut sit, Laches? [25] illis exple modo animum.
La. Quaeso, aedepol, Bacchis, [26] mihi quod es pollicita, tute, ut serves. 10

Ba.

quid ad plenam ducit purgationem, faciet. Donatus.

22. QUID ISTAEC MIHI NARRAS?] Reprehensio est, quasi * longorum verborum Lachetis. Donatus. * Immo inutilium & inanium verborum. MIHI habet emphasin, qu. d. *mihi*, qui modo rejeci jusjurandum Bacchidis. vel *mihi*, homini leni, indulgenti & facilè exorabili; ut sit oppositio ad *Illis*, quod sequitur. vel denique MIHI, qui de meorum arbitrio pendeo, & *meis non possum adversari*, ut dixit alibi.

23. AN, QUIA NON TUTE IPSE DUDUM.] Correptio est. nam audivit, *Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo.* — AUDISTI DUDUM, DE HAC RE ANIMUS MEUS UT SIT, LACHES? Utrum quia dixit, *Manere affinitatem — volo*: an quia apud uxorem defendit adolescentem in amore meretricis? (Hoc autem fecit supra, IV. 1. 27. 28. 37. 38.) Donatus. AN, QUIA NON — AUDISTI.] Sensus est: Certe quidem tute ipse dudum audisti. Sic supra IV. 4. 41.

an quia non delinquunt viri? Vesterhov.

24. ANIMUS, mens, sententia, voluntas. Vesterhovius confert Locum And. II. 3. 4.

25. ILLIS MODO EXPLE ANIMUM.] Quasi dicat, quae amarae sunt & molestae. Donatus. EXPLE. Faërnus & Georgius Fabritius mallent, EXPLETE, quasi ad Lachetem & Bacchidem simul dictum. Vesterhov.

26. MIHI QUOD ES &c. Id est, jusjurandum apud mulieres. Donatus.

Ba. Ob eam rem [27] vis ergo intro eam? *La.* I,
atque [28] exple animum iis, ut credant.
Ba. Eo: etsi scio, pol, iis fore [29] meum conspectum invisum hodie:
[30] Nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregata est.
La. At hae amicae erunt [31], ubi, quamobrem adveneris, rescifcent.
Ph. [32] At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint. 25

Nam

27. VIS dicit: ut ostendat in ea re cunctationem suam. Donatus.

28. Ita illis persuade, ut credere tibi cogantur. Paraphrastes Delph.

29. MEUM CONSPECTUM, me aut meam personam coram conspicere. INVISUM, molestum, exosum. HODIE, pro *nunc*, *h. tempore*; Comice.

30. Caute etiam hoc praestruit Poëta, ne non verisimile videatur, potuisse meretricem (*nuptam*, censet legendum esse Vesterhovius) concorditer cum pellice (i. e. *aemula sua*, seu *amatoris sui conjuge*; ex mente Grammatici) agere. * Nam nupta meretrici hostis alia, (i, e. *hostis similis hostis instar*) scilicet inimica. Donatus. * Lego ope Codicum veterum. NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS.] *Aliena seu inimica.* Scilicet respicit veterem notionem τȣ HOSTIS, pro peregrino seu alieno. Vide Varronem L. L. IV. init. & Ciceronem, Off. I. 12. Vesterhov. Id vult dicere: Semper quidem nupta mulier odit meretricem, vel meretrices, at cum a viro separata est, opera meretricis, ut Philumena nunc se esse autumat, tum vero hostili odio odit.

31. Sub. *Tibi*; tantum abest ut hostes tibi futurae sint, ut etiam futurae sint amicae.

32. AT EASDEM.] Repetit eundem sensum Lachetis Phidippus, ut adpareat, aeque utrique studium esse. ATQUI EASDEM, Go-

vea-

Nam illas errore, & [33] te simul suspicione exsolves.

Ba. Perii! [34] pudet Philumenae. [35] sequimini me huc intro ambae.

La. [36] Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire:

[37] Ut gratiam ineat sine suo dispendio, & [38] mihi prosit?

Nam

veanus legit. Vesterh. REM, rei veritatem: sc. Pamphili innocentiam.

33. TE — SUSPICIONE EXSOLVES.] Hoc est quod supra dixit, *Crimen:* nos quoque suspicionem interpretati sumus. EXSOLVES, Expedies. Donatus. Sic supra V. 1. 28.

teque hoc crimine expedi. Vesterhov.

34. PUDET PHILUMENAE.] PUDET duo significat: sive ille peccarit quem pudet (ut hoc loco), sive ille cujus pudet (ut Adelph. III. 3. 38. *Fratris me quidem pudet.*) Et familiariter PHILUMENAE, tanquam notae ex Pamphilo. PUDET. PHILUMENAE. Conscientia communis viri & pellicatus. Donatus. Nimirum ob pellicatus suspicionem. Vesterhov.

35. SEQUIMINI ME.] Facit ex more meretricum, quae in publicum prodeuntes habebant ancillas pedissequas. Sic Eun. 2. 53. Et testis est Guyetus, meretrices etiam nunc Romae ut minimum binas ancillas secum trahere. Vesterhov.

36. QUID EST, QUOD MIHI.] Sic hoc intulit pro novo. Mirandum est enim evenire potuisse, ut idem & seni & patri prosit, quod meretrici. QUID EST, QUOD MIHI MALIM. Ut amicitia mihi & sibi prosit. Donatus. Sensus est: *Idem mihi, quod Bacchidi evenit, evenire velim, ut ineam gratiam sine meo dispendio, & mihi prosim.* Donatus non cepit. Vesterhov.

37. UT GRATIAM INEAT SINE SUO DISPENDIO.] Recte. Difficile est enim gratiam inire sine damno. Donatus. UT GRATIAM INEAT. Sic Heaut. II. 3. 61. Adelph. V. 7. 16. Sed *inire gratiam ab*

Nam [39] si est, ut haec nunc Pamphilum vere [40] ab se segregarit: 30
[41] Scit sibi nobilitatem ex eo, & [42] rem natam, & gloriam esse:

 [43] Re-

ab aliquo, h. e. dato beneficio gratiam & amicitiam alterius mereri, Plautinum magis est. Vide Eun. III. 5. III. 5. 9. Vesterhov.

38. MIHI PROSIT.] Tanaquill. Faber, ejusque filia Anna Daceria (legunt), SIBI PROSIT, scilicet ne Laches bis idem dicat, quasi vero qui gratiam ab altero init, eadem opera non sibi prosit. Vesterhov.

39. SI EST, UT.] Ita dixit more suo, pro, *si Pamphilum ab se segregarit*. Supra IV. 4. 15. Vesterh.

40. Proprie ab meretrice, *Segregari* dicitur: ab uxore, *Disjungi*. Donatus. Confer supra V. 1. 25.

41. SCIT perspicit, intelligit, sentit: i. e. Ideo eum segregavit ab se, quia perspicit *sibi nobilitatem* &c. * SCIT SIBI NOBILITATEM, EX EO, ET REM NATAM.] Quasi dicatur, *Ecce quam amavit Pamphilus!* Sed hoc sentire & dicere patris est, stulta pietate magnificantis filium. Et proprie NOBILITATEM dixit. nam & *meretrix* & *gladiator nobiles* dici solent. — EX EO. Utrum ex Pamphilo? an EX EO, ex ea re: id est, quod segregaverit vere ab se Pamphilum? & hoc est melius. nam nobilis meretricis est, non timere, ne alterum non inveniat. aut nobilis est, cognitam fieri etiam senibus. REM NATAM.] Ex patrocinio & amicitia senis. REM NATAM. Quia multa in eam contulit (Pamphilus). ET GLORIAM, (o: laudem, honorem) ex facto raro in meretricibus. ET GLORIAM ESSE.] Quia defendit eum apud soceros & uxorem: — & quod marito meretrix conjugem reddit. Donatus. Manifestò notatur quid jam demum futurum sit, postquam abs se segregarat Bacchis Pamphilum. Si aliter accipias (sc. de re praeterita), non habet, cum quo cohaereat versus superior. Confer porro verba ipsius Bacchidis versu 8 seqq. — Dixit autem NOBILITATEM pro celebritate. No-

[43] Referetque gratiam ei, unaque nos sibi [44] opera amicos junget.

Nobiles enim proprie dicti, quicunque in re aliqua excellunt. Unde & in deteriorem partem sumitur. Ovid. Trist. II. 384.
Nobilis *est Canace fratris amore sui.*
Cicero, de Petit. Consulat. dixit, *Vitiis* nobiles. Vide ad Eun. V. 7. 20. Sed & hinc *Nobiles* dicuntur illustribus majoribus orti: quod ii magis noti sint, quam plebeii. Dicitur enim *nobilis* a nosco, novi; uti *mobilis* a moveo, movi. Vesterhov.

42. REM NATAM, ET GLORIAM. Solent haec jungi. Heaut. I. 1. 60. Dubium autem videtur an *rem nascituram* dicat ab amatoribus (propter nobilitatem sc.), an potius a Myrrhinae & Philumenae (imo & ipsius Lachetis) munificentia. Vesterhov. REM NATAM, rem familiarem auctum iri. Paraphrast. Delphini. Rectius, opes eventuras, partas fore. nam ambigi potest, an *Nasci* significet *augeri.*

43. Reddet beneficium Pamphilo, bene de se merito. Vide supra V. 1. 33.

44. Libri quidam OPE. Vesterhov. JUNGET, conjunget, conciliabit.

ACTUS QUINTI

SCENA TERTIA.

PARMENO. BACCHIS.

Pa. [1] AEDEPOL nae meam herus esse operam deputat parvi pretii,

Qui

1. *In tota hac Fabula servus piger & curiosus inducitur: neque quidquam illi evenit ex sententia sua.* In hac Scena καταστροφὴ populo exponitur. AEDEPOL NAE MEAM.] Totum a sto-

Qui [2] ob rem nullam [3] misit, frustra ubi totum desedi diem,
[4] Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem.
Itaque [5] ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque venerat,

stomachante dicitur; quasi qui nunc maxime injuriam persenserit. DEPUTAT PARVI.] Quia sic scilicet abutitur. DEPUTAT PARVI eam, qui deputat eam in re nullius pretii consumendam. Donatus. Ordo; *Aedepol nae herus deputat, meam operam esse parvi pretii.* DEPUTAT, censet, existimat.

2. OB REM NULLAM, nullius momenti, vel propter nullam causam

3. MISIT, deest *Illuc:* ut sit, *illuc, ubi frustra* &c. TOTUM DESEDI DIEM. Nota, accusativo casu usum esse. Donatus. DESEDI, otiosus sedi. Paraphrastes Delph. DESEDI DIEM, quasi, sedendo consumsi, perdidi. * TOTUM DESEDI DIEM.] Propriè (*Sedere*, & *Desidere*) de longiore mora. Plaut. Aul. I. 1. 33.

tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Pseud. IV. 4. 7.

Quid tu intus, quaeso desedisti *tam diu?* *

Phaed. II. 4. 21.

Ruinam metuens aquila ramis desidet.

Suet. Caes. 4. *Ne* desidere *in discrimine sociorum videretur.* Vesterh.

4. Memoriter & vigilanter servus MYCONIUM HOSPITEM & CALLIDEMIDEM (adde IN ARCE,) dixit: ne videretur negligentia, vel oblivione sua non invenisse, ad quem missus est. — Et ut videatur vere illusus, quum operam dederit. Donatus.

5. Moraliter additum INEPTUS, quasi inaptus. Donatus. Insipiens, fatuus.

Accedebam: [6] adolefcens, dic dum, quaefo, es tu
Myconius? 5
Non fum. at Callidemides? non. * hofpitem ecquem
Pamphilum
Hic habes? [7] omnes negabant. neque eum quemquam
effe arbitror.
Denique hercle [8] jam pudebat. abii. fed, quid Bacchidem
[9] Ab noftro adfine exeuntem video? [10] quid huic
hic eft rei?

Ba.

6. ADOLESCENS, DIC DUM, QUAESO.] Vernaliter &. comicè fe ipfum fervuş imitatur. Et eft *μίμησις*. ES TU MYCONIUS?] Nam ut tria mandata funt inquirenda, tria inquifita funt ordine. Donatus.

* Aliquem amicum, quem & tu excipere hofpitio foles, & ille te, qui vocetur Pamphilus.

7. OMNES NEGABANT.] Benè tranfit a *μιμητικῷ* ad *διηγηματικὸν*, & *συντόμως*. NEQUE ENIM QUEMQUAM ESSE ARBITROR.] Id eft, non puto effe in mundo. Donatus. NEQUE EUM QUEMQUAM ESSE &c.] Neque arbitror effe usquam quemquam Callidemidem Myconium; vix credo vivere ullum mortalem ifto nomine. Virg. Aen. I. 185.

Profpectum late pelago petit,
Anthea fi quem
Jactatum vento videat.

Εἴ τινά ποτε ἴδοι. εἰ ὄντα, εἰ ζῶντα ἴδοι. Vefterhov.

8. JAM PUDEBAT. Sedere, an interrogare? Donatus.

9. Satis moraliter inducitur fervus dicere, AB NOSTRO ADFINE: quum domini ejus fit, non ipfius. Donatus. QUID HUIC HIC EST REI.] Rurfus curiofus nihil fciturus eft, & excurfurus piger. Donatus. HUIC, meretrici: HIC, in honefta domo: REI, negotii. * Sic And. V. 2. 8. Adelph. IV. 5. 4. Vefterhov.

Ba. Parmeno, [11] opportune te offers. [12] propere curre ad Pamphilum. 10

Pa. Quid [13] eo? *Ba.* Dic me orare, ut veniat. *Pa.* [14] Ad te? *Ba.* [15] Immo ad Philumenam.

Pa. [16] Quid rei est? *Ba.* [17] Tua quod nihil refert, percontari desinas.

11. In ipso tempore mihi obviam venis.

12. Facete Poëta inde incipientem facit, quod ille minime vult, dicendo CURRE. Donatus.

13. EO, ad Pamphilum. Donatus. ORARE.] Pauci Libri, AMARE. Eodem fere sensu Plaut. Menaechm. II. 3. 71.
Sed scin', *quid* te amabo, ut facias? Vesterhov.
Idem Ibid. III. 3. 1.
amare *ait* te *multum Erotium*,
Ut *hoc nunc una opera ad aurificem* deferas.

14. AD TE? Vide curiosum non recusare laborem, quo caussam sciat. AD TE? Non ad te conveniendam, sed domum, AD TE significat. Donatus.

15. Non vero ad me, sed ad Philumenam. Paraphrastes Delph.

16. QUID REI EST? Totum pro persona (curiosi). Donatus. Sub. *Cur venire debeat ad Philumenam?*

17. TUA QUOD NIHIL REFERT, &c.] Οἰκονομικῇ διανοίᾳ & eximiè dixit, quasi minus sit injurium prohibere interrogare, quam interroganti non respondere, Et memento hanc esse cui in principio nihil celaverit Parmeno. (Wielingius mallet: *Quae in principio nihil celaverit Parmenonem.*) Donatus. Eodem sensu curiosius sciscitanti respondetur, Heaut. IV. 4. 23. *Ne quaeras.* Plautus Stich. II. 1. 28. *Tua quod nihil refert, ne cures.* Vesterhov. Plenum foret; *Quod nihil* ad *tua* negotia se *refert*, ɔ: spectat, attinet. DESINAS, cessa, desiste; seu noli. Nequeo assentiri Vesterhovio, qui τὸ DE-

Pa. [18] Nihil aliud dicam? *Ba.* [19] Etiam: cognôsse
anulum illum Myrrhinam
Gnatae suae fuisse, quem ipsus olim mihi dederat.
Pa. Scio.
[20] Tantumne est? *Ba.* * Tantum. aderit continuò, hoc ubi ex te audierit. 15
[21] Sed cessas? *Pa.* Minime equidem: nam hodie
mihi potestas haud data 'st;

[22] Ita

DESINAS ait πλεονάζειν: adducens ex Virg. Aen. IV. 360.
Desine, *meque tuis incendere, teque querelis.*
Et Phaed. III. 2. 18.
vos timere absistite.
Eandem porro rationem esse affirmat verbi *incipere*. & confert And. III. 2. 13. Totum autem hoc responsum Bacchidis sententiae proverbialis speciem habet.

18. NIHIL ALIUD DICAM?] Vult rem per mandata colligere. Donatus. Nota hic in verbis Grammatici *Mandata* esse, quae quis nunciare jubetur. DICAM? Sub. quam ut veniat ad Philumenam.

19. ETIAM adverbium est vel consentientis, vel reminiscentis: sed magis reminiscentis modò. Sic Cicero (Verr. II. 25.) *Etiam, quod penè praeterii, capella quaedam est, mirè facta.* Donatus. ETIAM.] Boeclero & Guyeto in ἀνεκδότοις valet *Praeterea.* Potius affirmantis est particula. Vesterhov.

20. An hoc est totum, quod illi dicere debeo? * Nihil aliud habeo, quod illi mandem? Paraphrastes Delph. & Minellius. minus rectè, nisi *mandem* valeat *jubeam*. Alias in *re legationis* mandat qui mittit, non qui mittitur.

* TANTUM. Scilicet *est*. * Vide ad Eun. V. 6. 26. Vesterhov.

21. SED CESSAS? Hoc est, tardas & quiescis? urget autem cum (Mss. Boend. & Edd. vetust. *eum*) cursu. MINIME EQUIDEM.] *Cesso* subauditur. POTESTAS &c. *Cessandi* scilicet. Donatus. POTESTAS, facultas copia.

[22] Ita cursando, atque ambulando totum hunc [23] contrivi diem.

Ba. [24] Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie!

[25] Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!

22. ITA CURSANDO ATQUE AMBULANDO.] Est enim cursus & navigantis & equitantis. Donatus. Quid haec observatio sibi vult? nempe hoc, *non navi*, *aut equô currendo*, *sed quod magis delassat*, *pedibus currendo*, *totum hunc contrivi diem*. Potest autem esse Hyperbaton, ut sit, *ambulando atque currendo*, Id est, *ambulando*, & quod plus est, *currendo*. Minellius exponit; *Frequenter currendo huc & illuc. id est*, *modo currendum modo ambulandum mihi fuit*. Consentit Paraphrastes Delph. nisi quod AMBULANDO reddit, *per huc & illuc commeando*. Neuter satis perspicue.

23. CONTRIVI, consumsi (nempe quasi longam & taediosam.) Paraphrastes Delphini. CONTRIVI DIEM.] Plaut. Trin. III. 3. 66.

in hujusmodi negotio
Diem *sermone* terere, *segnities mera 'st*.

Vide ad Adelph. V. 4. 15. Vesterhov.

24. QUANTAM OBTULI ADVENTU MEO.] Reliqua pars argumenti per μονωδίαν narratur. Donatus. OBTULI, ex improviso attuli. ADVENTU MEO, ad mulieres scilicet. * Plaut. Epid. I. 1. 19.

Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu attulisti. Vesterhov.

25. QUOT COMMODAS RES ATTULI! QUOT AUTEM ADEMI CURAS!] QUOT, tam multas. (Vesterhovius legit, *quam multas*.) Et more suo ATTULI dixit. QUOT AUTEM CURAS! Sic ante, (And. II. 2. 2.) *Ut metum, in quo nunc est, adimam: atque expleam animum gaudio*. QUOT COMMODAS RES — &c. Haec omnia admirantis sunt. ut *Virgilius*. (Aen. IV. 10. ubi in fine videtur collocanda nota exclamationis.)

[26] Gnatum ei restituo, qui pene [27] harum, ipsiusque opera periit: 20
Uxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum, [28] reddo:
Qua [29] re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolvi.
[30] Hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.

Nam

Quis novus hoc nostris successit sedibus hospes? Donatus.

26. GNATUM EI RESTITUO.] Ἐξαρίθμησις. Donatus. RESTITUO, reddo, praesto illi salvum & incolumem. Vesterhovius allegat And. III. 3. 38. Heaut. III. 1. 83. Plaut. Trin. I. 2. 79.
Quin tu adolescentem, quem esse corruptum vides,
Qui tuae mandatus est fidei & fiduciae,
Quin eum restituis? *quin ad frugem corrigis.*

Quae exempla minus huc conveniunt, nam agunt de de adolescentibus perditis ad mores saniores reducendis; hic autem locus de vita servata infantis, qui ad mortem erat exponendus: aliqua tamen inest similitudo, Uti enim hic *physicè* perditus, ita illi *moraliter* perditi.

27. HARUM.] Δεικτικῶς. intelligit mulieres in aedibus, unde egressa erat. Vesterhov.

28. REDDO.] * *Redditur* nobis, quod nostri cupidum est: *Restituitur* nobis, cujus cupidi sumus. Bene ergo, *Gnatum restituo, uxorem reddo.* Donatus. * *Redditur nobis quod nostri cupidum est.* Contrarium dixit (Donatus) ad Eun. IV. 6. 8. Vesterhov.

29. RE, per charientismum, pro *Crimine.* *Ea re* ante τὸ EXSOLVI subaudiendum est. * EXSOLVI. Variavit tempora, RESTITUO; REDDO, EXSOLVI. Donatus.

30. HIC ADEO. &c. Haec dicens ostendit ipsum anu

Nam memini, abhinc [31] menses decem fere, ad me
nocte prima
[32] Confugere [33] anhelantem domum, sine comite,
[34] vini plenum, 25
[35] Cum hoc anulo. extimui ilico. [36] mi Pamphile,
inquam, amabo.

[37] Quid

anulum, quem in digito habet, neque Myrrhinae reliquit. Vesterhov. HIS REBUS, pro his commodis, quae affero. Pamphilo. INVENIUNDIS, comparandis, acquirendis, efficiendis. Forte autem REBUS INVENIUNDIS, pro *viritatibus indagandis* dixit. INITIUM, causa prima & praecipua, caput. Justin. XXXI. 8. 7. *Legio* — initium *victoriae fuit*. Minellius per *occasionem* exponit. In Edit. anni 1496. est INDICIUM; observante Vesterhovio.

31. MENSES DECEM recte dixit, ut de hoc (ex Pamphilo Philumenam) peperisse demonstret. NOCTE PRIMA. Primis partibus noctis, vel primore (nocte) ut (Virgil. Aen. XI. 244.)

Vidimus obscuris primam *sub vallibus* urbem.

Donatus. Prima noctis parte. extremo crepusculo. quod & *prima face*, & *ad Lumina* dixerunt. Vide ad Heaut. V. 1. 29. Vesterh.

32. Vide signa conjecturalia (unde colligatur Pamphilum vitiasse virginem): Quod CONFUGERE vidit, timebat: quod ANHELANTEM, colluctatus fuerat (cum puella sc.) quod DOMUM, celari volebat: quod SINE COMITE, pudendum fuerat facinus: quod VINI PLENUM, temerarium: quod *anulum habebat*, raptum indicat. Vides igitur his indiciis, ut apparet virginem (*virginem, ut apparet*, legit Wielingius) vitiatam. Donatus.

33. Id est, aegre respirantem, ex cursu scilicet: non enim ex luctatone cum puella, ut post Donatum vult Minellius.

34. Vino oneratum, largiter inebriatum, effuse ebrium.

[37] Quid exanimatus es, obsecro? aut unde anulum istum nactus?
[38] Dic mihi. ille [39] alias res agere se simulare. postquam [40] video,
[41] Nescio quid suspicarier magis * cepi: [42] instare, ut dicat.

[43] Homo

35. Hunc anulum manu tenentem, quod patet ex versu sequenti.

36. MI PAMPHILE, — AMABO. Haec blandimenta sunt muliebria. Donatus.

37. QUID, quamobrem. *EXANIMATUS, Ita commotus, delassatus, & simul perturbatus, ut vix respirare posset. Scilicet spiritum & anhelitum *animam* dixerunt. Plaut. Merc. I. 2. 15.
Perii! animam nequeo vortere, nimis nihili tibicen siem.
Hinc EXANIMATUS, qui vel ex cursu, vel perturbatione anhelitum ferè perdidit. Gall. *hors d'haleine*. Belg. *die buiten zynen adem is.* (Dan. ut puto, udaf Aande.) And. I. 4. 7. Phorm. III. 3. 31. Supra III. 3. 4. Plautus saepius. Caes. B. G. II. 23. 1. *Cursu ac lassitudine* exanimatos. (Idem B. G. III. 19. 1. *Huc magno cursu contenderunt*, — exanimati*que pervenerunt*. B. C, III. 92. 2. *Fore, ut, duplicato cursu, Caesaris milites* exanimarentur.) Unde & nimium motum anhelitus exanimationis caussam dixit Cicero. Vesterh.

38. DIC MIHI. Blande interrogat. Vide ad And. IV. 1. 44. Vesterhov.

39. ALIAS RES AGERE SE SIMULARE.] Id est, *alias res agentem se fingere.* pudebat enim amicae de alterius stupro fateri: & ei amicae, quam tum deperibat. Donatus. ALIAS RES AGERE. Non attendere ad ea, quae dicerem aut rogarem. Vide ad And. I. 2. 15. & Eun. II. 3. 56. Vesterhov.

40. Pauci Codd. ID VIDEO. Vesterhov. Eum tergiversari & dissimulare animadverti.

41. NESCIO QUID, pro aliquid. Donatus.

[43] Homo se fatetur vi, [44] in via, [45] nescio quam
compressisse: 30
Dicitque sese illi anulum, [46] dum luctat, [47] detraxisse.

Eum

* Edd. Hack. Delph. & Minell. habent COEPI. Forsitan hic simplex stat pro Composito *Incepi.*

42. INSTARE, &c Urgeo illum flagitans. Paraphrastes Delph. Boeclerus *Et* subaudit, sed minus elegantem ellipsin vocat, sensui tamen aliter succurri non posse. Mihi τὸ COEPI eleganter subaudiri videtur. Vesterhov.

43. Benè additum HOMO, Donatus. HOMO. Vide ad Eun. II. 2. 30. Vesterhov. vel HOMO, pro *ille*, vel per contemtum, aut miserationem additum, Den staffels Taasse. Vel abundat ad elegantiam.

44. IN VIA.] Quid Philumenae prima nocte in via sine pedisequis? An fortè pervigilio Veneris fuit? sed sola de nocte incedens per viam sequiorem de se suspicionem praebuit. Unde ansa nata Pamphilo ejus vitiandae. Integer autem locus expressus è Plauto. Cistell. I. 3. 10.

Isque hic compressit virginem adolescentulus,
Vinulentus, multa nocte, in via. Vesterhov.

45. Oratorie (additum), NESCIO QUAM. ex quo dicto omnis error est natus. Nam appone nomen, & nulla fabula est. NESCIO QUAM. Vel quia vere nesciebat: vel quia sic dicendum fuit, ne amare illam videretur. Donatus. Mss. & Edd. quidam, NESCIO QUAM VIRGINEM. Quia vero NESCIO QUAM dixit, VIRGINEM fuisse, dicere commodè non poterat. Unde & ejecerunt hanc vocem Erasmus, Goveanus, Glareanus, Faërnus, Georgius Fabritius. Vesterhov.

46. DUM LUCTAT. i. e. inter ipsum actum, aut dum illa obluctabatur vim inferenti. *Quamdiu luctatur cum virgine, quae superari nolebat.* Minellius. LUCTAT. Citat hunc versum Nonius Marcellus. In aliis est LUCTATUR. Plaut. Trin. IV. 1. 20.

Qui-

Eum [48] haec cognovit Myrrhina in digito modo [49] me habentem.
Rogat, unde sit? narro omnia [50] haec. [51] inde est cognitio facta,
Philumenam compressam esse ab eo, & filium [52] inde hunc natum.
Haec tot [53] propter me [54] gaudia illi contigisse laetor. 35

[55] Etsi

Quibus aerumnis deluctavi, filio dum divitias quaero! Vesterhov.

47. DETRAXISSE.] Horat. Carm. I. 9. 23.
Pignusque direptum *lacertis, Aut digito male pertinaci.* Vesterhov.
Dereptum, auctoritate Cruquiani Interpretis, & Opt. MSS. edidit vir doctus & acutus Willielmus Baxter.

48. HAEC, Δεικτικῶς. q. d. Haec quae in illisce habitat aedibus. Vesterhov. Immo HAEC videtur dicere substomachans ei, propter quam perdit annulum suum.

49. ME HABENTEM.] Suspicabar legendum. ME HABENTE. Ut sensus sit: ME MODO HABENTE EUM IN DIGITO MYRRHINA HAEC COGNOVIT. Wielingius ita: EUM HAEC COGNOVIT MYRRHINA: IN DIGITO MODO ME HABENTEM ROGAT, UNDE SIT? Vesterhov. Non displicet distinctio Wielingii. Possit autem videri jocularis Hypallage, ad risum in sicca narratione movendum: aut certè est Metonymia Subjecti.

50. HAEC, sc. quae modò vobis narravi, Spectatores, ea tum narrabam mulieribus.

51. INDE, vel *deinde*; vel, *ex ista narratione*, vel *ex isto anulo* cognitum, compertum est, &c.

52. INDE, ex eo compressu. Paraphrastes Delph.

53. PROPTER ME, Mea opera, meo beneficio.

54. GAUDIA, res laetas, laetos eventus.

[55] Etsi hoc meretrices aliae nolunt. neque enim est [56] in rem nostram,
Ut quisquam amator [57] nuptiis laetetur. verum, ecastor,
[58] Numquam animum quaesti gratia * ad malas adducam partes:
Ego [59] dum illo licitum 'st, usa sum benigno, & lepido, & comi. [40
[60] Incommodè mihi nuptiis evenit. [61] factum fateor.

At,

55. ETSI HOC — NOLUNT.] Color necessarius a verisimili. Se enim alibi dixisse, *Bonas matronas facere, meretrices malas*, meminit. Donatus. Exaggerat suum in Pamphilum beneficium, a diverso meretricum ingenio. HOC, *ut scilicet quisquam amator nuptiis laetetur.*

56. IN REM, in utilitatem, id est, pro commodo. Donatus. Unde mox, versu 40. INCOMMODE MIHI NUPTIIS EVENIT. Vesterh.

57. Laetitiam ex nuptiis capiat, uxore contentus. Paraphrastes Delph.

58. Citat hunc versum Priscianus Instit. Grammat. Lib. VI. Ita eadem Bacchis supra V. 1. 8. *Mores facilè tutor.* ADDUCAM. Libri quidam INDUCAM. Vesterhov.

* Ad mala officia adducam. Id est, ego tamen nunquam propter turpe lucrum inhonesti quippiam commisero. Minellius. In scena *partes* dicuntur pensa personarum; atque inde translate quaevis officia denotant. Sed *partes* quoque dicuntur factiones, societates: Hinc sensus etiam esse potest: *Numquam adjungam animum ad malas societates; numquam adducar, ut malis me aggregem meretricibus, easve imiter.*

59. Ordo est; DUM LICITUM EST, USA ILLO SUM BENIGNO. Vesterhov. BENIGNO, largo. LEPIDO, jucundo & festivo. COMI, facili ac suavi. Interprete Minellio.

60. INCOMMODE MIHI — EVENIT. Sic dixit, quemadmodum dicimus,

At, pol, me [62] fecisse arbitror, [63] ne id merito mihi eveniret.
[64] Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom 'st ferre.

mus, *Ei malè evenit*, aut, *Bene ei contigit.* Et INCOMMODE pro incommodo (forte, *incommodum*). NUPTIIS. Deest *ex.* ut sit *Ex nuptiis.* Donatus. NUPTIIS. Mſ. Graev. DE NUPTIIS. Vesterhov.

61. FACTUM, Ita factum esse, accidisse, ita esse.

62. FECISSE, operam dedisse, studuisse, curâsse, sc. hisce meis erga Pamphilum benefactis. Mer. Casaubonus & Paraphrastes Delph. versum ita exponunt; *At id — nulla mea culpa quae eas* (sc. nuptias) *impedire non potui:* contra mentem, ut videtur, Authoris.

63. NE ID MERITO &c.] Ergo haec dolemus, quae merito contingunt. Donatus.

64. MULTA EX QUO FUERINT COMMODA, EJUS.] Ratio cur nova omnia fiant, & contra officium meretricis. MULTA EX QUO — EJUS INCOMMODA AEQUUM 'ST FERRE. Hoc eo tractu vocis, & ea aequanimitate dicendum, quale in Adelphis (II. 1. 52.)

quando eum quaestum occeperis,
Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.

Donatus. Dixit EJUS INCOMMODA, pro, *Incommoda quae ex eo oriuntur.* Sic Phorm. V. 8. 27. Est autem sententia valde moralis, etiam sacris literis & civili jure celebrata. Vide Interpretes ad Hiob. II. 10. Vesterhov.

AC-

ACTUS QUINTI
SCENA QUARTA.

PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.

Pa. [1] VIDE, mi Parmeno, [2] etiam sodes, ut mihi haec [3] certa & clara attuleris:
[4] Ne me in breve conjicias tempus, gaudio hoc falso frui.

Par.

1. VIDE — UT MIHI HAEC CERTA.] Bene * HAEC repetit. verum est enim, ut quod miserè cupimus, id etiam tardius credamus effectum. Sic & in Heautont. *Ego vereor magis.* Donatus. * Ita post Lindenbruchium vulgò editur; quasi emphasis sit in τῷ HAEC. Malim cum Rob. Stephano legere: *Bene haec repetit*; Ut omnia sint verba Donati, & respiciant integram sententiam Pamphili. Quia autem Pamphilus ETIAM SODES dicit, credidit Donatus, repetita esse ab eo eadem verba jam ante inter vias dicta. — *Sic & in Heaut. Ego vereor magis.*] Duplex ἁμάρτημα μνημονικόν. Vide Adelph. IV. 5. 64. Vesterhov.

2. ETIAM.] Videtur dictum, pro, *etiam atque etiam.* Ut sensus sit, *Vide etiam atque etiam.* quod Cicero plus semel dixit. Vesterhov.

3. CERTA ET CLARA, explorata, & manifesta. * Plaut. Pers. V. 2. 1. *Satin' haec tibi sunt* plana & certa?
Seneca, Ludo de morte Claudii, init. *Ab hoc ego quaecunque audivi*, certa & clara affero. Vesterhov.

4. NE ME IN BREVE CONJICIAS TEMPUS, GAUDIO HOC FALSO FRUI.] Mirificus verborum ordo & constructio. Sensus est: *Ne me conjicias in falsum & breve gaudium.* quomodo Heaut. II. 3. 51. *Ne me in laetitiam frustra conjicias.*

Par. [5] Visum est. *Pa.* Certen'? *Par.* Certe. *Pa.* [6] Deus sum, si hoc ita est. *Par.* Verum [7] reperies.

Pa.

Simplicissimum forte fuerit, statuere, rationem ordinis & constructionis esse, *ne me in breve conjicias tempus*, pro, *ne conjicias in breve gaudium*, & mox Graeca locutione, *frui hoc falso gaudio*, pro, *fruendi*, vel, *ut fruar*. — Ut adeo ὑπερβατὸν sit cum συλλήψει. Guyetus in Glossis ἀνεκδότοις ita ordinat: *Ne me conjicias frui hoc falso gaudio in breve tempus*. Intelligit autem BREVE TEMPUS, dum in aedes Phidippi intraret. Cic. Fam. VI. 12. *Non sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim*. In quibus verbis manifesta imitatio Terentiana est. Vesterhov.

5. VISUM EST.] Dixerat Pamphilus, *Vide, mi Parmeno*. id est, cave diligenter, provide &c. respondet eodem verbo Parmeno, VISUM EST, i. e. cautum a me est, provisum diligenter, &c. ita mox, *Manedum*; *maneo*. Mer. Casaub.

6. DEUS SUM.] Deorum felicitate fruor. Paraphrastes Delph. Sic And. V. 5. 4.

mihi immortalitas
Parta 'st.

Heaut. IV. 3. 15.

Deorum vitam apti sumus

Plaut. Curc. I. 3. 11.

Sum Deus.

Cicero Att. II. 19. *Bibulus in coelo est*. Idem contra de Pompeio, Att. II. 21. *Nam, quia deciderat ex astris, lapsus, quam progressus potius videbatur*. De qua locutione vide Interpretes ad Apoc. VIII. 10. Καὶ ἔπεσεν ἐκ τῦ ὀρανῦ ἀςὴρ μέγας, καιόμενος ὡς λαμπάς. Vesterhov. Cic. II. de Orat. *In quo tu mihi Deus esse videris*. allegante Minellio.

7. Deprehendes, cognosces. Caesar B. G. I. 18. 2. *Eadem secretò ab aliis reperit esse vera*.

Pa. [8] Manedum, sodes. timeo ne aliud credam,
atque aliud nunties.
Par. Maneo. *Pa.* [9] Sic te dixisse, opinor, invenisse Myrrhinam 5
Bacchidem anulum suum habere. *Par.* [10] Factum.
Pa. Eum, quem olim ei dedi:
Eaque hoc te mihi nuntiare jussit. itane est factum?
Par. [11] Ita, inquam.
Pa. Quis me est fortunatior, [12] venustatisque adeo plenior?
Egon' [13] te pro hoc nuntio quid donem? [14] quid? quid? nescio.

8. MANEDUM.] DUM, abundat. Donatus.

9. SIC TE DIXISSE OPINOR.] Miro affectu inducitur, vix adduci ad credendum, quod gaudet Pamphilus. Donatus.

10. FACTUM.] Formula affirmandi. Eun. IV. 4. 41. Vesterhov.

11. ITA, INQUAM.] Quasi jam * ante fassus, dico. Donatus. * *Lassatus dicit.* restituit Vesterhovius. ITA, INQUAM. De usu τȣ INQUAM, vide ad And. V. 2. 21. Idem.

12. VENUSTATISQUE ADEO PLENIOR? Ob beneficia Veneris: cui contrarium *Invenustus*, cui contra reciderit (*ceciderit.* Vest.) quod amat. Donatus. Jungitur (hic) felicitati venustas. Contra And. I. 5. 10. *Adeon' hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum!* Vide locum. Plaut. Poen. I. 2. 44. *Diem pulchrum, & celebrem, & venustatis plenum.* Est autem *Venustas*, ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία, (*felicitas in rebus amatoriis.*) Vesterhov. VENUSTATIS PLENIOR, Veneri gratior. Paraphrastes Delph. Festivitatis, suavitatis, gaudii plenior, amabilior apud homines. Minellius.

13. TE — QUID DONEM, pro, tibi aliquid prae-

Par. At ego scio [15]. *Pa.* Quid? *Par.* Nihil [16] enim. 10
Nam neque in nuntio, neque in [17] me ipso, tibi
boni quid sit, scio.
Pa. Egon', qui [18] ab Orco mortuum me reducem in
lucem feceris,
[19] Sinam sine munere a me abire? ah! nimium me
ingratum putas.

Sed

praemium donem. Nota constructionem verbi *Dono* cum duobus accusativis, personae & rei: nisi forsan TE, pro *tibi*, posuit. Mer. Casaubonus confert Phorm. V. 7. 54.
Argentum quod habes condonamus te.

14. QUID? QUID? Formula dubitantis & quaerentis. Vide Eun. II. 3. 51. Vesterhov. Donatus μελλησμόν appellat. * Hunc versum & omnes sequentes usque ad 39. in suo Codice una litura delevit Guyetus, Boeclero non valde invito, cui videntur esse in his (versibus), quae nemo quisquam hactenus explicaverit, aut explicaturus forte sit in posterum. Vesterh.

15. Sub. *Quid mihi dones.*

16. Equidem, scilicet; sub. *mihi dones*, aut, *donare debes.*

17. I. e. Operâ mea hac in re tibi praestita.

18. Ab inferno, vel a Plutone inferorum rege, quod eòdem abit. Secundum Minellium *Orcus* est fluvius inferorum, a Styge palude defluens: ab ὅρκος, quod est *juramentum.* Nam Dii per eum fluvium, & per Stygem paludem jurare solebant. * AB ORCO — ME REDUCEM &c. Summi beneficii praestiti formula. Cicero post Red. in Sen. *Qui me a morte ad vitam, — ab exitio ad salutem* revocavit. Virg. Aen. IV. 375. *Amissam classem, socios a* morte reduxi.
Nepos, Dion. 10. *Ut eum suo sanguine, si possent,* ab Acheronte *cuperent redimere.* Apulej. Metam. XI. *Ad meum festinant illico divinum,* reducemque ab Inferis *conspectum.* Vesterhov.

19. Ita Homerus Odyss. Z. 166.

Ω'

Sed Bacchidem, eccam, video ſtare ante oſtium!
Me exſpectat, credo: adibo. *Ba.* Salve, Pamphile 15
Pa. O Bacchis! ô mea Bacchis! ſervatrix mea.
Ba. [20] Bene factum, & volupe 'ſt. *Pa.* [21] Factis, ut credam, facis:
[22] Antiquamque adeo tuam venuſtatem obtines.
Ut voluptati [23] obitus, ſermo, adventus tuus, quocumque adveneris,

Ee 3 Semper

Ω' γέρον ȣ̓τ' ἄρ' ἐγὼν εὐαγγέλιον τόδε ̓͂ίσω.
O Senex, neque ego profecto boni nuntii munus hoc re. pendam.
Euſtathius ad verſum 152. δῶρον ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας dici ſcribit εὐαγγέλιον. Veſterhov.

20. Recte, proſpere evenit; *quod ſc. mea opera ſervatus es.*

21. Senſus eſt: *Per tua facta facis, ut credam, te ex animo dicere.* Veſterhov. Difficile enim erat credere, his rebus (id eſt, conjugio. ſterh.) gaudere meretricem. Donatus.

22. Sic mox verſu 20. MOREM ANTIQUOM ATQUE INGENIUM OBTINES. Vide And. IV. 5. 22. Veſterhov. VENUSTATEM, ſuavitatem, jucunditatem.

23. OBITUS occurſus: *Ob* enim ſignificat contra. Ergo OBITUS, aditus. Legitur & VOLUNTATE OBITUS. — Inter *Obitum*, & *Adventum* hoc intereſt: quod OBITUS eſt, quem caſus affert: ADVENTUS, quem voluntas & deſtinatus locus. Donatus. OBITUS.] Donatus ſibi non conſtat, *Obitum* modo *Aditum* dicens, quod & Feſtus facit; modo inter *Obitum* & *Adventum* diſtinguens. Nonius παράλληλα eſſe dicit. Videtur autem OBITUS dici conſuetudo, quam vulgò *converſationem* vocant circa aliquem. Gall. *rencontre* (i. e. *occurſus*, qui multum differt à *converſatione*) quam & συνȣσίαν dixere Graeci. Bel-

Semper fiet. *Ba.* Ac tu, ecastor morem antiquom, atque [24] ingenium obtines: 20
Ut [25] unus hominum homo te vivat nusquam quisquam blandior.
Pa. Ha! ha! he! [26] tun' mihi istuc? *Ba.* [27] Recte amasti, Pamphile uxorem tuam:
Nam [28] numquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.

[29] Per-

Belgae, *het hysyn (praesentia)*. Vesterhov. Adde Dan. Omanna. & vehementer mihi placet haec expositio Vesterhovii: quam tamen in Addendis mutavit: "Haec annotans; *Vid. Donat.* ad Phorm. I. 2. 45. *Est igitur* (Obitus) *idem quod* occursus. *Quomodo* obire *pro* occurrere *dixisse Lucretium*, I. 223. & 248. *observat Lambinus*.

24. Naturam, indolem; non enim *ingenii solertiam*, ut exponit Paraphrastes Delph. OBTINES, servas, retines.

25. Magna librorum pars, UNUS OMNIUM. Vesterhov. HOMINUM, inter omnes homines, vel ex omnibus, VIVAT significantius dixit, quam *fit*.

26. TUN' MIHI ISTUC?] Quia blandimentum magis meretricium est. Donatus. Q. d. TUNE, cui incommode evenit nuptiis meis; MIHI jam marito ISTUC de blando ingenio narras? Ut adeo emphasin habeant singulae voces. Vesterhov.

27. RECTE AMASTI. Merito & jure. Sic And. IV. 4. 27.
recte *ego semper fugi has nuptias*. Vesterhov.

28. NUMQUAM — EAM, QUOD NOSSEM, VIDERAM.] Hoc est, *Numquam sic videram, ut eam nossem*. QUOD NOSSEM.] Id est, quod meminissem, quod scirem (sub. *esse eam*): ac per hoc numquam videram. ut alibi, * *Non equidem istuc, quod sciam*. Donatus. * Legendum, *Non equidem istas*. Vide Adelph. IV. 5. 7. Uti autem haec nota Donati videtur, ita superior minus videtur. Vesterhov.

[29] Perliberalis visa 'st. *Pa.* [30] Dic verum. *Ba.* Ita me Dî ament [31], Pamphile.
Pa. Dic mihi, [32] harum rerum numquid dixti jam patri? *Ba.* Nihil. *Pa.* [33] Neque opus est: 25
Adeo mutito: placet, [34] non fieri hoc itidem, ut in Comoediis:

29. PERLIBERALIS. Vide And. I. 1. 96. Phorm. V. 3. 32. Vesterhov. Perquam honesta, decora, forma & moribus. nam utrumque dicere videtur.

30. DIC VERUM.] Benè instanter ex meretrice quaerit, quid de forma uxoris sentiat. scit enim hanc judicem esse pulchritudinis posse: vel quod foemina, vel quod aemula. Donatus.

31. Sub. ut verum dico.

32. HARUM RERUM.] Plus in gestu, quam in verbis. Indigitat enim anulum in digito Bacchidis, & commercium stupri cum Philumena, quod utrumque latere volebat patrem & socerum, ne sibi ab iis convitium fieret. Vesterh. NUMQUID.] Numaliquid. acuendum ergo QUID. Donatus.

33. NEQUE OPUS EST: ADEO MUTITO.] Vel tenui dicto. Donatus. Si ita accipias legendum erit continuè. (Sc. deleto colo, quod non nisi turbat sententiam,) Ut sensus sit; *Neque sanè opus est vel minimo indicio.* Vide ad And. III. 2. 25. Mf. Graev. NEQUE OPUS EST ADEO IN TUTO. quae sequuntur, Bacchidi tribuuntur. Vesterhov. ADEO MUTITO.] Adeo ut satius sit te mussitare. Paraphrast. Delph. Neque aliter potest explicari, si praecedens colon servetur. *Mussitare* est dissimulandi causa tacere. Vide Donatum & Vesterhovium ad Adelph. II. 1. 53. NEQUE OPUS EST: sub. *dicere.* ADEO MUTITO. itaque de his rebus mutam te praebeto, eas intra labia tua contineto, & comprimito. In Fabri Thesauro hic locus male exponitur, ubi vide.

34. NON FIERI HOC ITIDEM, UT IN COMOE-

[35] Omnia omnes ubi resciscunt: [36] hic, quos par fuerat resciscere,

Sciunt: quos [37] non autem aequom 'st scire, [38] neque resciscent, neque scient.

Ba.

MOEDIIS.] Mire: quasi haec Comoedia non sit, sed veritas. aut deest *Aliis*. UT IN COMOEDIIS. Deest *fit*. Donatus. UT IN COMOEDIIS.] Plaut. Amph. III. 4. 3.

qui minus liceat Deo minitarier

Populo, ni decedat mihi, quam servulo in Comoediis?

Unde hic Terentii locus Donato non adeo mirus videri debebat, quum Plautum auctorem haberet, in ipsa Comoedia Comoediae mentionem facientem. Sed & solent ita eleganter ludere Scriptores Comici, personis suis ejusmodi verba tribuentes, quasi non Comoediam agerent, sed re ipsa & vera occuparentur. Afranius, Emancipato:

quam beatae scenicae

Videntur mihi mulieres, quae jurgio

Et benevolentia terrent desubitò senes.

Plaut. Capt. IV. 1. 12.

Nunc res certa est, eodem pacto ut Comici servi solent,

Conjiciam in collum pallium.

Pers. IV. 2. 4.

Sed satin' estis meditati? Sa. Tragici & Comici

Nunquam aeque sunt meditati. Vesterhov.

35. OMNIA OMNES &c. In fine enim Comoediae nihil cuiquam celari solet. Donatus.

36. HIC, In hac Comoedia, aut in hac re. Donatus. HIC. Mss. quidam & edd. post an. 1469. HI. Vesterhov.

Ba. Immo etiam, hoc qui occultari [39] facilius credas, dabo.

Myrrhina ita Phidippo dixit, [40] jurijurando meo 30
Se fidem habuisse, & propterea [41] te sibi purgatum.

Pa. Optume 'st:

Speroque hanc rem esse eventuram nobis [42] ex sententia.

37. NON — AEQUOM EST, non commodum est, non convenit, non expedit.

38. *Rescisscunt* ad quos pertinet. Et *Resisscunt* qui nesciunt: *Sciunt* qui negligunt. Et *Rescisscimus* ex alio, *Scimus* etiam per nostram opinationem. *Rescire*, est recognoscere, & vix invenire quod quis nescierit. Donatus.

39. Pauci MSS. at multi Impr. addunt POSSE, notante Vesterhovio: sine necessitate, ut videtur. HOC, Compressum Philumenae ante nuptias. QUI, ut, DABO, *dicam*; ut vulgò interpretantur. aut forsan, *faciam*, *praestabo*.

40. JURIJURANDO.] Quod in libris quibusdam est JUREJURANDO, existimat Faërnus rectum ejus casum esse JUREJURANDUM. ἀκύρως. Vesterh.

41. TE SIBI PURGATUM.] Excusatum. Caesar B. G. I. 28. 1. *His, uti conquirerent, & reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit*. Vesterhov. SIBI, apud se, de mea scilicet consuetudine.

42. *Ex sententia.* Vide ad Heaut. IV. 3. 5. Vesterhov. HANC REM ante, reductionem uxoris, & occultationem negotii. Minell.

Par. [43] Here, licetne ſcire ex te, hodie quid ſit, quod feci boni?

[44] Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? *Pa.* Non licet. *Par.* Tamen ſuſpicor.

[45] Egone hunc ab Orco mortuum? quo pacto? *Pa.* [46] Neſcis, Parmeno, 35

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta aerumna extraxeris.

Par. [47] Immo vero ſcio, neque hoc imprudens feci. *Pa.* Ego iſtuc ſatis ſcio.

Par.

43. HERE, LICETNE SCIRE &c. Ridiculè inſtat ſcire ignoraturus Parmeno. Donatus. Ordo, *quid ſit quod boni hodie feci.*

44. AUT QUID ISTUC EST.] Ἀνακόλουθον. praeceſſit enim, QUID SIT. Veſterhov. Immo abſolutè interrogatur, neque dependet a ſuperiori. QUOD — AGITIS? de qua re ſecretum confertis ſermonem.

45. EGONE HUNC &c. Verba ſunt cogitantis. ideo & ἐλλειπτικῶς loquitur. Donatus. Libri quidam: EGO HUNC AB ORCO &c. Sub. *Reducem feci*, ex verſu 12. Veſterh.

46. NESCIS, PARMENO.] Addidit ſtimulos curioſitati ejus. Donatus.

47. IMMO VERO SCIO; NEQUE HOC &c.] Rectè. parvum enim beneficii meritum, ſi ab imprudente praeſtitum videatur. Donatus. Fingit ſe ſcire ſervus, quod revera ignorat; ſi fortè hoc pacto ſecretum reſciſcere queat. Veſterhov.

Par. An [48] temere quidquam Parmenonem praetereat, quod facto usus sit?

Pa. [49] Sequere me intro, Parmeno. *Par.* Sequor. [50] equidem plus hodie boni

Feci

48. TEMERE QUIDQUAM PARMENONEM PRAETEREAT?] Sibi ipsi hoc dicit, & se nominat. Ut, (Virg. Aen. II. 549.) *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*
Et (Autor Phorm. V. 8. 38.) *Age nunc, Phormionem, qui volet, lacessito.* Donatus. Qui de cetero sensum hujus versus non est assecutus. *An facile Parmeno ignoret quidquam quod facere utile fuerit?* Paraphrastes Delphini. Servus vana jactantia sese effert, quasi probe sciens, quid rei geratur. licet id quamlibet curiosus penitus tamen ignoret. Unde mox ad spectatores conversus ignorantiam suam fatetur, dicens, EQUIDEM PLUS &c. Edit. an. 1469. QUO FACTO USUS SIT. Cicero Fam. I. 8. *Sed te non praeterit, quam difficile sit, sensum in republica — deponere.* Vesterhov.

49. SEQUERE ME INTRO, PARMENO.] Itane insalutata Bacchide scenam relinquit Pamphilus, vel Bacchis insalutato Parmenone (nonne, *Pamphilo*)? Potuit & haec esse ratio Guyeto, quare in suo Codice omnia à versu 9. usque ad 39. expungeret. Vest.

50. PLUS HODIE BONI FECI IMPRUDENS, QUAM SCIENS &c.] Quia non convenit servo scienti, recte facere, bene addidit, *imprudenti* sibi evenisse, ut bene faceret, quod prudens numquam fecerit. IMPRUDENS

Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem umquam. Plaudite! 40

CALLIOPIUS RECENSUI.

DENS; QUAM SCIENS. Ἀντίθετον secundum. Nam * imprudentem scienti reddit, non prudentem (fortè, non *inscientem.*) Donatus. * Libri Rob. Stephano vetustiores rectius; *Imprudenti scientem.* Vesterhov. EQUIDEM PLUS &c.] Haec ad spectatores conversus dicit, fatetúrque ignorantiam suam. Expressa autem sunt è Plauto Capt. Prol. 43.

Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem

Imprudens: itidemque ut saepe jam in multis locis

Plus insciens quis fecit, quam prudens boni. Vesterhov.

P. TE-

P. TERENTII
PHORMIO.

ACTA [1] LUDIS ROMANIS. L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERULA. AEDILIB. CURULIB. [2] EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOL-

1. LUDI ROMANI sub regibus instituti sunt, *Magni*que appellati, auctore Asconio Pediano in Actionem I. in Verrem, quod magnis impensis (ut erant tempora) dati sunt: tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummûm (haec summa valet quindecies millia Francatum librarum) ingentes pecuniae tunc temporis. Cicero Actione II. in Verrem ait; sibi designato Aedili ludos antiquissimos esse faciendos, qui primi Romani appellati sunt, Jovi, Junoni, & Minervae. Diversi sunt hi Ludi a Megalesiis, (Minellius eosdem esse censet.) — Porro quidam hic legendum censent, *Ludis Magalensibus*. Paraphrastes Delphini.

2. Hi erant magistri histrionum. Idem.

APOLLODORU [3] EPIDICAZOMENOS.
[4] FACTA EST [5] IV. C. FANNIO [6], M. VALERIO [7]. COSS. [8]. ANNO AB URBE CONDITA DXCIII. ANTE CHRISTUM NATUN CLIX.

3. *Qui vindicat rem suam.* exponente Minellio.

4. Edita, acta.

5. *Quartò*, ut clarius ediderunt Paraphrastes Delph. & Minellius.

6. *Strabone*, addunt Iid.

7. *Messala*, add. Iid.

8. Haec etiam adjecta sunt ab Iisdem.

PER-

PERSONAE.

PROLOGUS.

ANTIPHO, *adolescens, filius Demiphonis.*

CHREMES, *senex, frater Demiphonis.*

CRATINUS, *advocatus.*

CRITO, *advocatus.*

DAVUS, *servus incerti heri.*

DEMIPHO, *senex, frater Chremetis.*

DORIO, *leno.*

GETA, *servus Demiphonis.*

HEGIO, *advocatus.*

NAUSISTRATA, *matrona, uxor Chremetis.*

PHAEDRIA, *adolescens, filius Chremetis.*

PHORMIO, *parasitus.*

SOPHRONA, *nutrix Phanii.*

PERSONAE MUTAE.

DORCIUM, *ancilla*

PHANIUM, *adolescentula, filia Chremetis*

C. SUL-

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII PHORMIONEM.

CHREMETIS frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam;
Athenis aliam conjugem: & amantem unice
Gnatum fidicinam. Mater e Lemno advenit
Athenas. moritur. Virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam visam Antipho
Quum amaret, opera Parasiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reversi, fremere. dein minas
Triginta dant Parasito, ut illam conjugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho, a patruo agnitam.

AELII

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN PHORMIONEM TERENTII.

Hanc Comoediam, manifestum est, prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est, Ἐπιδικαζόμενον, Graece scriptam esse, quam Latine a Terentio PHORMIONEM. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse cui nomen Poëta mutaverit: & errare eos, qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum: quum Graeca lingua fiscus sparteus, & stramen nauticum sic dicatur: a cujus rei vel capacitate, vel utilitate, etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur. Haec igitur proprie tota motoria est, & in affectibus constituta pene majoribus, quam comicus stilus posceret: nisi quod arte Poëtae omnia moderata sunt. Primas in ea partes, ut ipse Poëta professus est, tenet Phormio; secundas Geta; tertias Demipho; subinde caeteri, prout cujusque actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam pervicaciam, & simul argumentum suae purgationis inducat. Atque in ea quum Protasis, & Epitasis, & Catastrophe magni moliminis & negotii sint: ita variis leporibus asperguntur, ut etiam rerum tristium gravitatem

Poëta lepidus comica serenitate tranquillet. Haec acta est ludis Megalensibus, Lucio Cornelio Merula Aedili Curuli, & L. Posthumio Albino: agentibus L. Cassio Attilio, & L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis Serranis, totaque diverbiis facetissimis, & gestum desiderantibus scenicum, & suavissimis ornata canticis fuit. Editaque est quarto loco, M. Valerio, & C. Fannio Coss. Persona etiam in hujus Protasi non una est, sed duae: quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur Fabula: altera in argumento, quae narrat Fabulam. Argumentum quoque non simplicis negotii habet: nec unius adolescentis, ut in HECYRA: sed duorum, ut in caeteris Fabulis. Scire autem convenit, uno die transigi PHORMIONEM: non, ut HEAUTONTIMORUMENON, duobus. Prologus correpte ἀπὸ τȣ̃ προλέγειν dicitur, non producte ἀπὸ τȣ̃ πρωτολογεῖν. Nam officium Prologi ante actionem quidem rei semper est: verumtamen & post principium Fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite Glorioso, & apud caeteros magnae auctoritatis veteres Poëtas.

PUB-

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS
PHORMIO.

PROLOGUS.

[1] POSTQUAM Poëta vetus poetam non poteſt
[2] Retrahere ab ſtudio, & [3] transdere hominem in otium,

Ff 2 [4] Ma-

1. POSTQUAM &c.] *Hoc initium a deſtructione perſonae adverſarii ſumitur, conjunctum cum inſinuatione perſonae Terentianae.* POSTQUAM — NON POTEST. Nota, POSTQUAM apud veteres non praeterito modò, ſed etiam praeſenti tempori adjungi. Ut (Virg. Ecl. I. 31.),
Poſtquam *nos Amaryllis* habet, *Galatea reliquit*.
Quamquam ſunt, qui *Poſtquam* ſimpliciter, pro *Quoniam* accipi velint. (Vide ad Adelph. Prol. 1. Veſterh.) POETA VETUS, Qui jam diu eſt, non qui jam diu fuit. Ergo ut vinum, VETUS: non vetus, ut Ennius. POETA — POETAM. Jocunda repetitio. Ut (Virg. Aen. XII. 139.)
Diva Deam.
Et (Aen. I. 688.)
Notos pueri puer *indue vultus*.
POETA VETUS POETAM &c. Ἀντίθετον primum, per σύλληψιν primam, ita ut extrinſecus *Novum* audire oporteat. Donatus.

2. RETRAHERE AB STUDIO.] Sic loquitur, quaſi rem ſcenicam magis laedere voluerit Luſcius, quam Terentium. Donatus. RETRAHERE, quaſi cum vehementia quadam. Sic And.

4 Maledictis deterrere, ne scribat, parat.
5 Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
6 Tenui esse oratione, & scriptura levi:

7 Quia

And. I. 5. 8. & III. 2. 39. Adparet igitur, L. Lavinium, veterem Poëtam invidia tactum omni ope id egisse, ut ne Terentius scribendo inclaresceret, atque ipse interea loci obscuraretur. Verum nec arte Comica, nec ambitu, neque adeo gratia id consequi potuisse videtur, ut Poëta noster de palma non contenderet. Idem mox versu 19. AB STUDIO STUDUIT REJICERE. & Hec. Alt. Prol. 11. *Ne illum* ab studio *abducerem* dixit. Vesterhov. STUDIO, exercitio scribendarum Comoediarum.

3. TRANSDERE HOMINEM IN OTIUM. Eleganter, pro otiosum reddere, vel eò compellere, ut scribere desinat. * TRANSDERE veteres sonantius, quod nos lenius dicimus *Tradere* (Caesari hoc scribendi genus est familiarissimum): ut *Tralatum* nos *Translatum* e contrario. ET TRANSDERE HOMIMEM.] Comicè & venustè inseruit HOMINEM: Ut (Virg. Aen. V. 259.)

Levibus huic hamis consertam, auroque trilicem
Loricam: quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoënta sub Ilio alto:
Donat habere viro, *decus & tutamen in armis*. Donatus.

4. Sensus hic est: Ipse se, inquit, adversarius fatetur victum, qui a rebus exclusus, ad verba delapsus est. MALEDICTIS DETERRERE. Deest *Eum*. Ut (Virg. Aen. I. 76.),

Quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio jungam stabili. Donatus.

PARAT, studet, conatur.

5. Impudentiam ostendit per frequentativum verbum. Donatus. Sollicitat hanc lectionem Guyetus, legens in glossis ineditis, ITA DICTITANS, deleto QUI. sed praeter fidem Codicum. Similis constructio est And. Prol. 18. Vesterhov.

6. TENUI ESSE ORATIONE, ET SCRIPTURA LEVI.] Imperitum inducit

7 Quia nusquam insanum scripsit adolescentulum
8 Cervam videre fugere, sectari canes:

 9 Et

ducit criminatorem, qui hoc objiciat, quod proprium debet esse Comici stili. Donatus. TENUI exili, humili. * Sic Nepos. Praefat. de suo opere ex obtrectatorum judicio: *genus scripturae leve*. Quod vero h. l. ORATIONE, ET SCRIPTURA, idem And. Prol. 12. dixit, *Oratione, ac* stilo. (Ubi Donatum vide) Vesterhov. LEVI, vulgari, plebeio, proletario, nimis simplici.

7. QUIA NUSQUAM INSANUM SCRIPSIT &c.] Ideo videmur leves, tenuesque, inquit, quia non in Comoedia prodigia facta sunt, & Tragoedias concitavimus. Et callide hic, non solum errorem reprehendentis, (Mſ. Boend. & quidam editi ante Rob. Stephanum: Non solum *errori Luscii obviat* reprehendentis. Vest.) sed etiam imperitè scripsisse ipsum ostendit *Luscium Lavinium*. SCRIPSIT.] Legitur & FECIT (*i. e. induxit in Comoedia*) ADOLESCENTULUM.] Ut Comicam personam ostenderet, artificiose imminuit ADOLESCENTULUM, quo magis persona a sublimitate Comica discederet. Donat. Salsè perstringit veterem Poëtam, — utpote qui praeter morem Comicum scripserit amore insanum adolescentulum, credentem, se amicam suam mutatam in cervam videre fugere, canes autem eam insectari, cervam porro plorare, & orare, ut adolescens subveniat sibi. Optime haec Boeclerus disseruit. Possit tamen objici auctoritas Plauti, qui in Comoedia facit furentem Menaechmum. Menaechm. V. 2. 82. seqq. (Neque multum ab insania abest Mnesilochus adolescens, iram inter & amorem fluctuans, apud Eundem Bacchid. III. 4. Item Stalino senex amator, Casin. II. 6. 12. seqq.) Est vero VIDERE, φαίνεσθαι, neque opus VIDERI legere cum quibusdam. Vesterh.

8. CERVAM VIDERE FUGERE &c.] Hic affectus à Comoediis removendus est.

[9] Et eam plorare, orare, ut subveniat sibi.
Quod si intelligeret, [10] quom stetit olim nova,
[11] Actoris opera magis stetisse, quam sua: 10
[11] Minus

est. CERVAM VIDERE, — SECTARI CANES.] Ambiguitas per accusativum casum, perseverans usque ad ultimum, de industria, ut etiam ipsa perplexitas odiosa sit. Donatus.

9. ET EAM PLORARE.] Lacrymae hominis sunt proprie: tamen ex quadam similitudine tribuuntur crocodilo & cervo. Paraphrastes Delph. *Plorare* est voce flebili & querela dolorem ostendere. Ennius in Annal.
Flentes, plorantes, *lacrumantes, ac miserantes.*
Seneca ad Lucilium: *Lacrumandum est*, non plorandum. Popma. PLORARE, ORARE, UT SUBVENIAT SIBI.] Ajunt Physicorum filii, cervos a canibus agitatos auxilium hominum implorare. Ovid. Pont. II. 2. 39.
Nec se vicino dubitat committere tecto,
Quae fugit infestos territa cerva canes.
MSS. quidam, & editi veteres, ET SECTARI CANES, ET EAM PLORARE, ET ORARE. Et forte Polysyndeton inservit invidiae faciendae veteri Poëtae. In MS. Mark. & Hulstiano Donati est SUBVENIANT. Vesterhov.

10. QUOM STETIT OLIM NOVA.] Bene hoc positum est. potuit enim responderi, *Cur igitur stetit, & non exacta est* a populo? Recte OLIM: quasi dicat, *Quum adhuc Terentius non scriberet, penuria meliorum est probata.* Deinde quod ait NOVA, hoc significat, omnia carmina novitate ipsa commendari, etiamsi nullius momenti sint. Donatus. Intelligit Fabulam in qua Luscius Lavinius fecerat insanum illum adolescentem. Vesterhov. STETIT, vide Hec. Alt. Prol. 7. & ibi Vesterhovium. Horat. Epist. II. 1. 175. de Plauto;
Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc Securus cadat, an recto stet fabula talo.
Citante Paraphrasta Delph.

11. Unâ operâ & suffragium scenicorum comparat, &

[12] Minus multo audacter, quam nunc [13] laedit, laederet.
[14] Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
[15] Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet:
Vetus si Poëta non [16] lacessisset prior,
Nullum invenire [17] Prologum potuisset * novus, 15

 [18] Quem

& laedit adversarium. Donatus.

12. MINUS MULTO AUDACTER.] Ita citat hunc versum Priscianus Inst. Grammat. Lib. XV. Vesterhov. Donato novè dictum videtur.

13. Contumelias diceret Poëtae, vel poëtis.

14. Deletum hunc versum vellent, Faërnus, Tanaquill. Faber, Dacieria: Credunt otiosè repetitum ex Prologo Andriae. Legeritne Donatus, an minus, incertum est, quia nihil ad eum notavit. Vesterhov.

15. NUNC SI QUIS EST, QUI HOC DICAT, AUT SIC COGITET.] Omne quod in mentem venit, aut cogitamus, aut dicimus. ut *Virgilius* (Aen. II. 124.)
& mihi jam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.
Hic sensus est (hujus & seqq. versuum), *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut censeat, Improbus est* Terentius *qui omnes prologos de maledictis facit: habeat is hoc responsum sibi, adversarium coegisse, qui provocaverit. Nam quid faceret* Terentius, *quum de palma artis musicae certandum videat esse sibi.* Donatus.

16. Aut LACESSISSET abundat, aut PRIOR. Donatus.

17. PROLOGUM modò, non hominem, sed verba (i. e. praefationem Fabulae in scena recitandam) significat. Donatus.

* NOVUS. Hic, quod supra (vers. 1.) praetermisit, veteri supposuit *novum*. Donatus. Vesterhovius mallet, *Oppositi*.

[18] Quem diceret, nisi [19] haberet, cui malediceret?
Is sibi responsum hoc habeat: [20] in medio omnibus
Palmam

18. QUEM DICERET, i. e. quem recitaret in scena per actorem: aut, qui recitatu dignus esset. *Quem aptè componeret.* Minell. *Quem scriberet.* ex mente Paraphrastae Delph. * Expungit hunc versum Guyetus. optime autem constare sensus videtur, si ita ordines: NUNC SI QUIS EST. QUI HOC DICAT: VETUS POETA SI NON LACESSISSET PRIOR, NULLUM INVENIRE PROLOGUM POTUISSET NOVUS; AUT SIC COGITET: QUEM (Prologum) DICERET, NISI HABERET, CUI MALEDICERET? Unde & interrogandi notam adposui; contra atque vulgò fit. Vesterhov. Atqui hic tractus verborum est insolens, & Terentio indignus; nisi forte de industria, ad invidiam scilicet obtrectatorum, voluit ita perplexam proponere objectionem.

19. Mirè HABERET: Quasi dubium non sit maledicendum esse *Luscio.* Donatus. *Luscio* in vetustioribus Codd. omnibus non adparet, & sane ex mente Donati abesse potest. Vesterh.

20. Sensus hic est, *Inveniret, inquit: sed maluit, quum de palma certandum sit, adversario respondere laedenti.* Verum oratorie, manifesta solvere non curavit, hoc est, *nullum invenire Prologum potuisse Terentium.* Et hoc enim objiciendum fuit omnibus & novis, & veteribus Poëtis. PALMAM pro causa certaminis posuit. Et ideo non est mirandum si pugnant, quibus causa certaminis praesto est. Donatus. IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM.] Boecleri haec sunt in Chrestomathia, v. *Medius: Graecorum proverbium est,* κοινὸς ὁ ἄγων. *apud quos* ἐν μέσῳ κείμενα *sunt, quae parari possunt, quae neminem arcent.* *Tacitus eruditè: Cetera in communi sita sunt.* Hist. IV. 74. i. e. *nobis & vobis ex aequo patent.* Inde ergo *in medio relinquere* rem, est unicuique liberum de re aliqua arbitrium

Palmam esse positam,[21] qui artem tractant musicam.
Ille [22] ad famem hunc ab studio studuit rejicere:

trium facere. — ἐν μέσῳ κείμενον, in medio positum. Ἐν μέσῳ θεῖον, in medio relinquendum. Virgil. Georg. IV. 157. de apibus:
in medium *quaesita reponunt.*

Martial. de Spectaculis 29. 5.
Lex erat, ad digitum positâ concurrere palma.

Et versu 9.
Misit utrique rudes, & palmam Caesar utrique.

Est autem *palma* victoriae signum, unde & pro ipsa Victoria, & pro praemio ejus passim ponitur. Gell. III. 6. Vesterhov.

21. QUI ARTEM TRACTANT MUSICAM.] περιφραστικῶς, ἀντὶ τοῦ, *qui Comoedias scribunt.* Donatus. Id *Studium Musicum* dixit Heaut. Prol. 23. — De ipsa locutione (*Tractare artem*) vide Tanaquill. Fabrum ad Justin. I. 3. 3. Tractanti*que lanam ferrum & arma portantes parere.* Vesterhov.

22. Lavinius Terentium ab artis suae exercitio abstrahere ingenti studio curavit (*allaboravit*), ut eum ad extremam inopiam & famem adigeret. Paraphrastes Delph. Hic maxime incipit solvere, quod sibi superius ipse proposuit. — Nunc quid est, inquit, Poetam vituperare, nisi AD FAMEM REJICERE? nam Poëtae probi suas vendebant Fabulas, & harum pretiis alebantur. Donatus. Si autem a fame periculum fuit Terentio, nisi Comoedias scribenti, quibus nec avare pretium se statuisse ait. Heaut. Prol. 48. (ibi autem de Terentio non est sermo, sed de histrione, ex ipsius Vesterhovii sententia) ergo verè de eo dixisse videtur Porcius (apud Suetonium in vita *Terentii.*)

nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset, quò referret obitum domini servulus. V.

Hic respondere voluit, non lacessere. 20
[23] Benedictis si certasset, audisset bene.
[24] Quod ab ipso allatum est, id sibi esse rellatum putet.
De illo jam finem faciam dicundi mihi,
[25] Peccandi quum ipse de se finem non facit.

Nunc

23. BENEDICTIS, benignis, & liberalibus verbis. * BENEDICTIS SI CERTASSET.] Quia supra dixit, IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM. quasi dicat, quidquid in certamen venerit, in eo vincendos aemulos esse. CERTASSET ἀντὶ τοῦ *provocasset*: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. *Virgilius* (Aen. I. 552.)

nec te certasse priorem
Poeniteat.

AUDISSET BENE.] *Bene audire*, est bene dici, laudari. Donatus. Plaut. Pseud. IV. 7. 77. *Contumeliam si dices, audies.* Hieronym. adversf. Pelagian. *Cum dixeris quae volueris, audies quae nequaquam velis.* Homerus apud Eundem adversf. Rufin.

Ὁ ποῖον κ' εἴπησθα ἔπος,
τοῖον κ' ἐπακούσεις.

Vide Quinctil. Lib. V. de iis qui latius evagantur. Lindenbrog. Vide And. V. 4. 17. Vesterhov.

24. QUOD AB IPSO ALLATUM EST, SIBI ESSE ID RELLATUM PUTET.] Proverbiale est, *Quod dedit, recepit.* Et geminavit *L*, Ut, (Virg. Aen. I. 34.) *relliquias Danaûm*. Donatus. Dixit ALLATUM & RELLATUM, uti Plautus Capt. IV. 2. 118.

He. *Spondeo*
Er. *At ego tuum tibi advenisse filium*, respondeo.

Ubi vide Interpretes. Adde Senecae Epistol. LXXXI. Est autem *ferre* & *referre*, quod Graeci φέρειν, ὑποφέρειν, & ἀντιφέρειν, Icti *objicere* & *replicare* vocant. Cic. pro A. Caecina, 29. *Ego enim tibi* refero. Et passim alibi. Vide porro ad Eun. Prol. 6. & Boecl. ad h. l. Vesterhov.

25. PECCANDI, maledicendi. *Prius*, inquit, *ego de illo finem faciam, quam ipse de se.* An. *Prius dicendi*

Nunc quid velim, [26] animum attendite. Adporto novam, 25
[27] Epidicazomenon quam vocant Comoediam
Graeci: Latini [28] Phormionem nominant:
Quia

di ego faciam, quam ille peccandi finem. NON FACIT, pro, *non faciat*: Ut (Eun. II. 1. 25.) *Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo.* Donatus. *Quum*, pro, quamvis. * DE SE, pro, de sua parte, quod ad se attinet; vel pro, ultro. Vesterhov.

26. *Quaeritis* subaudit. Donat.; praeter necessitatem NOVAM, Latinam dicit. Donatus.

27. EPIDICAZOMENON &c.] Hic manifestè errat *Terentius*. nam haec Fabula quam transtulit, EPIDICAZOMENE dicta est, a puella de qua judicium est: quum sit alia EPIDICAZOMENOS ejusdem Apollodori. Debuit ergo dicere EPIDICAZOMENEN GRAECI. Donatus. EPIDICAZOMENON.] Ita diserte est in Mss. quinque Leidensibus, Bodl. Graev. Traject. Lips. & Boenderm. Donati lectionem praefert Ms. Mark. & edit. Ven. anni 1490. Quidni vero Terentius, virique nobiles Terentium adjuvantes sciverint verum titulum Fabulae, quam vertebant ex Apollodoro. Est igitur hic Antipho Ἐπιδικαζόμενος, h. e. de quo in judicio contenditur inter Demiphonem patrem, & puellam Chremetis filiam. — Guyetus in glossis ineditis ait, videri sibi hunc Prologum non esse Terentii. Quod minime suspicatus fuit Donatus, cujus admodum diligens in eo exponendo fuit industria. Vesterhov.

28. Φορμιον tegiculum dicunt Graeci quo insternitur pavimentum: Unde * PHORMIO correpta prima syllaba apud Apollodorum est. Non ergo à *formula*, ut quidam putant, dictum est. Ergo inde parasitus, vilissimae conditionis homo, nomen accepit. Donatus. Quem confer in Praefatione Fabulae. * PHORMIO *correpta prima syllaba.* &c.] In eandem sententiam Faërnus scri-

Quia [29] primas qui partes aget, is erit Phormio,
[30] Parasitus, [31] per quem res agetur maxume.

[32] Vo-

scribit infra II. 1. 77. Sed non video qui prima in Φορμίων corripi ab Apollodoro potuerit. nisi forte levi unius literae metathesi Phromionem legas. Et sane idem Guyetus in glossis MSS. ad loc. cit. suspicatur. Vesterhovius. Gloss. *Formio* Κόφινος. πλεκτάναι δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς, ὡς ὁ Ἡσίοδος. Verba Hesiodi laudantur in Etymol. Magno, in voce Φορμίσκος; οἴσεις δὲ ἐν φορμῷ. (Extant vero in Oper. & Dier. 480.) Basil. Magn. in exercitationib. φορμὸς ὁ καλαθίσκος. Ulpian. l. 12. §. 18, ff. de instr. & instr. *Formiones, & spongias, & hamas, & scopas.* Lindenbr. ad praefationem Donati.

29. PRIMAS PARTES QUI AGET.] PRIMAS nunc, maximas, ad actorem enim retulit. *Cicero, saepe illum qui est secundarum aut tertiarum partium.* (vide Comment.) Donatus. PRIMAS, potissimas, primarias. Cic. Divin. 15. *Ut in actoribus Graecis fieri videmus; saepe illum, qui est* secundarum *aut* tertiarum partium, *quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse* primarum, *multum summittere, ut ille Princeps quam maximè excellat.* Ubi Asconius Pedianus notat: *Comoedia quinque Actus habet, hoc est, quinquies ducitur in Scenam. Est ergo persona* primarum partium, *quae saepius in Actu regreditur:* Secundarum, *&* tertiarum, *quae minus minusque procedunt.* Estque adeo idem, quod mox dicet, PER QUEM RES AGETUR MAXUME. Vesterh.

30. *Parasiti* erant genus hominum, qui scurrando, adulando, vapulando, victum quaeritabant: à παρὰ *praeter*, vel *apud*, & σῖτος *frumentum*, *commeatus*.

31. PER QUEM RES AGETUR MAXUME.] Quia primae partes etiam aliud significant. non ergo nunc primum actum dicit, sed summas partes. Et benè MAXUME: quia & per alios.

[32] Voluntas vestra si ad Poëtam accesserit, 30
[33] Date operam: [34] adeste aequo animo per silentium:
Ne simili utamur [35] fortuna, atque usi sumus,
[36] Quum per tumultum noster grex motus loco 'st.

[37] Quem

alios. Donatus. Rivius RES GERETUR defendit, quod est in quibusdam Codicibus. Editio anni 1469. RES GERITUR. Dicitur autem *agi* potius res in Comoedia, quam *geri*. Vest.

32. SI VOLUNTAS ACCESSERIT: pro, *si faveritis* (Poëtae). novè sic (*Cicero* add. Lindenbrog.) *Voluntatem* pro favore ponit. Donatus. Cic. Fam. IV. 13. Accedit *eôdem vulgi* voluntas, *vel potius consensus omnium*. Vesterhov.

33. I. e. auscultate; attendite ad recitationem Fabulae.

34. ADESTE AEQUO ANIMO.] Favor in Comoedia silentium spectatoris est. Rectè ergo addidit PER SILENTIUM. AEQUO ANIMO.] Nunc propositio est. Donatus. Sitis candidi judices. Minell.

35. FORTUNA.] Ne populum laederet, fortunam maluit accusare. Donatus.

36. QUUM PER TUMULTUM NOSTER.] Apparet Hecyram ante Phormionem actam esse, cui contigit, id quod queritur, populum subaccusans. NOSTER GREX MOTUS LOCO 'ST.] *Locus*, est distributio temporum, quae cuique in spectaculum venturo attribuuntur ab Aedilibus. Unde *loco motus* dicitur, qui * suas horas non obtinuerit inter praecedentes, & consecuturos. Ergo propriè. Sic & *Cicero* (Cat. II. 1.) *Loco ille motus est, quum est ab urbe pulsus*. Donatus. * Etiam in jure *suas horas obtinere* dicuntur actor & reus. Pedian. III. in Verr. Lindenbrog. MOTUS LOCO 'ST.] Simpliciter notat, quod alibi dicit, *non tutatus est locum; non stetit; exactus est.* sed & *loco moveri* est vinci. Virg. Aen. VII. 332.

ne noster honos, infracta re cedat
Fama loco. Vesterhov.

37 Quem actoris virtus nobis restituit locum;
38 Bonitasque vostra adjutans, atque aequanimitas.
15

37. QUEM ACTORIS VIRTUS.] Ubique laudat *actorem*. est enim Poëtae utile. QUEM ACTORIS VIRTUS.] Qui exclusus toties, animum non abjecerit, sed perseveraverit agere. ideo VIRTUS. RESTITUIT LOCUM.] Benè repetivit LOCUM ut ἀμφιβολίαν vitaret: ne *quem tumultum* dicere videretur. Donatus. ACTORIS.] L. Ambivii Turpionis. Cujus virtute tandem recepta & commendata est. Hunc versum Guyetus (Donatô doctior scilicet) in glossis ineditis ex Pseudoprologo Hecyrae descriptum ait, innuens Alt. Prol. vers. 13. Sequentem autem versum ex verbis ultimis Prologi Adelph. *Facite, aequanimitas Poetae ad scribendum augeat industriam*, formatum ibidem dicit. Vesterhov.

38. BONITAS in omnibus rebus generaliter est: AEQUANIMITAS in spectando. An BONITAS in probandis his, quae bona sunt, AEQUANIMITAS in ignoscendis vitiis atque delictis? An ταυτολογία est? An BONITAS circa omnes: AEQUANIMITAS circa *Terentium?* BONITASQUE VOSTRA.] Ne totum actori tribuens, nihil populo praeter culpam reliquisse videretur, honoris causa hoc addidit. ADJUTANS.] Sic veteres dicere maluerunt, quam *adjuvans*. Donatus.

AC-

ACTUS PRIMI
SCENA PRIMA.
DAVUS.

[1] AMICUS summus meus, & popularis Geta,
Heri ad me venit: [2] erat ei de ratiuncula

Jam-

1. *Quod in omnibus fere Comoediis, in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet, id in hac quoque* Terentius *servat: ut* προτατικὸν πρόσωπον, *id est, personam extra argumentum, inducat: cui dum ob hoc ipsum, quod veluti aliena tota Fabula est, gesta res narratur, discat populus textum, ex continentia* (An, *&* *continentiam?* Vest.) *rerum, sitque instructus ad caetera.* — *In hac Scena, quae docendi atque instruendi spectatoris causa inducitur, mire extrinsecus lepores facetiaeque cernuntur & sales Comici. Id enim est artis Poeticae, ut quum narrationi argumenti detur opera: jam tamen res agi & Comoedia spectari videatur.* (Confer. Grammaticum ad Hec. III. 4. 1.) AMICUS SUMMUS MEUS.] Insinuatio personae ejus, quae inducitur ad audiendum argumentum. — AMICUS.] a voluntate. POPULARIS.] a fortuna. POPULARIS, ejusdem conditionis gentisque (Mſ. Boend. & edd. veteres *generisque.* Mſ. Lind. *gregisque.* Vest.) *Sallustius* (Cat. 22. 1.) *Popularis sui sceleris.* Et POPULARIS, populo amatus, & POPULARIS civis, & POPULARIS humilis, & POPULARIS vilis, è populoque factus; ut si quis dicat sordidum, *popularem civem.* AMICUS SUMMUS MEUS.] Davus extra duas familias inducitur, quae in hac sunt Fabula, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumentum. Donatus. POPULARIS.] Sic Eun. V. 9. 1. Adelph. II. 1. 1. (ubi Donatum vide.) Nisi ratio nominum Davi & Getae obstaret, possit videri συμπατριῶτης intelligi.

Jampridem apud me relliquom pauxillulum

Num-

gi. Sic Plautus Poen. V. 2. 77. seqq. An δημότης intelligitur, & ejusdem δήμȣ, ut solent magnificè de sese servi loqui? Hi & *populares* & *tribules* dicti Romanis. Vesterhov.

2. HERI AD ME &c.] Propter cognationem E & I literarum, non dubitaverunt antiqui & HERE & HERI dicere, & *mane* & *mani*, & *vespere* & *vesperi*. ERAT EI DE RATIUNCULA.] Deest *uam*: sed mirè (i. e. *perquam eleganter*) subtractum est. — Opportuna diminutio in re servili RATIUNCULA, & PAUXILLULUM. Moraliter intulit, ERAT EI. magis enim facetum & Comicum est, quum ἀσυνδέτως infertur, quam si diceret, NAM ERAT EI. JAMPRIDEM APUD ME RELLIQUOM PAUXILLULUM.] De argumento sumitur causa colloquii. *Nam debui*, inquit, *Getae: & ille me exigit, ut muneretur domino ob nuptias factas* (*iliemet exigit ut numeretur dominis* ex Mſ. Boend. & Impreſſ. vet. adfert Vesterhov.) PAUXILLULUM, Quartus gradus diminutionis, *paulum*, *paululum*, *pauxillum*, *pauxillulum*. Donatus. ERAT EI DE RATIUNCULA JAMPRIDEM APUD ME RELLIQUOM &c.] De tenui peculio sermonem esse, & RATIUNCULA, & *pauxillulum* indicio sunt. Sensus autem est: *Debebam ei nonnihil ex ratione antiqua*. RELLIQUUM autem & RELLIQUA κατ' ἐξοχὴν dicuntur, quae rationibus acceptisque debita remanent. Belg. *Achterstallige schulden*. Gall. *Reste de Compte*. Cic. Att. XVI. 3. *Maxime autem me angit* ratio reliquorum *meorum*: *quae quamquam explicata sunt*; *tamen*, *quod & Dolabellae nomen in iis est*, *& attributione mibi nomina ignota*, *conturbor*. In quibus verbis singulae voces propriae sunt & elegantes. — Eadem & *Residua* dixerunt. Hinc porro *Reliquari* dicitur & *Reliquator*, qui non persolvens ex asse & integro, *Reliqua* contrahit; seu apud quem Reliqua sunt. Paulus ff. Lib. XXVI. Tit. VII. L. *Reliqua-*

Nummorum: [3] id ut conficerem. confeci. adfero.
[4] Nam herilem filium ejus duxisse audio 5
Uxorem. [5] ei, credo, munus hoc corraditur.

[6] *Quam*

quationem dixit. Eadem locutione usus Plautus Mostell. I. 3. 141.
Etiam nunc decem minae apud te sunt: *vel rationem puta.* Id est, etiam nunc decem minas mihi debes. Vesterh.

3. ID UT CONFICEREM.] Ἔλλειψις prima. Et CONFICEREM propriè; nam *fieri pecunia* dicebatur. *Sallustius* (in Fragm.) *Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat.* CONFICEREM. Quia in promtu non erat. Donatus. ID UT CONFICEREM.] Subaudi, monuit me. (imo ex versu praecedenti Sub. *Venit ad me.* Sic Hec. II. 2. 9. *Adii te heri de filia.*) Cic. Verr. II. 75. *Quantam pecuniam non solum numeratam, verum etiam hujusmodi in rebus positam*, confecerit. Idem in Fragment. ad Caesarem Juniorem: *In singulas tegulas impositis sexcentis, sexcenties confici posse.* In quibus verbis *Sexcenties* valet, sexcenties centena millia nummûm. Idem & *facere*, & *fieri* dixerunt. Plaut. Pseud. I. 3. 68.
Jam hercle vel ducentae fieri possunt praesentes minae. Nepos. Epam. 3. *Eamque summam quum faceret.* Vesterhov. CONFICEREM, Colligerem, compararem.

4. NAM HERILEM FILIUM.] Τρόφιμον Graeci dicunt, atque haud scio, an Latini quoque *alumnum* dicere poterant (*potuerint* Mſ.Lindenbrog.), nisi hoc mallent. NAM HERILEM — DUXISSE AUDIO UXOREM.] Mirè se applicat argumento. Donatus. HERILEM FILIUM EJUS.] Ita dixit, pro, *Heri ejus filium.* Intelligit autem Antiphonem. Vesterhov.

5. EI CREDO MUNUS HOC CORRADITUR.] Mirè. Herì quidem fuerunt nuptiae, sed adhuc MUNUS CORRADITUR: quia in nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet (Vide Barth. Adverf. II. 8. Vesterhov.), ut in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur. EI CREDO, uxori scilicet,

 HOC,

6 *Quam inique comparatum est! hi qui minus habent,*
7 *Ut semper aliquid addant divitioribus,*

8 Quod

HOC, pecuniae scilicet munus erit. Et est figura ἐπεξήγησις. CREDO, pro, verè scio. — CORRADITUR.] Apta in verbo difficultas. Ut in Adelphis (II. 2. 34.)
Minas decem corradet alicunde.
Et (Heaut. I. 1. 89.)
Corrasi omnia. Donatus.
Intelligit ἐπαύλια δῶρα. a quibus nec servi immunes erant. Seneca, Benef. VII. 4. *Numquid dubium est, quin servus cum peculio, domini sit? dat tamen domino suo munus.* Vesterhov.

6. Inique id — dispositum, ut semper pauperes ditioribus, hoc est, divitibus aliquid velint adhibere (i. e. *conferre*) dum munera eis mittunt, a quibus accipere ea debeant. Eugraphius. QUAM INIQUE COMPARATUM EST!] Miro ἰδιωτισμῷ morem pro lege conqueritur. COMPARATUM.] Constitutum est lege: Et, HI QUI MINUS HABENT,&,DIVITIORIBUS dixit: ne diceret, *servi dominis:* vult enim latius patere quod dicit, & generalem esse sententiam. — Garrulos servos & sententiosos amat Comoedia. Tristes & parcè loquentes Tragoedia. UT SEMPER ALIQUID ADDANT.] Mirè, non *Dent*, sed ADDANT: Et non *Aliquando*, sed SEMPER. DIVITIORIBUS, pro * *minus pauperibus.* Donatus. * Ergo Comparativus pro contrario positivi, cum MINUS. Curt. VI. 4. 18. *Mare Caspium* dulcius *caeteris.* i. e. *minus salsum.* QUAM INIQUE COMPARATUM EST!] Sic Heaut. III. 1. 97. Plaut. Amph. II. 2. 3.
ita cuique comparatum
Est in aetate hominum.
Cic. pro A. Cluent. 21. *Jam hoc quoque prope* iniquissime comparatum est. Vesterhov. COMPARATUM, Institutum, constitutum. Cic. ad Herenn. *Benè majores nostri hoc* comparaverunt, *ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent.* Idem, pro S. Rosc. *More majorum* comparatum est. Idem ad Att. *Praeclare legibus* comparatum est, ut &c. Laudante viro docto Antonio Schoro,

apud

[8] Quod ille unciatim vix de [9] demenso suo,

Gg 2 [10] Suum

apud quem plura videas. * HI QUI MINUS HABENT, — ADDANT DIVITIORIBUS.] Martialis, V. 18. 9.

Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, liberalis est pauper

Et V. 81. 1.

Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane,
Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus.

Uti vero Terentius DIVITIORIBUS, ita pariter Martialis, V, 31. 8.

Craeso divitior licet fuissem,
Iro pauperior forem, Carine.

Et Cicero Off. II. 17. *Homini* divitissimo dixit. Vesterhov. ADDANT, contribuant; vel ADDANT DIVITIORIBUS, i. e. ad opes divitum.

8. QUOD ILLE.] Docte ad singularem numerum transit a plurali. — Redit ad Getam. UNCIATIM.] Sic veteres, *Multa unciatim.* (Vesterhov. legit, *Sic veteres multa.* UNCIATIM.]) Cum expensa pecunia ferretur more veterum: non, ut nunc, annumeraretur: *Assis* libra erat: ejusque partes, *Unciae.* Rursus Unciae unius duodecima pars, *Libella* dicebatur. Merito ergo non per singulos sestertios, neque per singulos denarios, neque per singulos asses: sed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per singulas unicas, UNCIATIM dixit. Donatus. UNCIATIM.] Per uncias; atque adeo per minimas summulas. Pleraque autem integra *Assis* nomine veniebant, dividebanturque in duodecim partes, quarum *Deunx* continebat XI. *Dextans* X. *Dodrans* IX. *Bes* VIII. *Septunx* VII. *Semis* VI. *Quincunx* V. *Triens* IV. *Quadrans* III. *Sextans* II. *Uncia* I. Haec rursus divisa in binas *semuncias*, tres *duellas*, quatuor *sicilicos*, sex *sextulas*, quatuor & viginti *scripula*. — Maxime Assis ejusque partium usus in hereditatibus solennis est. Ita *ex asse* heres est, qui integram hereditatem aufert; *ex uncia* heres, qui partem duodecimam. atque ita porro. Hinc denique petita *Usurarum* nomina. Ita *Centesimae Usurae* erant duodecim nummi annui, pro usu atque

[10] Suum defrudans genium, comparsit [11] miser, 10
Id

atque fructu centum nummorum foenore datorum; seu quod centesimo mense sortem aequarent usurae; seu quod centesima pars singulis mensibus penderetur. Ergo easdem Usuras tamquam Assem considerarunt. Unde *Usurae deunces*, vel simpliciter, *deunces* sunt, quae undecim dant in centum. Pers. Sat. V. 149.

Quid petis? ut nummi, quos
hic quincunce *modesto*
Nutrierat, pergant avidos
sudare deunces?

Respectu enim *deuncium* modicae modestaeque sunt usurae *quincunces*, quibus quinque dantur in centum. Cic. Att. IV. 15. *Foenus ex triente Idibus Quinct. factum erat* bessibus. id est, duplo majus; *trientes* enim quatuor in centum, *besses* octo exigunt. Dixit autem UNCIATIM COMPARSIT, uti Phaedrus IV. 19. 23. de avaro:

quadrantes aggerat patrimonio.

Et Servius ad Virg. Aen. X. 531.

Argenti atque auri memoras
quae multa talenta,
Gnatis parce *tuis.*

notat, secundum antiquos Lucilium & Ennium *parce* esse, serva. Adi omnino Budaeum de Asse. Vesterh.

9. Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, & id *Demensum* dicebatur. Et utrum a *mense*, an a *metiendo*, incertum est. Donatus. Erat hoc frumentum, certa mensura vel pondere dari servis solitum quot-calendis. Gr. μέτρημα. ἀπομέτρημα. σιτομέτριον. Plaut. Stich. I. 2. 3.

Vos meministis. quot-calendis petere demensum
cibum.

In Graecia autem ultimo quoque mensium die. De mensura non convenit. Donatus *quaternos modios* memorat. Seneca, Epist. LXXX. *Servus est*, quinque modios *accipit:* Unde vel alter ex altero corrigendus, vel ratio temporis habenda. Translate (vocabulo, *Demensum*) usi Plautus & Cicero. Ille Menaechm. Prol. 14.

Nunc argumentum vobis demensum dabo,

Non

Id [12] illa universum abripiet: haud existumans

Gg 3 [13] Quanto

Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.
Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.
Hic Oratore, cap. 12. *Palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa, & paria respondeant.* Vide porro Parei Electa Plautina, Tit. *Servorum.* Vesterhov.

10. SUUM DEFRUDANS GENIUM.] Ut contra, * *Genialia curare* dicitur, qui vivit lautè. Donatus. Legendum forte, *genium curare.* Horat. Carm. III. 17. 14.
cras genium *mero*
Curabis.
Genius, proprie apud veteres Deus natalis, qui simul cum homine nasci & mori credebatur; sumitur & pro animo, & ipsa natura hominis. * SUUM DEFRUDANS GENIUM.] Ita praeter Codd. numero plurimos etiam Nonius Marcellus citat, addens illud Lucilii Lib. XXIII. 18.
Curet aegrotum, sumtum homini praebeat, Genium suum defrudet, *alii pascat.*
Et antiquius videtur quam quorundam Librorum DEFRAUDANS. id est, cibum sibimet subducens. Plaut. Aul. IV. 9. 14.
egomet me defraudavi *Animumque meum*, geniumque *meum.*
Truc. I. 2. 81.
isti, qui cum Geniis suis belligerant, parcipromi.
Contrarium est Pers. II. 3. 11.
Nunc & amico meo prosperabo, & genio meo multa bona faciam.
Et Stich. IV. 2. 42.
Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies.
Phaed. III. 15. 8. de ove:
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
De *Geniis* vide quae eruditè congessit Barthius, Advers. LII. 12. Vesterh.

11. MISER, ad postremum, *dixit;* ut iniquitas consuetudinis comploratione finiretur. Donatus.

12. ILLA, nupta scilicet. HAUD EXISTUMANS, vel intelligens, vel recogitans ac reputans. HAUD EXISTUMANS.] Pro, aestimans. *Sallustius* * *Si, Quirites, pacem existimaretis.* Donatus. * In Oratione Macri Licinii, Trib. pl.

[13] Quanto labore partum. porro autem Geta
[14] Ferietur alio munere, [15] ubi hera pepererit:
Porro autem alio, [16] ubi erit puero natalis dies:

[17] Ubi

pl. ad Plebem, ubi legendum: *Si, Quirites*, parum existumaretis, *quid inter jus a majoribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum, servitium interesset, multis mihi disserendum fuisset.* Sed & τὸ *Parum* est in MSſ. Hulst. & Lindenbr. Vesterhov.

13. QUANTO LABORE, ut (Virg. Aen. VII. 244.)
Reliquias Trojae ex ardente receptas.
PARTUM.] Proprie dicitur PARTUM, de eo quod labore quaesitum est: quia nullus partus sine dolore est ac labore. Donatus.

14. Ad paupertatem retulit FERIETUR. nam & damnum *plaga*: & res, *sanguis* noster dicitur. Donatus. FERIETUR — MUNERE.] Cum hoc loco componit Lambinus illa Plauti, Trin. II. 1. 19. (ubi sermo est de amica & amatore.)
ibi illa pendentem ferit.
Q. d. mulctat munere. Horat. Serm. II. 1. 60.

O puer, ut sis
Vitalis metuo, & majorum
ne quis amicus
Frigore te feriat.
Feritur igitur munere, non qui accipit, sed qui invitus dat, damnum patitur. Pro eodem & *Tangere* & *Tangi* dicebant, argento, minis, & simili re. Vide Parei Lex. Plaut. Vesterhov.

15. UBI HERA PEPERERIT.] Quinto nimirum a partu die κειμήλια mittebantur puerperis & obstetricibus. Dies is Ἀμφιδρόμια dictus. Vesterhov. HERA, uxor filii herilis.

16. UBI ERIT PUERO NATALIS DIES.] Cum adjectione temporis (Sc. *anni*, *diei*, *horae*), cujuslibet NATALIS DIES (*Hanc vocem excludendam puto*) melius dicitur; ut *natalis locus*, & *natale astrum*. sed *Virgilius* (Ecl. III. 76.) serviens personae rusticae
meus est natalis, Jola.
inquit: nec addidit, *Dies*. Donatus. Semper *Natales* (fortè

[17] Ubi initiabunt. omne hoc [18] mater auferet: 15

Gg 4 [19] Puer

(fortè *Natalis*) cum suo tempore pronuntiant. Semper natalis dies, cum pueri initiantur. Eugraphius. UBI ERIT PUERO &c.] Ubi puero natalis per singulos annos revertetur. Paraphrastes Delph. Tangit morem Martialis, VIII. 64. 1.

Ut poscas, Clyte, munus, exigasque,

Uno nasceris octies in anno.

Et IX. 54. 1.

Natali *tibi*, *Quincte*, *tuo* dare *parva volebam*

Munera.

Ovid. Amor. I. 8. 93.

Cum te deficient poscendi munera *causae*,

Natalem *libo testificare* tuum. Vesterhov.

17. UBI INITIABUNT.] Hoc vultuosè pronuntiandum. UBI INITIABUNT.] Ut quidam, *cibo & potu*: ut quidam, *sacris*. * Legitur apud *Varronem*, *initiari* (i. e. *offerri*, *consecrari*) pueros Eduliae, & Poticae, & Cubae, Divis edendi, & potandi, & cubandi: ubi primum a lacte & a cunis transierunt. quod *Virgilius* (Ecl. IV. 63.) *Nec Deus hunc mensa*, *Dea nec dignata cubili est.* Hoc adnotavit Probus. Sed *Terentius Apollodorum* sequitur. apud quem legitur, in insula Samothracum a certo tempore pueros *initiari*, more Atheniensium; quod, ut in Palliata, probandum est magis. Donatus. * Nonius e Catone laudat: *Cum primores cibo & potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Eduliae, & a potione Potinae nutrices. Ita cum fari inciperent, Fabulino, cum stare, Statulino.* Vesterhov. Arnob. adverf. Gent. Lib. III. *Unctionibus superest Unxia, cingulorum Cinctia replicationi, Victa & Potua sanctissimae victui potuique procurant.* Lind. UBI INITIABITUR, *initiare* est ad cibum infantem instruere, qui & ipse *dies natalis* est quodammodo. Eugraphius. INITIABUNT, nomen dabunt. *Guyetus.* Ablactabunt, & initium facient cibo & potu alendi puerum. Paraphrast. Delph. Quae interpretatio ex parte nititur auctoritate Donati, & ceteris videtur anteponenda. Idem mos etiam nunc in imperio Turcico ob,

fer-

[19] Puer caufa erit mittundi. Sed videon' Getam?

fervatur, Praefidibus provinciarum munera ad aulam mittentibus, quo die filius imperatoris circumciditur: obfervante Vefterhovio.

18. OMNE HOC MATER AUFERET] Hoc retulit ad offerentis irrifionem, qui putat fe puero dare. Donatus. AUFERET, lucrabitur. *Paraphraft. Delph.* obtinebit, adipifcetur.

19. PUER CAUSA ERIT MITTUNDI.] Manifeftò CAUSA h. l. eft πρόφασις, feu praetextus. Sic Hec. I. 2. 5. Vefterhov. Propriè dixit MITTUNDI, de muneribus. Donatus. MITTUNDI verbo de muneribus vel fexcenties unus Martialis eft ufus. quod obfervationem Donati firmat. Vefterhov.

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

GETA. DAVUS.

Ge. [1] SI quis me quaeret rufus. *Da.* [2] Praefto eft; [3] define. *Ge.* [4] Oh!

At

[1.] *Mirè Poëta defideratum Getae oftendit Davum.* Don. Geta domo egrediens quemdam e confervis adloquitur. Et plura dicturus erat, vel, *fe* (forte, *eum*) *a me quaeri.* vel, *modò exiiffe*, *confeftim reverfurum dicito*, vel fimile. Vefterhov. Donato haec vocatur Ἀποσιώπησις fecunda.

2. Tertia perfona de fe loquens ufus eft: quia ille nominativum (Mff. Hulft. & Boend. cum edd. vet. rectius; *Quia tale nomen*. Veft.) praetulit. Donatus. PRAESTO EST, adeft, fub. *rufus ille.*

3. DESINE.] Elegantem ufum habet in re explorata. Sic. Eun. II. 3. 56. Vefterhov.

At ego [5] obviam conabar tibi, Dave. *Da.* [6] Accipe. hem!
[7] Lectum est: [8] conveniet numerus, quantum debui.'

 Ge.

4. Interjectio laetantis de inopinato occursu.

5. CONABAR, absolutè. An Ἔλλειψις est, ut desit *ire*? Donatus. OBVIAM CONABAR TIBI.] Eidem ellipsi inserviunt *cogito*, *paro*, *meditor*, cetera. Vesterhov.

6. ACCIPE.] Praevenit petitionem dicendo ACCIPE. & hoc cum gestu offerentis dicitur. Donatus. HEM, admonentis, aut demonstrantis, est.

7. LECTUM; bonum, vel splendidum: Ut, (Virg. Aen. X. 541.)

arma Serestus
Lecta refert humeris.

LECTUM EST: CONVENIET NUMERUS.] Ordinem servavit. prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae spectari solet. Donatus. Videtur id velle, argentum esse integrum, non adulterinum, sed justi ponderis & pretii, quale *commodum* dici, Nonius auctor est. Sed & ita accipi volunt illa Plauti, Rud. V. 2. 31.

Talentum argenti commodum magnum inerat in crumina.

Asin. III. 3. 135.

Viginti argenti commodas minas.

Quas mox versu 144. *bonas* vocat. — Ceterum, si de bonitate argenti dubitaretur, *nummulario praesente comprobandum erat*, nequamne esset & adulterinum, an probum. Apulej. Metam. 10. Hos δοκιμαστὰς dictos *Spectatores pecuniae* testatur Donatus in Eun. III. 5. 18. Vesterhov.

8. Summa hujus argenti congruet ei summae, quae tibi apud me erat reliqua. *CONVENIET NUMERUS, QUANTUM DEBUI-] Ἀνακόλουθον, pro, Nummi, quos adfero, numero convenient iis, quos tibi debui. Eodem sensu Cic. Att. V. 21. *Rationes conferatis. assidunt; subducunt; ad nummum convenit.* Vesterhov

Ge. [9] Amo te, & [10] non neglexisse, habeo gratiam.
Da. [11] Praesertim ut nunc sunt mores: [12] adeo res redit: 5
Si quis [13] quid reddit, magna habenda 'st gratia.
[14] Sed quid tu es tristis? *Ge.* Egone? [15] nescis, quo in metu, &

Quanto

9. *Amat*, quod reddiderit pecuniam: *agit gratias*, quod diligenter. Et quare? utrum quia creditum (*conditum*. Lindenbrog. & Rob. Stephan. *actum*. Mss. Hulst. & Boend.) non fefellerit? an quia lectum attulerit, & numero congruenti? Et recte dixit: nam redhibitio debiti (*redditio debita*. Edd. aliquot, & Ms. Boend.) hoc agit, ut etiam gratias agamus. Donatus. AMO TE.] Formula gaudentis ob dictum aut factum alterius. Plaut. Poen. I. 2. 42.
An. *Quiesco*. Ad. *Ergo* amo te.
Cic. Att. I. 3. Te multum amamus, *quod ea* (signa) *abs te diligenter, parvoque curata sunt*. Vide ad Eun. I. 2. 106. Uti ergo *amabo te* est rogantis, ita * AMO TE gratias agentis. Vesterhov. * Vide tamen Plaut. Menaechm. III. 3. 1.

10. NON NEGLEXISSE.] In Andria. *Et id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam*. Donatus. i. e. quod non fueris negligens, in conficiendo, & adferendo argento.

11. Praesertim grata tibi esse debet haec mea diligentia, si hodiernam morum perversitatem spectas: nam ADEO RES &c.

12. ADEO, pro *eò* simplici, eum in locum, statum. Infra. 3. 1. Adeone rem redisse — *patrem ut extimescam*. confer Heaut. I. 1. 61. & V. 2. 27. * Proprtè *Redisse res*, dicitur, cum aliquid ** pejus expectatione contigit. Donatus. * * Vide infra ad I. 4. 24. Vesterhov.

13. QUID, quantumvis parvum, quantillum. REDDIT, sc. mutuum; aut creditum solvit; vel de mutuo, aut credito.

14. Hic admonemur omnem ab initio sermonem Getae, quasi satagentis & anxii

Quanto in periclo [16] simus. *Da.* Quid istuc est?
Ge. Scies:
[17] Modo ut tacere possis. *Da.* [18] Abi sis, insciens:
[19] Cujus tu fidem in pecunia perspexeris, 10

Verere

anxii pronuntiare (MSS. Hulst. & Boend. cum plerisque edd. veter. *pronuntiari.* Vesterhov.), accommodatis praesertim ad vultum verbis. Nam &,

Si quis me quaerit:

Et,

At ego obviam conabar tibi, Dave.

Et,

Amo te, & non neglexisse, habeo gratiam:

In se quoddam contractioris animi occupatique signum habent. SED QUID &c.] SED particula, transitum significat ad mentionem alterius rei. Donatus.

15. NESCIS, QUO IN METU.] Duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex cupitis altera. Ergo a mali bigis, praesentis temporis periculum esse dicimus, & futuri metum. NESCIS &c.] Pronuntiative magis quam percontative efferendum est. sic enim solemus de magnis rebus dicere. Donatus.

16. SIMUS, sc. herus & ego. SIM Donatus legit.

17. Subaudiendum est *Vide*; aut quid tale. MODO, pro, *tantummodo*: ut (Virg. Aen. III. 116.),

modo Juppiter adsit. Donatus.

MODO UT TACERE POSSIS.] Ita solebant cavere, secretum commissuri. Eun. I. 2. 21. Vesterh.)

18. I. e. apage te cum stultitia tua, v. inani tuo scrupulo. * ABI SIS, INSCIENS.] Formula molliter reprehendentis. Vesterhov. SIS, contractum, pro, si vis. & additur per speciem quamdam urbanitatis, atque ad molliendum duriusculum illud, ABI. * * INSCIENS, nunc pro *inscito* posuit. vel *Inscientem* modo *stultum* dicit, alias *ignarum*. Donatus.

19. CUJUS TU FIDEM &c.] Sententiose dixit: quasi in omnibus credendum sit, servaturum fidem,

Verere [20] verba ei credere? ubi quid mihi lucri eſt,
Te fallere? *Ge.* [21] Ergo auſculta. *Da.* [22] Hanc operam tibi dico.
Ge. [23] Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtin'? *Da.* Quidni? *Ge.* Quid? ejus gnatum Phaedriam [24]?

Da.

dem eſſe eum, qui in pecunia ſervaverit. — Propriè locutus eſt de PECUNIA, & FIDEM dicendo, & CREDERE. Nam *fides*, eſt eorum, quibus datur: *Creditores* dicuntur ipſi qui dant. Donatus. IN PECUNIA, pro, quod attinet ad pecuniam; vel, in re pecuniaria.

20. VERBA cum pronuntiatione dicit, ut oſtendat, multum diſtare inter *pecuniam* & VERBA. UBI QUID MIHI LUCRI EST, &c?] Ab utili conjectura. Et bene: quia ſervus nihil de honeſto dicit. Significantius dixit *Quid*, quam ſi diceret, *nihil.* Donatus. UBI, in qua re, ſc. in ſecreto commiſſo.

21. ERGO nunc, velut increpatio tardè facientis eſt: Quia hic obloquendo impediverat narraturum. Sic *Virgilius* (Aen. II. 707.)

Ergo age, chare pater, cervici imponere noſtrae. Donatus.

22. HANC OPERAM TIBI DICO.] Auſcultandi ſcilicet. Plus eſt DICO, quam *do. Dicatur* perpetuò: *Datur* ad tempus. Donatus. Sic Plaut. Bacchid. IV. 9. 72.

Ubi lubet, recita: aurium operam tibi dico.

Pſeud. I. 5. 146.

Pſ. *Sed te volo*
Domi uſque adeſſe. Si. *Quin* tibi hanc operam dico.

Locutione a rebus ſacris deſumta, quae propriè *dicari* & *dedicari* dicuntur. Veſt.

23. SENIS NOSTRI, heri mei majoris; ſc. Demiphonis. MAJOREM, ſub. *natu.* * Mirum compendium narrationis. quaſi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic *Virgilius* (Aen. II. 81.),

Fando

Da. [25] Tamquam te. *Ge.* [26] Evenit, ſenibus ambobus ſimul 15
Iter, illi in [27] Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad [28] hoſpitem antiquum. is ſenem per [29] epiſtolas
[30] Pellexit, [31] modo non montes auri pollicens.
Da. [32] Cui tanta erat res, & ſupererat? *Ge.* [33] Deſinas:

Sic

Fando aliquid, ſi forte tuas pervenit ad aures,
Belidae nomen, Palamedis & inclyta fama. Donatus.

24. Deeſt *noſti.* Donat.

25. TAMQUAM TE.] Sic Plaut. Trin. IV. 2. 68. *Vide homo, aut hominem noveris.* Sy. Tamquam me. Vult igitur, ſe probe de facie noviſſe ſenis fratrem. de moribus & indole alia res eſt. Sic Heaut. I. 1. 53. Veſterhov.

26. Non, EVENIT ITER: ſed, EVENIT ITER UT ESSET. SIMUL, uno tempore. Donatus.

27. *Lemnus*, eſt inſula maris Aegaei. *Cilicia*, Aſiae minoris regio, Syriae proxima.

28. I. e. hominem, quocum ei vetus (longa) hoſpitii neceſſitudo interceſſit.

29. EPISTOLAS dicendo, oſtendit eum non ſemel ſcripſiſſe. Donatus.

30. PELLEXIT, induxit. Sic *Virgilius* (Aen. II. 90.), *pellacis Ulyſſei.* Donatus. Blanditiis evocavit. Minell.

31. MODO NON MONTES AURI &c.] Expreſſit Graecum, μόνον ȣ, μονονȣχί. Tantum non, ferme, propemodum. De ipſo Adagio vide Eraſmi Chiliadas & Parei Lexic. Plaut. v. *Montes.* Veſterhov. Proverbialis ὑπερβολὴ facta per exceptionem, aut per ſuperlationem, aut aequam collationem. Ejusmodi eſt illud Demoſthenis; μόνον ȣχὶ φωνὴν ἀφιείς. *Salluſtius,* (Catil. 23.) *Maria montesque polliceri coepit.* MODO NON MONTES &c.] More veterum: quia hoſpites hoſpitibus multa donabant. Donatus.

32. *Dominone tuo,* inquit, *pollicebatur haec, cui tanta res*

Sic eſt ingenium. *Da.* [34] Oh! regem me eſſe oportuit.

Ge.

res erat? CUI TANTA &c.] Deeſt, *eum:* ut ſit, *Eum pellexit, cui tanta res erat?* Donatus. quem vulgo ſequuntur Interpretes, & id quidem recte, ut videtur. Veſterhovius diſſentit, & haec ſic interpretatur, quaſi Davus de *auri montibus* ſermonem fieri audiens, & adagii illius ignarus, quis ille ſit hoſpes antiquus, cui tanta res ſit, & ſuperſit, ad montes auri pollicendos, ſcire deſideret. Sic plane eſſe illud Eun. II. 3. 61.

Quis eſt is tam potens, cum tanto munere hoc?

Getam autem reſponſo ſuo hoc velle; *Define percontari; ſic meum eſt ingenium; ſic ſoleo de rebus magnis loqui.*

33. DESINAS, ſub. mirari. SIC EST INGENIUM, ſub. *hominis*, ſc. Demiphonis. Fabrini, citante Veſterhovio, generatim dictum capit, ſubaudiens *Hominum*; & hoc recte, nam avaritia cum opibus ſolet creſcere. *Si Demiphonem intellexiſſet, τὸ Hominis addidiſſet:* ait Veſterhovius. quaſi vero hoc non poſſit ſubaudiri? * DESINAS, SIC EST INGENIUM.] Neceſſaria eſt ad Fabulae ἐπίτασιν avaritia Demiphonis: ut majore periculo, illo abſente duxerit filius indotatam. nam mox dicturus eſt, *Illene indotatam virginem, atque ignobilem daret illi?* Donatus. SIC EST INGENIUM.] Recte. non enim, inqnit, fortuna avarus eſt, ſed natura. SIC EST INGENIUM.] Omnium? an domini? ſed magis domini. *Idem.*

34. OH! REGEM ME ESSE OPORTUIT.] Oſtendit pauperum affectiones, qui ſe ſolos uti divitiis ſcire ajunt, ſi eas habeant. OH ME REGEM &c.] Acue *me*. Donatus. *Oh!* Interjectio bene de ſe ſentientis. *Minellius.* Homines opulentos *Reges* dixerunt. Plaut. Capt. IV. 2. 45.

Non ego nunc paraſitus ſum, ſed regum rex regalior.

Poen. I. 2. 60.

Propudium, quaſi bella ſit, quaſi eampſe reges ductitent. Veſterhov.

Rex

Ge. Abeuntes ambo [35] hic tum senes, me filiis
Relinquunt [36] quasi magistrum, *Da.* [37] O Geta! provinciam
Cepisti

Rex saepius hac notione occurrit apud Horatium. Id autem dicit Davus. Merueram divitiis abundare, nam iis contentus viverem, neque incerti lucri causa, ut hic Demipho, periculo certo, puta navigationis, me objicerem.

35. HINC & HIC legitur. Et est ordo, *Hic relinquunt filiis.* Donatus.

36. Bene QUASI: qui non complevit hoc ipsum, nec vult esse. MAGISTRUM.] Sic Latini: quem Graeci παιδαγωγὸν appellant. Donatus. Quasi monitorem atque custodem. Eugraphius. Vide Adelph. V. 9. 5. Vesterhov. Vitae gubernatorem. Minell.

37. O GETA! PROVINCIAM CEPISTI DURAM.] Acquisitae bello longè ab Italia regiones, *Provinciae* dictae sunt, a *porro*, vel *procul*, & *vincendo*. ad quas quia Praetores cum officio mittebantur, Officia quoque *Provinciae* nominantur. O GETA! Provinciam.] Splendidè PROVINCIAM dixit. Donatus. Est *Provincia* primum munus ipsum summi Ducis in bello, dictum boni ominis causa a *porro vincendo*; dein notat regionem in qua bellum geritur, vel res administrantur. Unde passim Coss. *sortiri provinciam* dicuntur apud Livium. Porro notat regionem jam devictam & in provinciae formam redactam. Demum pro quovis munere sumitur. Magnificè vero munus curandorum filiorum PROVINCIAM vocat. Sic Plautus, ad aquae vel vini in convivio fundendi munus transtulit. Stich. V. 4. 16.

Vide, utram tibi libet etiamnum capere, cape provinciam.

Pseud. I. 2. 15. leno ad servos:

Atque heri ante dixeram omnibus, dederamque eas provincias.

Vide ad Heaut. II. 4. 22. & III. 2. 5. Vesterh.

Cepisti duram. *Ge.* [38] Mihi usus venit, hoc scio.
[39] Memini relinqui me, [40] Deo irato meo.

Coepi

38. Re ipsa expertus sum, sc. *duram esse provinciam.* * MSS. Bodl. & Mark. cum edit. anni 1469. USU. Eugraphius distinguit: MIHI USUS VENIT HOC: SCIO. Quod laudat Guyetus in ἀνεκδότοις. Vest.

39. Sic dixit, MEMINI RELINQUI, ut in Andria (vide ad And. II. 5. 18. Vest.) *Memini me videre.* Et, *Memini me fieri pavum, Ennius.* (Locus autem est in Annal. I. Vest.) Don.

40. RELINQUI ME, DEO IRATO MEO.] Sic *Virgilius* (Aen. XII. 539.),

nec Di texere Cupencum, Aenea veniente, sui.

Hoc Asper. Sed mihi videtur ad hoc addidisse MEO, ne esset ἀμφίβολον, cui diceret, IRATO DEO. *Naevius* in Stalagmo, *Deo meo propitio, meus homo est.* DEO IRATO MEO.] *Domino* dixit, an verè DEO? Donatus. *Irato Deo meo*, vel domino, vel genio: vel certè Deo. Noster enim Deus est, qui favet nobis: qui si iratus fuerit, adversa omnia patimur. Ut Virgil. (Aen. II. 396.)

Vadimus immixti Danais, haud numine nostro. Eugraphius.

Sunt Libri, in quibus distingvitur post ME, quando DEO IRATO MEO fuerint ablativi. Praestat vero continuè legere ut narret servus cui relictus sit. Herilem autem filium vocat *Deum* suum, ideo iratum quod jussus esset a patre obtemperare servo Getae. *Deorum* enim nomine venire solebant, qui summis beneficiis bearent alterum, vel qui alterius potirentur. (*Prior notio in vulgus nota est: posteriorem non probavit Vesterhovius, exemplis adductis, quae adeo huc transscribenda non putavi.*) An DEO IRATO MEO separatim inferendum, pro infeliciter? Sic Plaut. Poen. II. vers. 4.

Nam ego hodie infelix, Dis meis iratissumis,
Sex immolavi agnos.

Unde & *Diis iratis* nati infelices dicebantur. Phaed. IV. 19. 15.

Diis est iratis *natus qui est similis sibi.* Vesterhov.

His

Coepi advorsari,[41] primo. Quid verbis opus est?
[42] Seni fidelis dum sum, [43] scapulas perdidi.
Da. [44] Venere in mentem mihi isthaec: nam [45] quae inscitia est,

[46] Ad-

Hic sensus omnino est retinendus, usque dum probetur, *Deum* rectè dici latinè, pro, *dominum*, vel *herum*: & probetur sanè, tamen haec verba multum de vi sua & elegantia, me judice, perdiderint, si priori sensu acceperis. Nec satisfacit Paraphrastes Delph. ita exponens; *a pœnio irato me derelictum fuisse in memoria habeo.* RELINQUI enim hic sumitur eadem notione, quâ modò ante. Hoc dicit Geta; *Reminiscor adhuc, relictum me esse magistrum filiis, ad summum meum malum, quale solet evenire ei, cui Deus iratus est.*

41. Sub. lubidini adolescentum QUID VERBIS &c.] Quid multa dicam? Hoc repente, & satis moraliter infertur, inquit Donat.

42. Opportunè SENI dixit, ut ostendat quam stultum sit, seni adversus juvenes fidelem esse. *Fidus* est amicus: FIDELIS est servus. Bene retulit PERDIDI πρὸς τὸ FIDELIS. Fidelis enim officium est servare aliquid. Donatus.

43. Id vult, Scapulas suas plagis ita contusas, ut sensum omnem amiserint, & tantum non pro perditis habendae sint. Plaut. Casin. V. 3. 14.

Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.

Martial. XIV. 18.

Alea parva nuces, & non damnosa videntur:
Saepe tamen pueris abstulit illa nates.

Tangit autem Geta ferociam adolescentum in paedagogos; quam graphicè depingit Plautus, Bacchid. III. 3. 36. Vesterhov.

44. *Venire in mentem*, non ad recordationem tantum dicitur: sed ad reputationem & intelligentiam. Donatus. Facile intelligebam ita tibi eventurum fuisse.

45. Quanta stultitia. Priscianus citat: NAMQUE INSCITIA EST. Ita & Mss. Graev. & Boend.

[46] Advorſum ſtimulum calces? *Ge.* Coepi [47] iis omnia
Facere, obſequi quae vellent. *Da.* [48] Sciſti uti foro.

Ge.

& Faërno Donatus ita legiſſe videtur. Quando interrogatio nulla erit. Eun. V. 9. 41. Veſterhov.

46. ADVORSUM STIMULUM CALCES?] Παροιμία cum ἐλλείψει: deeſt enim *jactare*. STIMULUM pro *domino adoleſcente* poſuit. Modo CALCES, non partes plantae, ſed percuſſiones pedum plagasque ſignificat. Aliter *Virgilius* (Aen. V. 324.),
calcemque terit jam calce Diores. Donatus.
Vetus verbum eſt Graecorum: πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν. πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖν. Meminit ipſe Servator, Act. Apoſt. IX. 5. Plaut. Truc. IV. 2. 55.
Nugae ſunt, ſi ſtimulos pugnis caedis, *manibus plus dolet.*
De nihilo illi eſt iraſci, quae te non flocci-facit.
Locutio a bubus arantibus aliisque jumentis deſumta, quae ſtimulis regebantur; contra quos ſi calcitrarent, gravius dolebat. Citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. Adde Eraſm. Adag. Veſterhov.

47. *Omnia facere eorum arbitrio; morem quem vellent gerere.* Paraphraſtes Delph. Minellius aliter legit, & diſtingvit: COEPI HIS OMNIA FACERE OBSEQUI, QUAE VELLENT. ɔ: inſtitui iis concedere, indulgere, ut facerent omnia quae vellent. Vereor ut recte dicatur, *Facere alicui omnia*, pro, ad nutum, voluntatem alicujus, ut exponit Paraphraſtes: ambigo etiam de locutione OBSEQUI ALIQUID, pro, in aliqua re: Sed forte hic ex mente Paraphraſtae ſubaudiendum eſt, *in his*, ut ſit, OBSEQUI *in his* QUAE VELLENT. Interpretes ceteri tacent.

48. SCISTI UTI FORO.] Secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii, non praeſcribunt quanti vendant, quae ad-

Ge. [49] Noster mali nihil quidquam primo. [50] hic Phaedria 30
[51] Continuo quamdam nactus est puellulam,
Citharistriam: hunc amare coepit [52] perditè.
[53] Ea serviebat lenoni impurissimo:
[54] Neque quod daretur quidquam, id curarant patres.

advehunt: sed secundum annonam fori quam deprehenderint, consilium de vendendis & non vendendis mercibus sumunt. SCISTI UTI FORO.] *Forum* pro tribus intelligitur: loco, tempore, & persona. *Scisti*, inquit, *his uti*. Et est vulgare proverbium. Sensus hic est, *Scisti*, inquit, *quid facere te oporteret*. Donatus. Cato, Praefat. Distich. *Foro parc.* ita restituit Illustriss. Jos. Scaliger, vulgo *Foro para*, *Foro te para*. Parent autem *foro*, ex mente Scaligeri, trapezitae & negotiatores, legem fori, non suam sequentes. Unde qui sub his legibus rem faciunt, FORO UTI dicuntur. Affinia sunt, *Servire temporibus. Parere tempori, Servire scenae.* Vesterhov.

49. NOSTER πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phaedriae: qui non noster est. NIHIL QUIDQUAM.] Quartum παρέλκον. Ut in Hecyra: *Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit.* Donatus. MALI, illiciti. sub. *fecit.*

50. HIC, quem nosti. vel cum stomacho dictum est, in eum, qui harum turbarum fuit initium.

51. Bene CONTINUO: quasi vix exspectaverit profectionem patris. Donatus.

52. PERDITE, Supra modum & rationem, ut homo perditus, cui nihil pensi quid agat, modo voti fiat compos. *Minell.* Utramque lectionem, PERDITUS & PERDITE, agnoscit Donatus.

53. EA SERVIEBAT LENONI IMPURISSIMO.] Magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: *Puellula citharistria*, *Avarus leno*, *Amator perditus*, *Inopia*. Donatus. IMPURISSIMO, vel cum Donato, avarissimo, sordidissimo. vel turpissimo, improbissimo.

Restabat aliud nihil, [55] nisi oculos pascere, 55
[56] Sectari, [57] in ludum ducere, & [58] reducere.

Nos

54. Hoc est, eam inopiam in domo reliquerat (reliquerant patres adolescentum), ut quod dari posset lenoni, non haberetur. curaverant ergo quadam diligentia, ac fecerant ne pecunia filiis relinqueretur in domo. *Eugraphius.*

55. NISI OCULOS PASCERE.] Hoc enim solum erat quod leno non venderet. Donatus. Idem *oculis epulas dare* dixit Plautus Poen. V. 4. 2. Lucret. II. 419.

oculos *qui* pascere *possunt.*

De coloribus. Virg. Aen. I. 468.

animum *pictura* pascit *inani.*

Cic. Philipp. XI. 3. *Atque in ejus corpore lacerando atque vexando, cum* animum satiare *non posset*, oculos paverat *suos.*

Martial. IX. 60. 3.

Inspexit molles pueros, oculisque comedit.

Idem I. 97. 12. *Oculis devorantibus* dixit

Et IV. 77. 3.

Auro, non dapibus, oneratur mensa: ministri Apponunt oculis plurima, pauca gulae.

Tunc ego: non oculos, *sed* ventrem pascere *veni:*

* *Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.*

Videtur igitur locutio a coena & convivio desumta, splendido quidem, sed pauci cibi. Sic & Graeci βόσκειν & ἑστιᾶν pro *delectare* usurpant. Adde Cic. in Verr. V. 26. Suet. Vitell. 14. Justin. XXI. 5. Vesterhov. OCULOS PASCERE, i. e. oblectare visu puellae.

56. SECTARI.] Bene cavillatus est & joculariter in adolescentem, cui aetas ad sectandos Philosophos apta erat. Hinc etiam Philosophorum sectae. Sed SECTARI proprie est, ut taurus buculam, ut aries ovem. Donatus. SECTARI.] In obscoenis amoribus passim est. Plaut. Cas. II. 8. 25.

Solet hic barbatos sane sectari *senes*

Mil. II. 1. 13.

Ait, sese ultro omnes mulieres sectarier.

Vi-

[57] Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.
In quo [60] haec discebat ludo, ex advorsum ei loco

 Ton-

Videtur a venatione translatum. Virg. Ecl. III. 75.

Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo?

Unde Plautus Mil. IV. 1. 43.

Viden' tu illam oculis venaturam facere, & aucupium auribus?

Phaed. IV. 4. 4.

Unam formosam, & oculis venantem *viros.*

Donati sententiae favet locus Plauti, Mil. IV. 3. 18.

tu quidem
Ad equas fuisti scitus admissarius
Qui consectare *qua mares, qua feminas.* Vesterhov.

57. IN LUDUM.] Sub. κιθαριστικόν. Sic Plaut. Rud. Prol. 43. adolescens virginem videt ire e ludo fidicino domum. ubi vide Dacieriam. Exercitia autem illorum ludorum erant psallere & commodè saltare. Vide Nep. in Praefat. Propriè *Ludus* appellabatur Schola gladiatorum. Hincfactum, ut scholae literarum etiam *Ludi* dicerentur. Sic *Ludus Literarius*, Tac. Annal. III. 66. Vide porro Sanctii Minerv. & ibi Perizon. p. 830 Vesterhov.

58. REDUCERE.] Σύλληψις, *a ludo* enim subauditur. Donatus.

59. NOS OTIOSI OPERAM DABAMUS PHAEDRIAE.] Videtur ὀξυμώρου species. Intelliguntur autem Geta & Antipho. Vesterhov. *Per otium Phaedriae obsequebamur.* Paraphrastes Delph. ex parte fultus auctoritate Donati. Tranquillo animo adjuvabamus hac in re Phaedriam. Minell. Quomodo autem adjuvabant? Malim, aliis rebus relictis Phaedriae aderamus, eum comitabamur.

60. HAEC, puella. * EX ADVORSUM EI LOCO.] Παρέλκον quartum. Donatus. Laudat Gellius VII. 7. EXADVERSUM LOCO. Sed Lucil. Lib. XXVIII.

Primum exadverso *si quod est coenaculum, quo recipiat te.*

Mss. Graev. Boend. &c. EX ADVORSO. Pareus edidit,

[61] Tonstrina erat quaedam. hic solebamus [62] fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum. 40
Interea [63] dum sedemus [64] illic, [65] intervenit

Adolescens

dit, EX ADVORSO ILICO. Vesterhov. Donatus quoque agnoscit lectionem *In ..*, i. e. rectâ statim. EX ADVORSUM, contra, e regione. *Ex adverso* magis familiare est scriptoribus prosaicis.

61. TONSTRINA ERAT QUAEDAM.] Apta sedes otiosis. Παρέλκον tertium QUAEDAM. Donatus. TONSTRINA]. Πωγωνοκουρεῖα. Meminit Plautus, Amph. IV. 1. 5. & Epid. II. 2. 14. Apul. Metam. III. *Hunc juvenem, cum e balneis rediret ipse, tonstrinae residentem forte conspexit.* Theophrastus conventus hosce ἄοινα συμπόσια (*abstemia convivia*) dixit. Vesterhov.

62. Παρέλκον tertium, FERE PLERUMQUE. Donatus.

63. DUM SEDEMUS.] Proprie SEDEMUS, ut in tonstrina. Donatus. Moramur & manemus Cithariftriam. Vide ad Adelph. IV. 5. 38. Vesterh.

64. Praeter Donatum etiam Codex Bemb. ILLI (eodem sensu) Sed & ita Gambarellus, Pulmannus & Aldus ediderunt. Vox Plauto familiaris. Vesterh.

65. INTERVENIT, repente supervenit. * INTERVENIT ADOLESCENS &c.] *Apollodorus* tonsorem ipsum nuntium facit, qui dicat se nuper puellae * * comam ob luctum abstulisse: quod scio mutasse *Terentium*, ne externis moribus spectatorem Romanum offenderet. Donatus. * * Bene de hoc ritu Theodoretus Quaest. in Deuteron. c. 18. Τινὲς μὲν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν, τὰς τῆς κεφαλῆς ἀπεκείροντο τρίχας, καὶ ταύτας προσέφερον τοῖς νεκροῖς. τινὲς δὲ τὰς τῶν γενείων, ἄλλοι τὰς τῶν ὀφρύων, ταῦτα γίνεσθαι ὁ θεῖος ἀπηγόρευσε νόμος. Artemidor. Lib. I. cap. 27. Ἔθος

Adolescens quidam lacrumans. [66] nos mirarier:
Rogamus, [67] quid sit? numquam aeque, inquit, ac modò,
[68] Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & grave.
Modò [69] quamdam vidi virginem hic viciniae 45
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.

 [70] Ea

Ἔθος γὰρ παλαιὸν, ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλῶσαι. Ex hac mente quoque dixit Ovid. Metamorph. III. 505.

planxere sorores
Naïades: & sectos fratri posuere capillos. Lindenbr.

66. NOS MIRARIER.] i. e. mirabamur. * Ut (Virgil. Aen. IV. 421.)
solam nam perfidus ille
Te colere.
NOS MIRARIER.] Recte: mirum enim in adolescentibus lacrumae, ut contra, (Virg. Georg. III. 67.)
tristisque senectus. Don.

67. *Quid lacrumet.* Donatus.

68. Statim fit mentio paupertatis, ut sit causa fallaciae Phormionis. Donatus. PAUPERTAS ONUS VISUM.] Poterat & dicere ONUS VISA: sed maluit participium construere cum nomine posteriori. Sallust. Catil. LV. 3. *Est* locus *in carcere*, quod *Tullianum appellatur*. Cic. pro Sextio 42. *Tum* domicilia *conjuncta*, quas *urbes appellamus*. Quinctil. Instit. V. 9. Popularitas *signum est* existimatum.
* PAUPERTAS MIHI ONUS &c.] Cato Distich. I. 41.
Paupertatis onus *patienter ferre memento.*
Cic. Senect. 5. *Ennius ita ferebat duo, quae maxima putantur* onera, paupertatem *& senectutem, ut eis penè delectari videretur.* Vesterh.

69. Bene QUAMDAM: ne ob familiaritatem laudare videretur. HIC VICINIAE, adverbium in loco est. Cujus ad locum, HUC VICINIAE. Et statim proximitas insinuatur, ut sit spes & causa videndi. Donatus. HIC VICINIAE, pro, hic in vicinia, vel, vicino. Vide And. I. 1. 43.

[70] Ea sita erat ex advorsum: [71] neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam [72] aniculam,
Quisquam aderat, [73] qui adjutaret funus. [74] miseritum 'st.
Virgo ipsa facie egregia. [75] quid verbis opu' 'st? 50
[76] Com-

70. SITA, pro *posita*. *Situs ius* cum adjectione in H. (Fragmentis) *cum praeterea portum insulae*. Et hoc ei reciprocum est. Donatus. Refert adhuc Geta verba lacrumantis adolescentis. Propriè autem *siti* dicuntur defuncti. Unde pro ipsis mortuis usurpatur. Plaut. Mil. II. 4. 19.

scio, crucem futuram mihi sepulcrum.
Ibi mei majores sunt siti; pater, avos, proavos, abavos.

Mss. Graev. Boend. & Lips. cum edit. 1469. EX ADVORSO. Vesterhov. EA, mater mortua, seu corpus ejus. *Puella contra mortuam.* Paraphrastes Delph. quod eòdem redit: nisi quod SITA magis convenit mortuae. * SITA EX ADVORSO, collocata pro more, in vestibulo domus, versis in portam pedibus. *Mer. Casaubonus.*

71. Αὔξησις fit: quia res minuitur, crescit sententia. Donatus. Descriptio hominis peregrini & pauperis. Ita Thais de sese, Eun. I. 2. 67.

sola sum: habeo hic neminem
Neque amicum, neque cognatum. Vesterhov.

72. Videtur haec fuisse nutrix virginis, in cujus tutela quasi fuerit ipsa virgo. Vesterhov.

73. Eam adjuvaret in curando funere. * Ipsum officium FUNUS dixit. Donatus. ADJUTARET FUNUS.] Sic Hec. III. 2. 24.

his onera adjuta.

Ms. Boend. QUI ADJUVARET CURARE FUNUS. Ita autem dixit FUNUS, uti And. I. 1. 81. Vesterhov.

74. Hoc est, *misertus sum ejus.* Donatus.

[76] Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho:
Voltisne [77] eamus visere? [78] alius: censeo.
Eamus. duc nos sodes. [79] Imus: venimus:
[80] Videmus. virgo pulchra! &, quo magis diceres,
Nihil [81] aderat adjumenti ad pulchritudinem. 55

Hh 5 [82] Ca-

75. Sic dicit *Terentius*, ubi ad effectum properat. Donatus. Dubium, an hoc ex sua persona, an ex adolescentis dicat Geta: mihi prius videtur.

76. Figura συγκοπὴ, pro *commoverat*. Donatus. sub. *ad commiserationem*. * Turpilius, Demetrio:
Vide mirum virginum, & delenificam mulierem: commorat hominem lacrumis. Vesterhov.

77. EAMUS VISERE.] Ut (Virg. Aen. I. 531.)
populare Penates
Venimus. Donatus.

78. ALIUS: CENSEO. EAMUS. DUC NOS SODES.] Haec omnia diversi dicunt. Et apparet tot esse homines, quot per μίμησιν ἀσύνδετα demonstrantur. Donatus. ALIUS, sub. *sodalium*, v. *praesentium*, *dixit*.

79. IMUS: VENIMUS: VIDEMUS: Ἀσύνδετον primum per βραχυλογίαν, μετ' ἐνεργείας. Don.

80. *Bene non dixit*, *Videmus virginem pulchram*, sed ὑπὸ τῆς καταπλήξεως, VIRGO PULCHRA! Illud enim frigidius, hoc concitatius. Et hoc magis demonstratur δράματι quam relatione. QUO MAGIS DICERES.] DICERES, * pro *crederes*. Ut *audacter dicam*. Saepe *Plautus*. Donatus. * Non tamen hic opus est ita accipere, nam commodè subaudiri potest, *pulchram esse*.

81. Propriè ADERAT. *Adest* enim id quod adjuvat. Donatus. Geminus huic locus est Heaut. II. 3. 45. Et est descriptio lugentium. Plaut. Mostell. I. 3. 116.
ecastor, mulier rectè olet, ubi nihil olet.
Et versu 134.
si pulcra est, nimis ornata est.

Ci-

[82] Capillus paſſus, nudus pes, [83] ipſa horrida:
Lacrumae, veſtitus turpis: ut, [84] ni vis boni

* In.

Cicero μετὰ φορικῶς de ſcriptis Attici, Att. II. 1. *Sed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant, &, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur.* Veſterhov. AD PULCHRITUDINEM, ſc. conciliandam, aut commendandam.

82. Singularem numerum poſuit, facetius, quam ſi pluraliter dixiſſet. Sic & alibi, *Capillus pexus, prolixus* &c. (immo *paſſus.* Vide Heaut. II. 3. 49.) *Virgilius* (Aen. V. 402.)

quibus acer Eryx in praelia ſuetus
Ferre manum.

PASSUS, temerè diſperſus. Ut magna pars, a Graeca oratione profluxit haec dictio. Donatus. PASSUS, effuſus in humeros. à *pando.*

83. IPSA HORRIDA. Quaſi extra ipſam ſit id quod dixit, CAPILLUS PASSUS, NUDUS PES. Tale eſt apud *Virgilium* (Georg. III. 387.)

Illum autem, quamvis aries ſit candidus ipſe,
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato,
Rejice

Et alibi de arbore (Georg. II. 296.)

Tum fortes late ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipſa *ingentem ſuſtinet umbram.*

Et, (Aen. III. 618.)

domus ſanie, dapibusque cruentis
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, *altaque pulſat*
Sidera.

IPSA HORRIDA & LACRUMAE ad luctum pertinent. NUDUS PES & VESTITUS TURPIS ad pauperiem. Donatus. CAPILLUS PASSUS, NUDUS PES, IPSA HORRIDA, — VESTITUS TURPIS.] Haec omnia ſummi luctus indicia. Papin. Stat. Theb. IX. 572.

Crine dato paſſim, plantisque ex more ſolutis.

Omnia autem inculta atque incomta *horrida* & *horridula* dixere. Propriè aſpera & hiſpida, ut dumeta & ſenticeta. Veſterhov. VESTITUS TURPIS, foedus, ſqualidus.

* In ipsa inesset forma, haec formam extinguerent. Ille, qui [85] illam amabat fidicinam, [86] tantummodo

[87] Satis,

84. NI VIS BONI &c.] Intelligit δύναμιν τοῦ καλοῦ (*virtutem pulchritudinis*) Lucret. IV. 1165.

Sed tamen esto jam quantovis oris honore,
Quoi Veneris membris vis omnibus exoriatur.

Propert. 1. 2. init.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veste movere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in propriis *membra nitere* bonis?
Crede mihi non ulla tuae medicina figurae est.
Nudus amor formae non amat artificem. Vest.

VIS BONI, exsuperantia pulchritudinis. *Mer. Casaubonus.*

* IN IPSA INESSET FORMA.] Veteres ignem & calorem quemdam, quasi fervorem, dixerunt *Formam.* (Videtur legendum *Fornum.* Non. Marcellus: Fornum & Fornaces *dicuntur à* Forno, *quod est calido.* Vest.) & ideo *Fornaces, forcipes, formam* & *formosos*: ex quibus ignis amoris exoritur. Laudandus est ergo *Terentius* proprietate servata; qui quum *formam* praetulisset, subjecit EXTINGUERENT. Ideo & *Virgilius* sic ait (Ecl. III. 66.)

At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

IN IPSA INESSET FORMA, HAEC FORMAM &c.] Figura πλοκή. aliud enim supra (nempe *faciem*), aliud infra (sc. *pulchritudinem*); FORMA repetita significat. IN IPSA INESSET &c.] Geminavit praepositionem, ut alibi, In *amore haec omnia* insunt *vitia.* Benè EXTINGUERENT: quia ab igne & calore *forma* dicta est. Donatus.

85. Bene ILLAM: quia jam supra insinuavit personam Citharistriae. FIDICINAM.] Supra, Citharistriam, ergo indifferenter. Donatus.

[87] Satis, inquit, ſcita 'ſt. noſter vero. *Da* Jam ſcio : 60

Amare coepit. *Ge.* Scin' [88] quam? quò evadat, vide.

[89] Proſtridie ad anum recta pergit. obſecrat,

[90] Sibi ut ejus faciat copiam. [91] illa enim ſe negat:

Neque [92] eum aequum ait facere. [93] illam civem eſſe Atticam,

[94] Bonam,

86. Senſus eſt, Laudavit tantummodo, non etiam captus (Veſterhov. conjicit, *raptus*) eſt in amorem. Donatus.

87. SATIS — *ſcita.*] Magna laus formae: amanti aliam placuiſſe. SCITA, bella. ut in Andria (III. 2. 6. ubi tamen paullo aliter legitur.) Scitus *puer eſt natus è Pamphilo.* NOSTER. VERO.] Ἀποσιώπησις tertia: quae ſuccurrit, quoties verba rebus minora ſunt. Donatus. SATIS SCITA 'ST] Nec magnopere ejus formam laudat, neque adeo contemnit. quod & *ſic ſatis* dicunt. Veſterhov. NOSTER, ɔ: filius herilis, Antipho.

88. QUAM, quantum. * EVADAT, perveniat. Nam *evadere* eſt pervenire. Donatus. Vide ad And. I. 2. 5. Veſt. EVADAT, ſub. *res*, aut *amor Antiphonis.*

89. Mſ. Graev. POSTERI DIE. Eadem ratione *die craſtini* dicitur. Veſterhov. RECTA, quia non per nuntium. Donátus.

90. I. e. tradat ſibi virginem in nuptias innuptas: quod ex ſequentibus patet.

91. Mſ. Schalbr. ILLA ENIM EAM SE NEGAT. Emphaſis eſt in ENIM, quod & *Vero*, & *Enimvero* eodem ſenſu. Veſterhov. *Copiam facturam* ſubauditur. Donatus.

92. Non quod amet, ſed quod hoc petat. Donatus.

93. ILLAM cum ἐμφάσει dixit: quaſi dicat, quam ſic contemnat. Donatus. CIVEM — ATTICAM.] Propriè. Hominem enim *Athenienſem* etiam, mulierem tantum *Atticam* dixerunt.

[94] Bonam, bonis prognatam. [95] si uxorem velit, 65
[96] Lege id licere facere: sin aliter, negat.
Noster, quid ageret, nescire: & eam ducere [97]
Cupiebat, & metuebat, absentem patrem.
Da [98] Non, si redisset, ei pater veniam daret?
Ge. [99] Illene indotatam virginem atque ignobilem 70
[100] Daret

runt. Turneb. Adverf.XIX. 14. *Vesterhov.*

94. Et ipsam ingenuam, & bonis parentibus natam. *Eugraphius.* BONAM, non vilem. *Donatus.* Duplex commendatio, a parentibus, & ipsius virginis ingenio. Horat. Carm. III. 24. 21. *Dos est magna parentium Virtus.* Vesterhov.

95. Recte subjunxit, SI UXOREM VELIT: postquam ea in virgine praetulit, quae solent ornare nuptias. Donatus.

96. SI UXOREM VELIT, LEGE ID LICERE &c. De distinctione dubitat Donatus. Cl. V. P. Burmannus ad Calpurn. Flacc. Declam. XXIII. distingvit, SI UXOREM VELIT LEGE, &c. h. e. legitime. Vesterhov. Et pudice anus, & tamen illecebrose, LICERE FACERE dixit, quod ille imprudentius petit, ut sibi ejus faciat copiam. *Donatus.* NEGAT, sub. *licere facere*, aut, *se facturam.*

97. DUCERE, Sub. *uxorem.* * METUEBAT propriè dixit. *Metuimus* enim eos qui nos amant: *Timemus* etiam inimicos. Donatus.

98. NON, SI REDISSET PATER. EI VENIAM &c.?] Bene interrogat Davus. hoc enim sperari si posset, non opus erat fraudibus Phormionis. SI, pro *postquam.* *Virgilius* (Aen. V. 64.),

Praeterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit. Donatus. Editio anni 1469. *Num,* SI. Libri quidam cum Donato, NON, SI REDISSET PATER, EI VENIAM &c.? *Vesterhov.* VENIAM DARET, ei parceret hanc culpam. i. e. *ignosceret.* Paraphrastes Delph. Malim, permitteret se. *eam habere uxorem.*

[100] Daret illi? numquam faceret. *Da.* Quid fit denique?
Ge. Quid fiat [101]? est parasitus quidam [103] Phormio,
[104] Homo confidens: [105] qui, illum Dì omnes perduint!

Da.

99. ILLENE INDOTATAM VIRGINEM.] Ἐμφατικῶς ILLE, de quo dixerat, DESINAS: SIC EST INGENIUM: & qui propter spem lucri navigarat senex. Insinuandum igitur fuit. hic enim erit omne periculum Fabulae. Et ordine *Terentius* prius insinuavit personam senis, ut graviora fierent quae dirimebant nuptias. INDOTATAM VIRGINEM, ATQUE IGNOBILEM.] Duo dixit, & INDOTATAM, & IGNOBILEM. Haec enim duo principaliter petuntur, cum sint quatuor quae in sponsis quaeruntur: *forma*, *probitas*, *dos*, *nobilitas*, — VIRGINEM.] Simpliciter accipimus, VIRGINEM? An subaudimus, *Quamvis*: ut sit, *Quamvis virginem?* Donat.

100. Bono affectu dixit, DARET ILLI? Filius enim familiae, non tam ducit uxorem, quam a patre accipit: quippe cum patri committatur potius puella in ejusmodi conditionibus, quam marito. — Mirè DARET: ut ostenderet nihil esse potestatis in filio. Nota NUMQUAM pro *non*, in majorem negationis significationem poni semper. *Donatus*. Plaut. Asin. III. 3. 40.
Qui hodie numquam ad vesperum vivam. Vesterhov.

102. Deest, *Rogitas!* & est ἀποσιώπησις quarta. Donatus.

103. PHORMIO, non a formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos *Eronem* dicimus trivialiter, & pro consuetudine. *Donatus*.

104. HOMO comicè additum: nam quis ignoret parasitum hominem esse. CONFIDENS.] Hic CONFIDENS, pro improbo, audaci ac temerario posuit. Ut, *O ingentem confidentiam!* Donatus. Lucil. apud Non. v. *Confidentia*

Im-

Da. [106] Quid is fecit? *Ge.* Hoc consilium, quod dicam, dedit.

[107] Lex est, ut orbae, qui sunt genere proximi, 75

Eis

Improbu', confidens, *malus & nequam videtur.* Vest.

105. QUI, ILLUM.] QUI, *utinam* est. ut *Lucilius* in secundo, Qui *te Momentane malem jam caetera* perdat. Aut, QUI HOC CONSILIUM — DEDIT. QUI aut expletivum est, aut pronomen: quo incipiens Phormionem describere, cohorruit consideratione ejus, & in hanc vocem, quasi confusus erupit. hoc autem (Sc. *Illum Di omnes perduint!*] certum genus est παρενθέσεως. Donat. QUI, ILLUM DI OMNES PERDUINT!] Cic. pro Dejot. 7. *Di te perduint, fugitive.* Est vero idiotismus quo per iram quasi abrumpitur oratio imprecatione. Expressit praeclare Cic. Att. IV. 7. *De Apollonio quid scribis, qui illi Dii irati, homini Graeco, qui conturbare quidem putat sibi licere.* Ubi quin prius *qui* valeat, *utinam*, more Comicorum, dubium nullum est. Aliter se res habet in loco Getae, qui prae manibus est. — Dicturus enim erat continuè, QUI, HOC CONSILIUM, QUOD DICAM, DEDIT, nisi injecisset Davus, *Quid is fecit?* ut adeo illa, ILLUM DI OMNES PERDUINT, imprecandi formulam tantum contineant. Vesterhov.

106. QUID IS FECIT? Correxit interrogatione errantem ut rediret ad nominativum casum QUI, unde aberraverat, & ILLUM dixerat. Donatus. Immo sensus est, *Quid mali fecit? cui adeo maledicas?*

107. LEX, ut in Palliata, recte ponitur: nam Graecorum fuit. LEX EST.] Alia narratio interponitur. Et dicitur παρεξήγησις. UT ORBAE &c.] *Orba proximo nubat, Orbam proximus ducat,* Atticum jus est. Et ordo, *Lex est, ut orbae eis nubant, qui sint proximi.* Donatus. LEX EST.] *Ita sc. fari incipit Phormio;* ex quorumdam sententia. ORBAE, sc. parentibus. * Vide ad Adelph.

Eis nubant: * & illos ducere eadem haec lex jubet.
[108] Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
[109] Paternum amicum me adsimulabo virginis:
Ad judices veniemus: [110] qui fuerit pater,
Quae mater; qui cognata sit tibi; [111] omnia haec 80
Con-

delph. IV. 5. 18. & Meurs. Solone, cap. 16. Vesterh.

* ET ILLOS DUCERE &c.] Non duas res jubet haec una lex, sed puellis permittit nubere: cognatos cogit ducere. Donatus. *Puellis permittit* &c.] Vide de hac constructione ad And. III. 5. 18. Vesterhov.

108. EGO TE COGNATUM DICAM, ET TIBI SCRIBAM DICAM.] Ἀποστροφὴ & ἠθοποιΐα. Haec narratio est, quam dicit *Tullius* constitutam: Et ipse, *Tibi uni parcam*, inquit in Verrinis. repente enim transitur ad verba personarum, ab earum descriptione: sed hoc ipsum ad commovendos auditores valet plurimum. ET TIBI SCRIBAM DICAM.] *Cicero* (Verr. II. 15.) *Scribitur Heraclio dica.* DICAM supra, verbum: infra nomen est totidem literis, diverso accentu. Donatus. TIBI SCRIBAM DICAM.] H. e. actionem, litem. In jus te vocabo. Est vero hinc μίμησις, usque ad verba Davi. Sic infra II. 2. 15. & II. 3. 92. & IV. 3. 63. Plaut. Aul. IV. 10. 30.

Jam quidem hercle te ad praetorem rapiam, & tibi scribam dicam.

Poen. III. 6. 5.

cras subscribam *homini* dicam.

Locutio Graeca est. Unde & *Inscriptus* notat accusatum. Vide Barth. Advers. IV. 15. Vesterhov.

109. Hoc est, fingam me amicum fuisse patri virginis. *Poterat enim opponi*, Personam non habes, ut ait Donatus.

110. *Qui* hic pronomen est: infra, *quomodo* significat. Donatus.

111. OMNIA HAEC, non ex abundanti posuit: Sed oratoriè, quasi *tam multa*. Et est ἀρχαϊσμός.

nam

Confingam: [112] quod erit mihi bonum, atque commodum,
Quum tu horum nihil [113] refelles, vincam scilicet.
[114] Pater aderit. mihi paratae lites. quid mea?
[115] Illa quidem nostra erit. *Da.* [116] Jocularem audaciam!

Ge.

nam post enumerationem veteres hoc dicebant. *Sallustius* Jugurtha (cap. 85.) *Haec omnia praesidio adsunt.* Donatus

112. QUOD ERIT &c.] Tutò confingam. QUOD ERIT MIHI BONUM, ATQUE COMMODUM.] Εὐφημία. *Quod mihi*, inquit, *faustum ac felix erit:* hoc est, confingere atque mentiri. QUOD ERIT MIHI BONUM &c.] Totum jocularitér parasitus: quippe qui CONFINGAM dicens, non solum non erubuerit de falsiloquio, sed quasi praeclari facinoris inceptionem etiam auspicatus sit, omenque susceperit, dicendo, *Quod erit mihi bonum, atque commodum.* Sic enim veteres, *Quod faustum felixque sit*, dicebant, aliquid aggressuri. *Donatus.* Major vis Comica inest verbis parasiti; si ita cum Donato ea exposueris; Quam cum aliis & Vesterbovio, *Quatenus mihi erit bonum atque commodum* Caeteroquin sensus esse possit; *quod mihi erit commodum*, ɔ: facile, *quia non refelles; & bonum, quia vincam, & gratiam a te inibo.*

113. REFELLES, refutabis, redargues. Nam prorsus *Refellere*, est redarguere falsitatem. *Donatus.* QUUM TU HORUM NIHIL REFELLES.] Sic Cic. Tusc. Quaest. I. 1. *Erat facile vincere non repugnantes.* Et in jure confessi pro *judicatis* habentur. Vesterhov.

114. PATER ADERIT: MIHI PARATAE LITES. QUID MEA?] Mirè ὁ συκοφάντης, quod maxime alter metueret, hoc pro ridicula re contemsit. Donatus. QUID MEA? sc. *attinet.* id vult, lites a patre tuo mihi intendendas nihil moror, nihili aestimo.

115. ILLA, virgo. * Ἠθικῶς NOSTRA, quum

Ge. [117] Perſuaſit homini: factum eſt: [118] ventum eſt: vincimur: 85
Duxit. *Da.* [119] Quid narras! *Ge.* Hoc, quod audis. *Da.* [120] O Geta,
Quid te futurum eſt! *Ge.* [121] Neſcio hercle. unum hoc ſcio:

[122] Quod

Antiphonis tantum eſſe debeat. Donatus.

116. Εἰρωνεία καὶ ἀντίφρασιν: hoc eſt, *minime jocularem.* Deeſt; *Audio ex te*, aut *Diris.* Donatus. Quae joco & fabulae ſimilior videtur, quam rei geſtae & verae. *Minell.* Riſu dignam. Paraphraſtes Delph. Veſterhovius citat And. IV. 4. 43.

117. PERSUASIT HOMINI.] Codd. quidam ſcripti & impreſſi, PERSUASUM EST HOMINI. Veſterhov. FACTUM EST.] Sc. a Phormione, quod dixerat, nempe utadſimularet ſe neceſſarſum virginis, & Antiphoni utcognato dicam denegati conjugii ſcriberet. * FACTUM EST: VENTUM EST. VINCIMUR. DUXIT.] Ἀσύνδετον. Quod amat *Terentius* ut, *it*, *lavit*, *redit.* Et, *Imus*, *venimus*, *vidimus.* Et, *Funus interim procedit: ſequimur: ad ſepulchrum venimus: in ignem poſita eſt: fletur.* — His (*in his.*) non modo brevis & comis narratio eſt: ſed etiam auditoris animum, ad id quod reſtat, intendit. Donatus.

118. Sub. *in judicium.* VINCIMUR.] Victus in judicio eſt Antipho, non paraſitus. at hoc ſic ait ut ſupra, *Illa quidem noſtra erit.* Nota *Vinci;* & prius *Vincere*, pro, *cadere lite; obtinere litem.* Controverſiae forenſes ſunt bellum quoddam togatum.

119. QUID NARRAS! Admirantis vox eſt, non interrogantis. Donatus.

120. O GETA, QUID TE FUTURUM EST!] Sic pronuntia, quaſi periturum contempleris Getam, & jam eum in certo interitu defleas. O GETA, QUID &c.] Scilicet qui magiſter relictus ſis Antiphoni. Donatus.

[122] Quod fors feret, feremus aequo animo. *Da.* Placet [123]:
[124] Hem! istuc viri officium 'st. *Ge.* [125] In me omnis spes mihi est.
Da. Laudo. *Ge.* [126] Ad precatorem adeam, credo, qui [127] mihi 90

Ii 2 Sic

121. NESCIO HERCLE. UNUM HOC SCIO: QUOD FORS FERET, FEREMUS &c.] H'θικῶς desperatione rerum, fortis est servus. Et simul vigilavit Poëta, ne si & hic ejularet, res tota migraret in tragoediam. Donatus.

122. P. Syrus mimus: 237.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Virg. Aen. V. 710.
Quicquid erit: superanda omnis fortuna ferendo est.
Cic. Off. I. 12. ex persona Pyrrhi:
Vosne velit, an me regnare, hera quidve ferat fors
Virtute experiamur.
Idem Att. VII. 14. *Sed haec, ut* fors tulerit. Vesterhov. Hae graves sententiae, ex persona servorum quum dicuntur, ridiculae sunt, & eo consilio interponuntur. — Mirè meritum culpae suae ad fortunam retulit. Donatus. FERET, afferet. FERET, FEREMUS, Paronomasia.

123. Sub. *mihi hoc responsum*, aut, *propositum tuum.*

124. HEM! ISTUC VIRI OFFICIUM 'ST.] Compendium consolationis est, quod hic libenter accepit: & ideo statim approbat. Donatus. HEM! Hic est applaudentis, aut, hortantis.

125. IN ME OMNIS SPES EST MIHI.] Quo modo? an ut strenue se defendat? an ut fugiat? an ut patiens sit plagarum? *Donatus.* Sic Eun. II. 2. 9. Sallust. Jug. 85. *Mihi spes omnes in memet sitae.* Vesterhov.

126. Heaut. V. 2. 23. Plaut. Asin. II. 4. 8.
Siquidem hercle nunc summum Jovem te dicas detinuisse,
Atque is precator *assiet, malam rem effugies numquam.*
Pseud.

Sic oret: [128] nunc amitte, quaeso, hunc. caeterum
[129] Posthac, si quidquam, nihil precor. [130] tantummodo

Non

Pseud. II. 2. 12.

. precator *& patronus foribus processi foras.*

ADEAM.] MSS. Graev & Bodl. cum edit. 1469. ABEAM. CREDO.] Jocatur Geta, & εἰρωνικῶς hoc interserit. Vesterhov.

127. MIHI, id est, *pro me.* Donatus. Ita MIHI ORET dixit, uti Suetonius Tib. 11. *Tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus literis.* Vesterhov. Hic locus parum probat. MIHI est, *in meum bonum, meam gratiam.*

128. NUNC AMITTE, QUAESO, HUNC.] Μίμησις dicitur, ubi non verba modo, verum etiam gestum vocemque fingimus alienam. (*uti Geta hic deprecatoris sui.*) Hoc quod nos dicimus *Dimitte*, Antiqui etiam dicebant AMITTE. *Virgilius* (Aen. II. 148.)

amissos hinc jam obliviscere Grajos.

Et *Sallustius* (in Fragmentis) *Pactione amisso Publio legato.* Donatus. AMITTE.] Plaut. Bacchid, III. 2. 11.

Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium. Vesterhov. Adde Plaut. Mostell. II. 2. 1.

Habeo, Neptune, magnam gratiam tibi,

Quum me amisisti vix a te vivum modo.

NUNC, hac saltem vice. HUNC, cum contemtu & fastidio dictum, ut appareat supinè orare precatorem.

129. POSTHAC SI QUIDQUAM, NIHIL PRECOR.] Facilè impetrat, qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria est, mitigare praesentia, futura permittere. SI QUIDQUAM.] Ut solet, eleganter per Ἔλλειψιν. Et simul, non si tantundem *peccaverit:* sed, si vel minimum. NIHIL PRECOR.] NIHIL, pro *non:* sed plena negatio, NIHIL. Donatus. Plura vide ad Eun. II. 13. & 14. Vesterhov.

130. I. e. *Dummodo:* quasi dicat, & sane praeclare fungeretur partibus precatoris, dummodo in illis subsisteret, neque hanc adderet

Non addat: [131] ubi ego hinc abiero, vel occidito.
Da. [132] Quid paedagogus ille, qui Citharistriam?
[133] Quid rei gerit. *Ge.* [134] Sic, tenuiter. *Da.*
[135] Non multum habet, 95
Quod det, fortasse. *Ge.* Immo nihil, nisi [136] spem meram.

deret clausulam; UBI EGO &c. Haec servus dicit ex persona sua, sequentia ex persona precatoris.

131. Hic ostendit nullum precatorem ex animo postulare veniam servo. VEL, pro *etiam*. OCCIDITO (q. d.) Tu tantum caedere volebas: ego dico, *Etiam occidito*. Donatus.

132. PAEDAGOGUS, Phaedria sc. quia *puellulam sectabatur*, *in ludum ducebat & reducebat*: ut supra dictum est. Ob servante Vesterhovio, hic adolescens amans lepidè PAEDAGOGUS dicitur. Nam paedagogi antiquo aevo a praeceptoribus distincti, in ludum comitabantur liberos ingenuos, iisque quasi custodes additi erant, praeceptoribus artes & scientias docentibus. Petron. 94. *Ego paedagogus, & custos, etiam quo non jusseris, sequar.* Mallet autem Vir doctissimus, sic, distinguere; QUID? PAEDAGOGUS ILLE, QUI CITHARISTIAM, QUID REI GERIT? Sic mox, versu 97.
quid? senem
Quoad exspectatis vostrum?
* QUI CITHARISTRIAM.] Ἐλλειψις. *Sectatur*, *amat*, vel quid tale subaudiendum est. Donat.

133. Quomodo vivit: nam sic propter sequentia capiendum est.

134. SIC, TENUITER.] Δεικτικῶς. SIC dicendum est, cum aliquo gestu. *Donatus.* SIC, TENUITER.] Distinxi has voculas, post paucas editiones: idque monente Donato. Vide ad Heaut. III. 1. 49. Vesterhov.

135. NON MULTUM HABET, &c.] Cum commiseratione amatoris adolescentis pronuntiandum est. Donatus.

136. Bene SPEM: quia amat. nemo enim sine spe amat.

Da. Pater ejus rediit, an non? *Ge.* Nondum.
Da. [137] Quid? senem
[138] Quoad exspectatis vostrum? *Ge.* Non certum scio:
[139] Sed epistolam ab eo adlatam esse audivi modo,
[140] Et ad portitores esse delatam. hanc petam. 100
Da. [141] Numquid, Geta, aliud me vis? *Ge.*
[142] Ut bene sit tibi!

Puer,

amat. MERAM, solam. *Donatus.* SPEM MERAM.] Intelligit eam spem munerum, quam adolescens jactat puellae. Donatus non cepit. Vide II. 1. 16. Vesterhov.

137. QUID? SENEM &c.] Animadvertite, QUID secundum morem quotidianum tum dici, quum fit transitus a mentione alterius rei ad alteram. Sic & supra, *Quid paedagogus ille?* Don.

138. QUOAD, *quamdiu.* Et recte locutus est: quia adventus finis est exspectationis. *Donatus.* QUOAD.] Quod ad, sub. *tempus*, seu, quando. Vesterhov.

139. SED EPISTOLAM AB EO &c.] Mire paratur inopinatus subito adventus senis, nam ipse veniet, cujus epistolam sperat. Donatus.

140. ET AD PORTITORES &c.] More veterum magistri tributorum, id est, publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum & efferendarum vectigal exigentes. *Donat.* PORTITORES.] Hi Nonio teste dicuntur *Telonarii, qui portum obsidentes omnia scifcitarentur, ut ex eo vectigal accipiant.* Quo respiciens Menaechmus & nimis curiosam uxorem objurgans ait, apud Plaut. Menaechm. I. 2. 5.

Nam quoties foras ire volo,
me retines; revocas:
Rogitas, quo eam? quam
rem agam? quid negotii
geram?
Quid petam? quid feram?
quid foris egerim?
Portitorem *domum duxi. ita*
omnem mihi
Rem necesse loqui est, quidquid egi, atque ago. Vesterhov.

141. NUMQUID, GETA, ALIUD ME VIS?] Abs-

Puer, heus! nemon' huc prodit? cape, da hoc [143] Dorcio.

Absque illo argento, quo tibi a me opus fuit. Donatus. Formula discedentium. Vide ad Eun. I. 2. 111. Vesterhov.

142. UT BENE SIT TIBI.] Ἀρχαϊσμὸς, pro * *Nihil*. Donatus. * Sub. *aliud te volo*. Est enim formula discedentium. *Bene tibi sit*, pro, *vale*. Vesterh.

143. DORCIO.] *Dorcium* foemininum nomen est, ut *Planesium*, *Glycerium*. Donatus. DORCIO.] Δόρκιον ὑποκοριστικὸν videtur τῦ Δορκάς. Videtur vel Getae uxor, vel quaevis alia mulier ancilla intelligi. Vesterhov. DA HOC.] *Argentum* scilicet *trade*.

ACTUS PRIMI

SCENA TERTIA.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

An. [1] ADEON' rem rediſſe, [2] ut qui mihi consultum optume velit esse,

1. *In hac Scena color vitae est eorum qui id, quod immodicè concupierint, spernunt postquam evenerit. Quod apertiore sententia ostendit Poëta, dicendo,* NOSTRI NOSMET POENITET. — *Comparativa qualitas in Scena est, inter Antiphonis vitam, & Phaedriae. Genus causae demonstrativum. Contendunt autem uter magis miser sit.* Don. ADEON' REM REDISSE.] Sic supra I. 2. 5. infra I. 4. 24. Heaut. I. 1. 61. Vesterhov. Sub. *Credibile* aut *possibile est*.

2. UT QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE, PHAEDRIA.] *Mira sententia, qua ostendit* ado-

Phaedria, [3] patrem ut extimescam, [4] ubi in mentem
ejus adventi venit?

[5] Quod ni fuissem [6] incogitans, ita eum [7] exspe-
ctarem, ut par fuit.

Ph.

adolescentulos in peccatis neminem magis metuere, quam eos a quibus maxime diliguntur. Simulque inducitur, rerum imminentium praestructio, in qua sic audax inducitur Phaedria, ut defensor futurus sit: sic timidus Antipho, ut fugiturus sit. Ferienda (i. e. *intendenda, tollenda.* Vesterhov.) pronuntiatio in eo, quod ait, QUI MIHI CONSULTUM OPTUME VELIT ESSE. hoc enim magis mirum est, ideo patrem timeri, quia CONSULTUM OPTUME VELIT. Donatus. Hoc est, quod ICti dicunt: Pater praesumitur optimum consilium capere pro liberis suis. *Vesterhov.*

3. PATREM UT EXTIMESCAM.] Ita plerique Mss. & editi veteres. Alii, PATREM EXTIMESCAM. Quod revocavit Guyetus, & post eum recentiores quidam, scilicet quia versu 1. τὸ UT jam scriptum fuerat. A Ms. Witt. utrumque UT abest. Defendit tamen J. Fr. Gronov. ad Plaut. Bacch. IV. 6. 18. Vide porro ejus notas ad Liv. XXII. 11. & XXVIII. 9. Vesterhov. EXTIMESCAM, vehementer formidem.

4. UBI IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT?] Nota, *venire in mentem veteres*, non recordationis causa tantum, sed etiam recogitationis considerationisque posuisse. (Vide ad vers. 27. Scen. praced.) IN MENTEM EJUS ADVENTI VENIT.] Sic veteres genitivo casu proferebant. *Cicero.* (Verr. Act. I. 17.) *Fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem.* ADVENTI VENIT?] Multipliciter declinatur, & ADVENTI & ADVENTUS. Sic & in Andria, *Nihil* ornati, *nihil* tumulti. VENIT.] Legitur & ADVENIT. Donatus. Cicero de Oratore II. 61. *Quotiescumque gradum feceris, toties* tibi *tuarum* virtutum veniat in mentem. Vesterhov.

5. QUOD NI.] Παρέλκει

Ph. [8] Quid istuc est? *An.* Rogitas? [9] qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
[10] Quod utinam ne Phormioni id suadere [11] in mentem incidisset; 5

 [12] Neu

καὶ τὸ QUOD. Cic. Att. XIII. 45. Quod nisi *me Torquati causa teneret*, *satis erat dictum*, &c. Virgil. Georg. I. 155.
Quod nisi *& assiduis terram insectabere rastris.*
Salluft. Catil. 18. Quod ni *Catilina maturasset pro curia signum sociis dare; eo die, post conditam urbem Romam, pessimum scelus patratum foret.* Vesterhov.

6. INCOGITANS, temerarius. *Donatus.* Auson. Periandro 15.
Incogitantes *fors*, *non consilium regit.* Vesterhov.

7. EXSPECTAREM, nunc *opperirer:* alias, *sperarem.* Donatus. Cupidè exspectarem, ut aequum & conveniens fuit. *Paraphrast. Delph.* Exspectassem, (per Enallagen temporis) sicut decuit probum & obedientem filium eum exspectare. q. d. Nequaquam duxissem uxorem, absente patre, adversando ejus voluntati. Minell.

8. QUID ISTUC EST?] Haec interrogatio stomachosa est, extenuare volentis metum fratris: diversa enim sentit ob diversum amoris eventum. Donatus.

9. QUI TAM AUDACIS FACINORIS MIHI CONSCIUS SIS.] Propriè ad terrorem, qui de facinore loquitur, *Conscium* dixit. *Donatus.* AUDAX propriè de homine dicitur: nunc Metonymicè de facinore. Sic Virg. Aen. IX. 625.
Juppiter omnipotens audacibus *annue* coeptis.
CONSCIUS SIS.] CONSCIUS SIM. *Linacer.* notante Vesterhovio.

10. QUOD UTINAM NE PHORMIONI.] Gratissime non Phormioni succenset, sed Phormionis invento. Et vide, ut & ipse se culpae subtrahat. QUOD UTINAM.] Et familiare est, initia rerum accusare eos, quos alicujus negotii poenitet. Vetus elocutio UTINAM NE. *Ennius* in Medea,

Utinam

[12] Neu me cupidum eò impulisset, [13] quod mihi principium est mali.
[14] Non potitus essem: [15] fuisset tum illos mihi aegre aliquot dies:

[16] At

Utinam ne *in nemore Pelio securibus*,
Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.

Et NE, *non*, accipiendum. *Donatus*. QUOD UTINAM.] Παρέλκει τὸ QUOD. Cic. Fam. XIV. 4. Quod utinam *minus vitae cupidi fuissemus*. Virg. Aen. X. 631.

quod ut ô *potius formidine falsa*
Ludar.

Nisi forte πλεονάζει τὸ ID: quomodo *id quod* pro simplici relativo dicitur. Vesterhov.

11. IN MENTEM INCIDISSET.] Sic Heaut. III. 1. 75. *Idem*.

12. NEU ME CUPIDUM EO COMPULISSET.] EO, ad uxorem ducendam. an EO in tantum? *Donatus*. IMPULISSET.] Ita plerique Mss. & Edd. Sic And. I. 5. 31. In aliis est, COMPULISSET. Vesterhov. IMPULISSET, instigasset; aut etiam praecipitásset, utpote in malum.

13. QUOD MIHI PRINCIPIUM EST MALI.] Bene, quasi caput mali non in amore sit, sed in nuptiis. *Donatus*. Virgil. Aen. II. 97.
Hinc mihi prima mali labes.
Vesterhov.

14. NON POTITUS ESSEM.] i. e. *At tu mihi dices, non factus esses compos virginis, nisi per nuptias*. ὑποφορά: cui mox subjicit ἀνθυποφορὰν: q. d. *fac sane ita eventurum fuisse, quid tum?* MIHI nempe AEGRE FUISSET ILLOS ALIQUOT DIES. Virgilius Aen. IV. 603.
Verum anceps pugnae fuerat fortuna? fuisset.
citante Donato.

15. FUISSET TUM ILLOS MIHI AEGRE ALIQUOT DIES.] More hominum loquitur: credit enim ex sequenti satietate, se potuisse abstinere amoribus suis. *Donatus* ad proxime praecedentia. Sed plane videntur huc pertinere. AEGRE

[16] At non quotidiana cura haec angeret animum. *Ph.* * Audio,

An. Dum [17] exspecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

Ph.

GRE FUISSET.] doluisset, molestum fuisset, sc. ea carere. * Mss. Leidenses duo, cum Pulmanni tribus, FUISSET TUM ILLUD MIHI AEGRE. And. II. 6. 9.

bidui est aut tridui
Haec sollicitudo.

Adelph. I. 2. 57.
Aegre 'st. Vesterhov.

16. AT NON QUOTIDIANA CURA HAEC &c.] Hoc dicit: facilius fuisse abstinere virgine intacta, quam ea cum qua jam consueverit. Et ideo subjungit, DUM EXSPECTO QUAM MOX VENIAT, QUI ADIMAT HANC MIHI CONSUETUDINEM. *Donatus.*

* AUDIO per εἰρωνείαν dicitur modo, a contemnente dictum Antiphonis. Est ergo pro *Non audio*, hoc est, Nihil dicis. *Donatus.* Ita solent, qui assensum non praebent, neque tamen contradicere volunt. Infra V. 7. 54. Aliter Eun. II. 3. 79. Vesterhov.

17. EXSPECTO, h. l. timeo. Sallust. Jug. XIV. 11. *Nihil minus, quam vim, aut bellum exspectantem, — inopem & coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno essem.* * QUAM MOX VENIAT.] Non *Quando*, sed *Quam cito:* quia timet. *Donatus.* QUI ADIMAT &c.] Intelligit patrem Demiphonem. Ipsam autem συνήθειαν (conversationem) videtur CONSUETUDINEM vocare. *Vesterhov.* Nota proprietatem. nam *Consuetudo* specialiter de coitu dicitur. *Donatus.* Hoc quidem verum; at talis significatio non est hujus loci.

18. ALIIS, QUIA DEFIT, QUOD AMANT.] Magnificentius (*immo, majori cum stomacho.*) ALIIS dixit, quam si diceret *Mihi.* Donatus. DEFIT, deest. Vide Hec. V. 2. 2. Virg. Ecl. II. 22.

Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

Noster, Eun. II. 2. 12.

Nihil cum est, nihil defit tamen.

* QUOD

Ph. [18] Aliis, quia deſit, quod amant, aegre 'ſt: [19] tibi, quia ſupereſt, dolet. 10
[20] Amore abundas, Antipho.
[21] Nam tua quidem hercle certò vita haec expetenda optandaque eſt.

[22] Ita

* QUOD AMANT. Mſ. Witt. QUOD CUPIUNT. *Veſterhov.*

19. TIBI, QUIA SUPEREST, DOLET.] Laboravit, ut oſtenderet, plus eſſe DOLET, quam AEGRE EST. Et ideo inſanum ait Antiphonem, qui in ea fortuna poſitus, quae adverſa & contraria eſt (*horum* nempe *fortunae*, *quibus deſit quod amant*), idem patiatur quod miſer. Et eſt figura ὑπόζευξις. Nam ad utrumque, AEGRE EST, ſufficere potuit. TIBI, QUIA SUPEREST.] Id eſt, eo quod deſideras, abundas. *Donatus.*

20. AMORE ABUNDAS, ANTIPHO.] Sic hoc pronuntiandum, quemadmodum ſolet cum ſtomacho dici vituperanti cibum, *Non eſuris*, aut, *Pleno ventre es.* Vult enim oſtendere, ſatietatis hoc eſſe, non ratiocinationis, quod nunc queritur Antipho. *Abundare* dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit. *Lucilius* libro tertio,

ille alter abundans
Cum ſeptem incolumis pinnis redit, ac recipit ſe. Donatus.

Intelligit gaudia & ſucceſſum amoris. *Veſterhov.*

21. NAM TUA.] Hinc jam extra jocum, & ſerio loqui incipit. *Veſterhov.* TUA QUIDEM HERCLE CERTO VITA HAEC EXPETENDA.] Benè CERTO: quia ſupra omnia cum εἰρωνεία dixit. VITA dixit, ut oſtenderet, etiamſi non felicitas, ſed VITA dicatur, optandam eſſe. VITA autem & mores ſignificat, & animam, & alimentum, & ſpatium vivendi, & fortunam accidentem viventibus: ut modò. Propriè dixit EXPETENDA OPTANDAQUE. Omnia enim quae amamus, aut induſtria, aut voto proveniunt: hoc eſt, aut in nobis ſunt, aut in fortuna poſita. Donatus.

[22] Ita me Dî bene ament, ut mihi liceat [23] tam diu, quod amo, frui;
[24] Jam depecisci morte cupió. [25] tu conjicito caetera;
[26] Quid

22. ITA ME DI BENE AMENT; &c.] Necessario jurat: quia quod dicturus est, solis amatoribus videtur esse credendum. *Donatus.* BENE, multum: aut est Antimeria; BENE pro *boni*, ɔ: benigni, propitii.

23. TAM DIU, QUOD AMO, FRUI.] Quamdiu uxore fruitur Antipho. An TAM DIU, δεικτικῶς? TAM DIU.] Tantisper, hoc est, vel tantillo tempore. QUOD AMO FRUI.] Deest *Eo*: ut sit, *eo*, *quod amo*, *frui*. Donatus. TAM DIU.] Subaudi, *Quam tibi tuo amore frui datur; quamdiu tu tuo amore potitus es.* Vesterhov. QUOD AMO, suaviter & amatoriè, pro, *amica*.

24. JAM DEPECISCI MORTE CUPIO.] Pactionem transigere. *Donatus.* DEPECISCI MORTE.] Αὐτίκα τεθναίην. Cicero Att. IX. 7. *In quo non extimesco periculum. cum enim tot impendeant, cur non honestissimo depecisci velim?* Et citat Malaspina ad h. l. *depectum* ex Pandectis Florentinis; pro quo vulgo *depactum*. Virg. Aen. V. 230.

vitamque volunt pro laude pacisci

Aen. XII. 49.

letbumque sinas pro laude pacisci.

Quibus locis uti seu vita seu morte, eodem sensu & sententia, dicitur emendalaus, ita Phaedria h. l. optat, sibi fructum amoris vel ipsa morte emendum. Priscianus Lib. VIII. numerat verbum *Depeciscor* in iis quae *A* mutant. Vesterhov. MORTE.] Mer. Casaubonus, Paraphrastes Delph. & Minellius ediderunt, MORTEM, quod & rectum esse constat, ex locis Virgilii, a Vesterhovio modò adductis.

25. TU CONJICITO CAETERA; QUID EGO,— ET QUID TU EX HAC COPIA. Sensus est: *Tibi porro conjiciendum relinquo, quid molestiae ego capiam ex hac inopia mei, & quid tu voluptatis ex istac copia amoris tui percipias.* Vesterhov.

[26] Quid ego ex hac inopia nunc capiam; & quid tu ex hac copia 15
[27] Ut ne addam, quod [28] sine sumtu ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes, ita ut voluisti, uxorem [29] sine mala fama: [30] palam
Beatus: ni unum hoc desit, animus qui [31] modeste istaec ferat.

[32] Et

26. QUID — CAPIAM.] Infortunium scilicet: ET QUID TU EX ISTAC COPIA.] Fructum ac felicitatem. Donatus.

27. UT NE ADDAM.] Παράλειψις figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adjecta. *Donatus.* Similem sententiam vide Eun. V. 4. 4. Vesterhov.

28. SINE SUMTU &c.] Ait desiderium Antiphonis nullo constitisse sumtu: sibi a lenone fuisse emendam puellam. INGENUAM, LIBERALEM NACTUS ES.] Hoc (Sc. INGENUAM) natalium, illud (LIBERALEM.) morum est. *Donatus.* INGENUAM, Liberam. LIBERALEM, honestam, honestae conditionis. *Contra autem, inquit, servam sordidae conditionis sector.*

29. Honestae existimationis; quod non erat amica Phaedriae, quippe serviens lenoni impurissimo.

30. PALAM, sine controversia. * BEATUS, NI UNUM HOC DESIT.] Virg. Georg. II. 458.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas.

Ecl. VI. 45.

Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen.

Vide ad Hec. IV. 2. 25. Vesterhov. BEATUS, sc. *es, tot tantisque bonis.*

31. MODESTE, moderate. *Sallustius* libro secundo, *Modestus ad omnia alia, nisi dominationem.* Donatus. MODESTE ISTAEC FERAT.] Commoda quae tibi obtigerunt ferre possit, id est, qui his possit esse contentus, qui recte possit uti talibus bonis. *Minellius.*

[32] Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi
est, tum [33] sentias.

Ita [34] *plerique ingenio sumus omnes*, [35] *nostri nosmet poenitet.* 20

An. At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phaedria,

[36] Cui

32. ET SI TIBI RES SIT &c.] ET modo non connexiva, sed inceptiva conjunctio est. *Donatus.* Plurimi Codices, QUOD SI. Vesterhov.

33. Sic alibi (Heaut. III. 1. 46.) *Sit rogas? sensi.* Donatus. SENTIAS, Sub. *te nunc revera beatum esse*, aut, *quantum sit molestiae illi, cui cum talibus est negotium.*

34. PLERIQUE OMNES.] Παρέλκον tertium (ut) in Andria, *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.* Et est ἀρχαϊσμός: ut, *Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.* Donatus.

35. Poenitet eum, qui parum putat. ergo ipsi nos, inquit, nostra contemnimus. Sic & in Heautontimorumeno (I. 1. 20.) *At enim dices, me, quantum hic operis fiat*, poenitet. Donatus. Sensus est: *Sordet nobis sors nostra.* Plaut. Poen. I. 2. 71.

Heu ecastor, cum ornatum adspicio nostrum ambarum,
poenitet,
Exornatae ut sumus.

Cic. Fam. VI. 1. *Etsi ea est perturbatio omnium rerum, ut* suae quemque fortunae *maxime* poeniteat. Horat. Serm. I. 1. 1.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Contentus vivat; laudet diversa sequentes?

P. Syrus:

Aliena nobis, nostra plus aliis placent.

Quam sententiam ita Illustriss. Jos. Scaliger extulit:

Ἄλλως ἀρέσκει τἀμὰ,
κἀμοὶ τὰ τῶν δ᾽ ἐμέ

Prudenter monet Cato:

Quum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
Alterius specta, quo sis discrimine peior. Vesterh.

[36] Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis:
[37] Retinere, amare, amittere. ego [38] in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi [39] ejus sit [40] amittendi, neque retinendi copia.
Sed quid hoc est? videon' ego Getam currentem huc advenire? 25
Is est ipsus. [41] hei timeo miser, [42] quam hic nunc mihi nuntiet rem.

36. CUI DE INTEGRO &c.] Post, deinceps. An DE INTEGRO, id est, integris rebus? *Donatus.* DE INTEGRO.] H. e. Nuptiis nondum implicito. *Vesterh. v.* CONSULENDI.] deliberandi, aut, statuendi, decernendi. POTESTAS est.] licet, liberum est.

37. Integrum erat Phaedriae, vel RETINERE amicam, clam & inscio patre, vel AMARE, quod ad amorem vagum referas, an ad eandem amicam, parum refert; vel denique AMITTERE amicam. Suet. Calig. 25. Matrimonia contraxerit *turpius*, *an* dimiserit, *an* tenuerit, *non est facile decernere.* Vesterh.

38. Eò redactus sum miser. *In eum statum conjectus sum* Paraphrastes Delph.

39. EJUS, sub. *quod amo.* Sc. uxorem. * Pro EJUS Guyetus substituit JUS. Sed vincit τὸ EJUS cum Codicum numero, tum elegantia. Idem autem dicet Antipho infra III. 2. 22. *V.*

40. AMITTENDI.] propter amorem. RETINENDI.] propter patrem. *Don.*

41. HEI TIMEO MISER.] Quam recte jam timet: quia in metu semper est * praesaga mali mens. Et HEI interjectio ingemiscentis est. ut (Virgil. Aen. XI. 57.)

hei mihi, quantum
Praesidium, Ausonia, &
quantum tu perdis, Jüle!

* Mallem, *conscia mali mens*, ɔ: culpae sibi conscia. Petronius Cap. 125. citante Lindenbrogio: *Quam male est extra legem viventibus! quidquid meruerunt, semper exspectant.*

42. I. e. ne aliquem mihi portet tristem nuntium.

AC-

ACTUS PRIMI

SCENA QUARTA.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

Ge. [1] NULLUS es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium [2] celere repperis:
Ita nunc [3] imparatum subito tanta [4] te impendent mala:
Quae neque uti [5] devitem, scio, neque quo modo me inde extraham.
Nam non potest celari [6] nostra diutius jam audacia:

[7] Quae

1. Expressus hic locus ex Planto, Epid. I. 1. 75.
quo in loco haec res sit, vides,
Epidice: nisi quid tibi in tete auxilii est, absumtus es.
Tantae in te impendent ruinae, nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere, itaque in te irruunt montes mali.
Neque ego nunc quomodo me expeditum ex impedito faciam,
Consilium placet. Vesterhov.

2. CONSILIUM CELERE.] *Hoc celere* neutraliter dicitur. *Donatus.* Prisciano τὸ CELERE adverbium est. *Vesterb.*

3. I. e. nullis consiliis aut praesidiis instructum.

4. Accusativo casu IMPENDENT. aut ἀναστροφὴ, pro, *in te pendent mala.* Donatus. Lucil.
Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, *agatur.* Vest.

5. Ruina aut vitanda est, aut extrahenda sunt ex ea corpora, quae oppresserit. DEVITEM.] Ante quam irruant. INDE EXTRAHAM.] Quum irruerint. *Donatus.* Similis sententia est Adelph. III. 2. 4. *Vesterhov.* INDE, ex iis. EXTRAHAM, expediam.

6. Benè NOSTRA: quia ipse partem maximam culpae sustinet, ut magister.

[7] Quae si non astu providentur, me aut herum
[8] pessum dabunt. 5

An. Quidnam ille [9] commotus venit?

Ge. Tum, [10] temporis mihi punctum [11] ad hanc
rem est. herus adest. *An.* Quid istuc
mali 'st?

Ge.

ster. *Donatus.* AUDACIA, facinus audaciae plenum: nuptiae sc. Antiphonis.

7. Hic versus in Edit. Delph. non apparet: Totidem autem verbis habetur in Andria I. 3. 3. Ubi ita Donatus; *Provisio rerum duas significationes habet.* Providemus *enim nobis tam bonum, quam malum. Malum, sicuti si quis eminus veniens, telum providerit atque sic caverit. Ergo hic* Providentur, *caventur, vitantur.* QUAE, sc. mala imminentia. ASTU, per astum, astutè, callidè. Secundum Festum, *origo vocis* Astu, (rectius Astus); *ex Graeco ab ἄϛυ oppido deducitur: in quo qui conversati assiduè sint, cauti, atque acuti esse videantur.*

8. PESSUM DABUNT.] Pacuvius, Teucro:

Periere Danai, plera pars pessumdata est.

Parum refert conjunctim legatur, PESSUMDABUNT, an PESSUM DABUNT, nisi quod posterius magis Comicum videtur. *Vesterhov.* PESSUM DABUNT, perdent. Propriè autem *Pessum dare* notat demergere, ex mente Donati ad locum citatum.

9. Modo COMMOTUS perturbatus atque conterritus. *Donatus.* Confer And. V. 4. 34.

10. PUNCTUM, pro, momentum, Ut Lucilius in decimo quarto, *Puncto uno, hora * & qui quòque invasit.* PUNCTUM, angustissimum spatium. *Donatus.* Στιγμὴν χρόνε vocant Graeci. An a mathematicis desumta locutio, apud quos minima pars lineae *punctum* est? Id autem vult Geta, consilium tibi in ipsa quasi arena esse capiendum, quod jamjam domi adfuturus esset herus in portum appulsus. *Vesterb.*

Ge. [12] Quod quum audierit, quod ejus remedium
inveniam iracundiae?
[13] Loquarne? [14] incendam. taceam? instigem. purgem me? [15] laterem lavem.

Kk 2 Eheu

11. AD HANC REM.] Ad deliberandum quod ago. HERUS ADEST.] Vultu tristi ac * superciliis arduis hoc dicendum est. *Donatus.* * Forte, *Superciliis adductis.* Vesterh.

12. QUOD, sc. uxorem duxisse Antiphonem. * QUOD EJUS REMEDIUM &c.] Plus est quam si diceret, *Nullum.* Propriè, REMEDIUM, quasi iracundia morbus sit. *Donatus.* REMEDIUM IRACUNDIAE, i: ad placandam iracundiam senis. Neque tamen improbanda est Donati observatio, nam sic bella verbis inerit Dilogia.

13. LOQUARNE? INCENDAM. TACEAM? INSTIGEM.] Σχῆμα διαπόρησις. Duo sunt quae fieri in placando solent: aut *Loqui*, aut *tacere.* INCENDAM.] Quia iracundia ignis est. INSTIGEM.] *Instigari* propriè fera dicitur. *Donatus.* LOQUARNE &c.] Donato haec *perturbatae & servilis imperitaeque personae verba* sunt scilicet, quia mox addit, PURGEM ME? & quod idem sit *Loqui* & *purgare se.* Boeclerus igitur LOQUARNE? interpretatur de responsione servi ad interrogationem heri; TACEAM? de nihil respondendo; PURGEM ME? de amoliendo culpam & suspicionem. debebat addidisse, ultro. Mihi aptior hic sensus videtur: LOQUARNE? h. e. Indicabo Demiphoni de nuptiis Antiphonis. TACEAM? interrogatus de causa illarum nuptiarum. PURGEM ME? dicendo, me impulsore non esse contractas. *Vesterhov.* Mira & imitanda brevitas est in singulis: plena sic forent; *Loquarne? non: quia hoc modo incenderem.* & sic porro. Auctor scilicet accommodavit sermonem ad trepidationem, & tempus angustissimum, personae loquentis.

14. INCENDAM, faciam iracundia ardentem. Sic

Eheu me miserum! [16] quum mihi paveo, tum [17] Antipho me excruciat animi: 10

[18] Ejus

Sic Hec. IV. 1. 47. Phaed. III. 10. 18.
Incensus *ille falso uxoris crimine.*
Eundem usum *Accendendi* verbum habet *Vesterhov.*

15. LATEREM LAVEM.[Παροιμία, πλίνθον πλύνεις. *Donatus.* LATEREM LAVEM.] Qui non purior fit lavando, dum semper auget se stercus fricando. Tam enim non puriorem laterem lavando reddimus, quam ipsum laterem perdimus. *Eugraph.* LATEREM LAVEM.] Petrus Nannius Miscell. II. 17. intelligit de massa ex argilla vel luto, non igne, sed sole indurata; qualis quanto magis lavatur, tanto magis opera luditur, ipso latere in coenum resoluto. Quo sensu frequenter usus in Commentariis suis J. Caesar. Dacieria *une brique crue* vertit. Varro *Laterem crudum* vocat, qui diversus est a *cocto.* Etiam Vitruvio alius est *coctus*, alius *crudus later.* de Architect. I. 5. Adde II. 3. & Erasm. in Adag. Lucil. Sat. IX.

Nam laterem qui ducit habet nihil amplius unquam,
Quam commune lutum e paleis, coenumque acerosum.
Vesterhov.

Bene subjunxit LAVEM, cum praeposuerat PURGEM: & magis Comicum ac lepidum est haec ad verbum capere, sine ulla metaphora. Minellius exponit, *inanem operam sumam.*

16. QUUM, *praeterquam quod* significat modò. *Donatus.* Ita TUM, quod subjicit, significabit *etiam.*

17. ANTIPHO ME EXCRUCIAT ANIMI.] Τῷ ἰδιωτισμῷ, pro eo quod est, *propter Antiphonem me excrucio* ME EXCRUCIAT ANIMI.] Sic in Hecyra, *Fecit, animi ut incertus foret.* Genitivo enim casu veteres figurabant hanc locutionem. *Donatus.* Plaut. Mil. IV. 2.76.

quid illam miseram animi excrucias.

Sulpicius Apollinaris, Periocha Heaut. versu 3.
Animique sese angebat,
facti poenitens. Vesterh.

[18] Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me
retinet. nam [19] absque eo esset,
[20] Recte ego mihi vidissem, & [21] senis essem ultus
iracundiam:
[22] Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem
[23] protinus in pedes.

18. EJUS ME MISERET &c.] MISERET, praeteritorum, TIMEO de futuris. Figura πολύπτωτον, EJUS, EI, IS. *Donatus*. RETINET, remoratur, alias nempe fugiturum.

19. ABSQUE EO ESSET.] Si ad eum res non pertineret: id est, si meum tantummodo peccatum esset hoc ipsum. *Donatus*. Vide ad Hec. IV. 2. 25. Linacer & Gambarellus: NAM ABSQUE EO ESSET RECTE. *Vesterhov*.

20. RECTE EGO MIHI VIDISSEM, &c.] Facetè servus occasionem melioris conditionis esse existimat fugae causam, tamquam sibi per eam & libertatis genus praestare posset, & praedam. MIHI VIDISSEM.] Ut dicimus, *Vide tibi*, & *videte vobis*. Et rectè, VIDISSEM, ἀντὶ τοῦ *Providissem*. Donatus. RECTE, benè, probè, pulchrè. * Plaut. Mostell. III. 3. 23.

Ego enim cavi recte.

Vide plura ad And. II. 6. 25. *Vesterhov*.

21. SENIS ESSEM ULTUS IRACUNDIAM.] SENIS maluit, quam *Domini*, dicere: ut in ipso nomine & hortamentum impune fugiendi appareat. Et simul quia non *Iram*, sed IRACUNDIAM dicturus erat. nam *Ira*, de causa: *Iracundia*, de moribus. (Vide ad And. I. 1. 121. & Adelph. IV. 7. 37. *Vesterhov*.) Non dixit *Evasissem*, sed ULTUS ESSEM. Faciunt enim servi fugiendo, ut dominos poeniteat iratos fuisse. *Donatus*.

22. ALIQUID CONVASASSEM.] Figuratum est a colligendis vasis. *Donatus*. Videtur a militibus castra moventibus, praesertim in fuga, translatum. id

An. [24] Quam hic fugam, aut furtum parat?
Ge. [25] Sed ubi Antiphonem [26] reperiam? aut qua quaerere insistam via? 15

Ph.

id συσκευάζειν & *vasa conclamare* dixerunt. Vide Coel. Rhodig. Lect. Ant. XXX. 29. Mss. Graev. & Witt. CONVASISSEM. quod & ex Mss. Bemb. & Basilican. laudat Faërnus. Mss. quidam, CORRASISSEM. quod forte inde natum. Loquitur autem Geta ex more servorum, qui aufugientes herum simul despoliabant. Vide ad Eun. IV. 3. 19. *Vesterhov* Clam subripuissem, & cum sarcinulis collegissem. *Paraphrast. Delph.*

23. PROTINAM fuit: & sic *Nigidius* legit. *Donat.* (Item) Festus Pompejus & Nonius. Meminit & Varro L. L. VI. dicens, *Protinam a protinus continuitatem significans.* Adde Plaut. Curc. II. 3. 84. & Fragm. Astrabae. *Vesterhov.* HINC ME CONJECISSEM — IN PEDES, raptim aufugissem. * Vide Eun. V. 2. 5. *Vesterhov.*

24. QUAM HIC FUGAM.] πρὸς τὸ CONJICEREM IN PEDES. AUT FURTUM &c.] πρὸς τὸ ALIQUID CONVASASSEM. — * Secunda ἀπόδοσις. prius enim *furtum*; quam *fuga* occurrere debuit. *Donatus.* * Veteres quidam libri, *jocunda ἀπόδοσις.* Sed fortasse legendum; *notanda* μετάθεσις. Vest. AUT FURTUM &c.] Ms. Graev. AUT QUOD FURTUM PARAT? *Vesterhov.* Est in textu Syllepsis generis.

25. SED, pro *ergo.* An SED, finis superioris sententiae est? ut *Sallustius* (in Fragm.), *Sed Merellus in ulteriore provincia.* Donatus.

26. REPERIAM?] Si alicubi cesset. QUA QUAERERE INSISTAM VIA.] Si alicubi ambulet. Omnis enim qui quaeritur, aut cessat (i. e. *manet uno in loco*), aut ambulat. *Donatus.* INSISTAM, aut incipiam, aut pergam. * Mss. quidam; QUAM QUAERERE INSISTAM VIAM? Sic Eun. II. 3. 3. Pacuvius, Atalanta:

Du-

Ph. Te nominat. *An.* [27] Nescio, quod magnum hoc nuntio exspecto malum.
Ph. Ah! sanusne es. *Ge.* [28] Domum ire pergam: ibi plurimum 'st. *Ph.* Revocemus.
[29] Hominem. *An.* [30] Sta ilico. *Ge.* Hem!
[31] Satis pro imperio! quisquis es. *An.* Geta.
Ge. [32] Ipse est, quem volui obviam [33].

Dubito, quam insistam viam. Vesterhov.

Hac lectione admissa, τὸ QUAERERE valeret, *inter quaerendum, ad quaerendum,* vel *quaesitum*, in supino.

27. Diserte locutus est, NESCIO, QUOD MAGNUM HOC NUNTIO EXSPECTO MALUM: pro eo quod est, *Nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.* Donatus.

28. DOMUM IRE PERGAM.] Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, *Domum pergam.* IBI PLURIMUM EST.] Scilicet propter amorem uxoris suae. PLURIMUM.] τὸ πλεῖστον. Donatus. Assiduus domi est Antipho.

29. Comicè & moraliter addidit, HOMINEM. *Donatus.* Pro, *eum.*

30. Siste gradum, mane. HEM! nunc ėst indignantis.

31. SATIS PRO IMPERIO.] Id est, *imperiose.* Donatus. H. e. Satis imperiose loqueris. Ms. Witt. omittit τὸ SATIS. Liv. II. 56. *Nec illum ipsum submovere* pro imperio *posse more majorum.* Apulej. Metam. I. *Quem confestim pro aedilitatis* imperio *voce asperrima increpans.* Plautus Capt. IV. 2. 31.
Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.
Idem eadem ratione dixit. Stich. V. 7. 6.
Nunc jam saltatum satis pro *vino 'st.* Vesterhov.

32. Sub. *mihi dari*, vel *venire.* Aut sic distingue: *Ipse obviam est*, ɔ: occurrit, *quem volui*, ɔ: convenire.

33. Mire expressit affectum de timore properantis. CEDO, QUID PORTAS, OB-

An. [33] Cedo, quid portas, obſecro? atque id ſi potes verbo expedi. 20

Ge. Faciam. *An.* Eloquere. *Ge.* [34] Modo apud portum. *An.* [35] Meumne? *Ge.* Intellexti. *An.* Occidi. [36] *Ge.* Hem!

An. [37] Quid agam? *Ph.* Quid ais? *Ge.* Hujus patrem vidiſſe me, patruum tuum.

An. [38] Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inveniam miſer!

[39] Quod

OBSECRO?] Ut (Virg. Aen. II. 161.)

ſi vera feram, ſi magna rependam.

Nam *Ferre* & *Portare*, de negotiis majoribus dicitur. VERBO EXPEDI.] Deeſt, *uno*. Donatus.

34. *Patrem vidi*, dicturus Geta praeventus eſt ab eo, quem timor intelligentem fecerat. *Donatus*. MODO APUD PORTUM.] Haec Antiphonem intuens ita dicit, ut is ſuſpicetur, Getam vidiſſe ſuum patrem, navigio appulſum. Unde adeo mox Antipho, ut certum faciat, MEUMNE? interrogat; & Geta rurſus, INTELLEXTI. *Veſterh.*

35. Sub. *Patrem*. quod delicti ſibi conſcius adoleſcens, horret eloqui.

36. GE. HEM!] Mallem hoc tribuere Phaedriae, dicturo, HEM! QUID AIS? ſed Antiphone interrogante non dicit continuò. Guyetus Antiphoni tribuit, OCCIDI! HEM! QUID AGAM? *Veſterhov.* Tribuitur ſanè Phaedriae in Edd. Delph. & Minell. Donatus haec adnotat; *Propria, & ſua cuique perſonae exhibuit: celeritatem ex praeſagio metuenti Antiphoni: & tarditatem intellectus quieti pectoris ſecuro Phaedriae.*

37. Jam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phaedria. HUJUS PATREM VIDISSE ME, PATRUUM TUUM.] Mirè PoëtaAntiphoni minus quam oportet, & Phaedriae plus quam oportet, fecit loqui nuntium. Ille enim pene divinat ex metu: hunc tardum ſecuritas facit. *Donatus.*

38. NAM aut ſubjunctiva conjunctio eſt ſuperiori

[39] Quod si eo meae meae fortunae redeunt, [40] Phanium, abs te ut distrahar,
[41] Nulla 'st mihi vita experunda. *Ge.* Ergo istaec quum ita sint, Antipho, 25
Tanto magis te [42] advigilare aequom est. [43] *Fortis fortuna adjuvat.*
An. [44] Non sum apud me. *Ge.* Atqui opus est nunc cum maxume ut sis, Antipho.

Kk 5 [45] Nam

ori dicto, quod ait, QUID AGAM? aut ἀναστροφὴ est. NAM QUOD, pro *Quodnam*. Donatus.

39. QUOD SI EO MEAE FORTUNAE &c.] Tragicè amator hoc negotium *Fortunae* omnes dixit esse. FORTUNAE REDEUNT.] Bene REDEUNT: quasi in pejus, & a processu retro, & in deterius. *Donatus*.

40. PHANIUM, ABS TE UT DISTRAHAR.] Amatoria προσφώνησις per ἀποστροφήν. DISTRAHAR.] Vide verbum vim cohaerentis ostendere. *Donatus*.

41. NULLA pro *non*: aut *nullius conditionis*. quasi dicat, *Ne Deorum quidem vita mihi dulcis est sine te*. Donatus.

42. ADVIGILARE.] AD, vim auctivam nunc habet: ut *Adlaudabile*, *Admirabile*. Donatus. TE ADVIGILARE AEQUUM EST.] Subaudi, ut pater tibi placetur, neque tu distraharis a Phanio. And. IV. 1. 50. *Vesterhov*.

43. FORTIS FORTUNA ADJUVAT.] Παροιμία. Et FORTIS accusativus pluralis est. *Donatus*. Menander:

Τολμῇ δικαίᾳ καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

Cic. Tusc. II. 4. Fortes *enim non modo* fortuna adjuvat, *ut est in vetere proverbio*, *sed multo magis ratio*, *quae quibusdam quasi praeceptis confirmat vim fortitudinis*. Idem Fin. III. 4 *Sed* fortuna fortes. *quare conare*, *quaeso*. Ennius Fragm. Lib. VII.

Fortibus est fortuna vireis data. Vesterhov.

[45] Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. *Ph.* Hoc verum est. *An.* [46] Non possum immutarier.
Ge. [47] Quid faceres, si aliud gravius tibi nunc faciundum foret? 30
An. [48] Quum hoc non possum, illud minus possem.
Ge. [49] Hoc nihil est, Phaedria: [50] ilicet.

[51] Quid

44. NON SUM APUD ME.] And. II. 4. 5. V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Hec. IV. 4 45. *Vesterhov.* Prae metu non sum compos animi. * CUM MAXUME.] Vide ad Adelph. IV. 1. 2. *Vesterhov.* UT SIS.] APUD TE, subauditur. *Donatus.*

45. NAM SI SENSERIT TE TIMIDUM &c.] Sic *Sallustius* in Historia, *Ita fiducia quam argumentis purgatiores, dimittuntur.* TIMIDUM, pro timentem. Ut,

Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle.

Virgilius (Ecl. VI. 20.) COMMERUISSE CULPAM.] Pro *commisisse.* Donatus.

46. NON POSSUM IMMUTARIER.] Vim negantis hoc habet, quod ait IMMUTARIER: ostendit enim naturae suae timiditatem nullis adhortationibus ejici posse. *Donatus.* Sensus est; *non possum in audacem ex timido transmutari*, vel, *non possum adsimulare audacem, ubi sum timidus.*

47. QUID FACERES.] Versus hic hexameter est, si demas ultimam vocem. *Vesterhov* FACERES, non appäret in Edd. Minell. Farnab. & Delph. *Quam fores animi & consilii inops, si aliquid majoris momenti & moliminis, quam hoc, animi fiduciam coram patre ostendere, faciendum tibi foret.* Paraphrastes Delph. exponit; *Quid faceres si major alia calamitas tibi incideret, & patiunda foret.*

48. QUUM HOC NON POSSUM, ILLUD MINUS POSSEM.] Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam videbatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam percontantis. Et haec

51 Quid hic conterimus operam frustra? 52 quin abeo? *Ph,* Et quidem ego. *An.* Obsecro: Quid

haec ars est dialectica contra ἐπαγωγὴν, quum malè respondendo, callide interrogantis interrumpimus argumentum. *Donatus.*

49. HOC NIHIL EST, PHAEDRIA.] Utrum HOC relativum? an HOC cum contemtu, pro, *Hic Antipho nihil est?* Sic Cicero in Verrinis, *Etsi hoc nescio, quid nugatorem sciebam?* pro *Hunc.* Donatus. HOC, sc. *apud se esse, non timidum esse,* NIHIL EST, *res levis, & nullius momenti est.* ex mente Vesterhovii; quae expositio multum praestare videtur Donati, & vulgatis. Distingvit autem Vesterhovius ita: *Ge.* HOC NIHIL EST. *Ph* ILICET, QUID HIC CONTERIMUS OPERAM FRUSTRA? *Ge.* QUIN ABEO. &c.

50. ILICET.] Semper ILICET finem rei significat, ut *Actum est.* ILICET.] Per συγκοπήν. Sic judices de consilio (Corr. *concilio*) dimittebantur, * suprema dicta quum praeco pronuntiasset. ILICET, quod significat *Ire licet.* Donatus. * *Suprema dicta.*] Conjiciebam vel legendum esse, *sententia dicta*, vel τὸ *Suprema* materialiter usurpari, subaudito *tempestas.* Ut adeo Donatus videatur respexisse sollennia XII. Tabb. verba:

SOL OCASOS SOPREMAD TEMPESTAS ESTOD.

Quando ita distinguendum: SUPREMA *dicta*, *quum praecó pronuntiasset*, ILICET. Fuerit igitur mens Interpretis, praeconem pronuntiasse binas hasce voces, SUPREMA. ILICET. Adde Calph. ad Heaut. V. 2. 21. *Vesterhov.* ILICET.] Actum est de Antiphone, id est, nulla in eo spes salutis reliqua est, i. e. firmitatis, constantiae, frustra haec a nobis dicuntur. *Minellius.* Extemplo discedamus. *Paraphrastes Delph.*

51. QUID HIC CONTERIMUS OPERAM FRUSTRA.] Cicero Amicit. 27. *Nam quid ego de studiis dicam —? in quibus remoti ab oculis populi, omne otiosum tempus* contrivimus. Vide

Quid si adsimulo [53]? [54] satin' est? *Ge.* Garris.
An. Voltum contemplamini: [55] hem!
Satin' sic est? *Ge.* Non. *An.* Quid si sic? *Ge.*
[56] Propemodum. *An.* Quid si sic? *Ge.*
Sat est.

Hem!

Vide Adelph. V. 4. 15. Heaut. IV. 3. 15. Hec. V. 3. 17. *Vesterhov.* I. e. operam inanem sumimus.

52. QUIN ABEO.] Hic terrore commovet Antiphonem. Et QUIN dicit, pro *Cur non.* Donatus.

53. Audacem scilicet. *Donatus.* Hoc dicens vultum & gestum ad audaciam componere tentat.

54. SATIN' EST?] Hic locus actoris magis, quam lectoris est. Ostenditur enim conari ad simulandam (forte, *adsimulandam*) audaciam, quo magis ridicula est, formidolosa persona. *Donatus.* SATIN' EST?] Antipho frontem exporrecturus, & vultum fingere ad hilaritatem parans, primo secum dixisse videtur, QUID SI ADSIMULO? subaudi, *me tranquillum esse ab animo.* Et continuo addidisse, SATIUS EST. Neque enim, antequam dixisset, VOLTUM CONTEMPLAMINI, commodè interrogare poterat, SATIN' EST? Unde enim id cognoscerent Phaedria & Geta? *Vesterhov.* Haec interpretatio, an fictio? quando τὸ SATIUS non est in Libris, admitti non potest: neque adeo necessaria est, nam quod mox ait, VOLTUM CONTEMPLAMINI, eô levi mutatione repetit illud prius, SATIN' EST, & hortatur ut attentè considerent, quomodo vultum fingat. GARRIS, nugaris: seu nugas agis, vultum fingendo.

55. HEM! nunc est, vel applaudentis sibi de successu adsimulationis; vel, ad attentionem hortantis.

56. Et hoc non plenae consensionis est, quod ait, PROPEMODUM. SAT EST.] Non dixit, *Bene est*, sed SAT EST. ET vide vix ad hoc ipsum esse perventum. *Donatus.*

Hem! [57] istuc serva: [58] & verbum verbo, par pari
ut respondeas, 35
Ne te [59] iratus suis [60] saevidicis dictis [61] protelet.
An. [62] Scio.

Ge.

57. Sensus est, *Serva istum vultum, quem nunc praefers, & cave, te tristem esse pater sentiat.* Vesterhov. HEM! h. l. approbantis est.

58. ET VERBUM VERBO, PAR PARI UT RESPONDEAS.] Editiones probatissimae quasi unum membrum exhibent, omisso κόμμαῖος signo, contra Donati sententiam, quam sequutus sum. Res fiet clarior, si fingas hujusmodi sermonem mutuum inter patrem & filium: D. *Itane me absente uxorem duxisti?* A. *Duxi pater.* D. *Ceterum; factum id placet?* A. *Non, si queam mutare.* D. *Quis ergo impulit?* A. *Impulit quidem nemo.* D. *Quasi tu dicas coactum esse te.* A. *Scilicet, coactus.* D. *Credo, coactus tua voluntate es.* A. *Obsecro te, mi pater, ne in animum inducas id credere, me lubentem & volentem duxisse uxorem domum.* D. *Quis igitur coegit?* A. *Vi coactus sum, invitus, lege, judicio.* Plautinum est, Pers. II. 2. 42. *Par pari respondes dicto.* Vide contentionem Demiphonis & Phaedriae, Scena seq. *Vesterhov. Vehementiam patris in sermone pari vehementia initare, & similia verba similibus subjice.* Paraphrastes Delph. Giv lige Stykke for Stykke. *Phraseolog. Dan.* ambiguè: mallem, Svar ham Ord til Ord, og pas paa du inter bliver ham skyldig, ɔ: at du jo immer svarer noget, til alt hvad han siger. Qu. d. Ne sine patrem continua oratione te accusare, sed ad singula accusationis momenta, singula subjice responsa, qualiacumque, modò ne tacens.

59. IRATUS.] Caussalem vim habet quod ait hoc, IRATUS: hoc est, qui ob praesentem iram vehementius agat tecum. *Donatus.*

60. Mire variant Libri, SAEVIDICIS DICTIS, SAEVIS DICTIS, SAEVIDICTIS, SENIDICIS DICTIS exhibentes. Geminus autem huic est locus apud

Ge. [63] Vi coactum te esse invitum, lege, judicio. [64] tenes?

[65] Sed

apud Plautum, Aul. II. 1. 29.
mihi misero cerebrum excutiunt
Tua dicta, soror: lapides loqueris.
Idem Trin. III. 2. 14.
Nec tuis depellor dictis.
Dixit autem *Saevidica dicta*, uti Plautus *fallacias falsidicas*, Capt. III. 15. 13. SAEVIDICIS DICTIS tuetur Faërnus; quod & Donatus legit. Cic. Fam. IX. 21. *Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina?* Att. XV. 1. Δημοσθένες *fulmina.* Vesterhov.

61. PROTELET & *Protelum* a πρὸ & ἑλεῖν dictum est, quod est *ante* & *trahere*. Alii ab assiduo telorum jactu existimant dici. Ut *Lucretius* (II. 531. Vid. Gifan. ind. v. *Protelum*. Vest.)
Undique protelo plagarum continuato.
hoc est tenore. PROTELET.] Protrahat, praeveniat, exagitet. *Donatus.* PROTELET.] Lucil. apud Non. v. *Protelare:*
Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo *validis cervicibu' possent.*
Est autem *Protelare*, longe propellere, Festo Pompeio, percutere, perturbare, Nonio Marcello testibus, locutione translata a telis militum. E Sisenna laudat idem Nonius: *Romanos impetu suo* protelant, *prolectos (an projectos?) persequuntur.* Vide porro Car. Andr. Dukerum, in Opusc. Var. pag. 331. seq. *Vesterhov.*

62. SCIO.] Apparet hoc verbum eo vultu dici, ut manifestum sit, absenti animo esse eum, qui loquitur. *Donatus.*

63. VI COACTUM TE ESSE, INVITUM.] Mira brevitas, in qua tota defensio continetur. Et subauditur, *Fac . respondeas*, aut quid tale. INVITUM.] Benè idem repetit, ad confirmandam memoriam trepidantis. non enim diversa sunt, sed repetuntur, ut teneri possit id, quod causae opus est. Nam VI COACTUM ESSE, idem significat

[65] Sed quis hic est senex, quem video [66] in ultima platea? *An.* [67] Ipsus est:
Non possum adesse. *Ge.* Ah! [68] quid agis? quo abis, Antipho? [69] mane,
Mane,

cat quod INVITUM. An ideo VI COACTUM, INVITUM, jungendum est, quia interdum etiam ipsi nos cogimus propria voluntate? Ut ipse in Andria, *Tu coactus tua voluntate es.* Donatus. Poterat breviter dixisse, *Lex coegit.* Sed oratoriè rem in plura divisit. *Vesterhov.*

64. Exquisitè addidit, TENES? ut appareat, Antiphonem vultu ostendere, quod horum nihil perturbatus advertat. *Donatus.*

65. SED, ut diximus (Vide supra ad I. 2. 7.) transitum significat ad aliam rem, ab ea quae agebatur. *Donatus.*

66. Sic dixit ULTIMA PLATEA, quemadmodum *Virgilius* (Aen. II. 449.)

imas

Obsedere fores. Donatus.

IN ULTIMA PLATEA.] H. e. In ultima plateae parte. Suet. Caes. 33. *Extrema concio.* Vide porro ad Heaut. V. 1. 29. *Vesterhov.*

67. IPSUS, sc. *pater.* ADESSE, in hoc loco praesens manere ejus adventum. Et cum hoc dicto abire properat.

68. MS. Mark. QUID? QUID? ABIS, ANTIPHO? MS. Witt. QUID AIS? QUO ABIS, ANTIPHO? *Vesterhov.* HA! QUID AGIS? legit Donatus, Haec adnotans: *Perturbati intercessoris est dicere,* QUID AGIS? *Ut in Andria;* Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? QUO ABIS, ANTIPHO?] *Sic* Virgilius (Aen. X. 649.)

Quo fugis, Aenea?
Et (Aen. X. 369.)
Quo fugitis, socii?

Sic enim loquitur, qui vult ostendere conditionem locorum, in qua perverso modo alius petatur (sc. locus), *alius linquatur.*

69. MANE, MANE, INQUAM.] Omnia haec habent singularem vim in se revocantis. *Donatus.*

Mane, inquam. *An.* [70] Egomet me novi, & peccatum meum: 40

[71] Vobis commendo Phanium, & vitam meam.

Ph. [72] Geta, quid nunc fiet? *Ge.* [73] Tu jam lites audies:

[74] Ego plectar pendens, [75] nisi quid me fefellerit.

[76] Sed

70. Duo dixit; & *Hominem pavidum*, & *Peccatum grave*. Donatus.

71. Comicè, duobus duo retulit: ME ET PECCATUM MEUM, PHANIUM ET VITAM MEAM. Et animadverte, quod amator prius ponit PHANIUM, quam VITAM suam. *Donatus.*

72. GETA, QUID NUNC FIET?]. Apparet, haec sic pronuntianda, quasi adhuc tuto (Codd. meliores & vetustiores habent, *a destituto*. Vest.) dicantur. *Donatus.*

73. TU JAM LITES AUDIES, &c.] Non intulit, quod quaerebatur: Sed verba sunt hominis omnia desperantis. — Tu audies, ego verberabor. ut alibi (Sc. Heaut. II. 3. 115. Ubi, *Huic homini*, legitur), *Tibi erunt parata verba: huic demum verbera.* Donatus. Vide Eun. V. 7. 20. & Heaut. II. 3. 115. *Vesterhov.* LITES, jurgia, increpationes.

74. EGO PLECTAR PENDENS.] PLECTAR, feriar: unde & *plectrum*, & *plagae* dictae. *Donatus.* PENDENS.] Servi olim pendentes vapulabant. Plaut. Amph. I. 1. 123. ex persona servi Sosiae:

Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo:
Nisi item unam, verberatus *quam* pependi *perpetem*.

Alligabatur autem ad pedes pendentium pondus aliquod, ne inter vapulandum calcitrarent, pedibusve peterent eos, a quibus caedebantur. Observante Bosio ad Plaut. Asin. II. 2. 37.

75. NISI QUID ME FEFELLERIT.] Sic Heaut. IV. 1. 1. & IV. 2. 1. Infra V. 1. 8. Plaut. Bacch. II. 3. 64.

Non me fefellit, sensi. Vesterhov.

Sub-

[76] Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria. 45
Ph. [77] Aufer mihi; oportet: [78] quin tu, quod faciam, impera.
Ge. [79] Meministin' olim ut fuerit vestra oratio,

[80] In

Subauditur itaque *animus*, aut *opinio*. QUID, aut est παρέλκον; aut valet, *aliquo modô*, *casu*, vel *aliqua ratione*. Haud absimile est illud And. IV. 1. 18. *Nisi quid Di respiciunt.*

76. Deest *Tamen*; ut sit, *Sed tamen*. Donatus. Cic. Fam. VI. 1. *Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum esse oportere censebas.* Vesterhov.

77. Τῷ ἀττικισμῷ addidit MIHI. Sine hoc enim plena sententia est. *Donatus.* AUFER MIHI; OPORTET.] Formula reprehendendi & silentium jubendi. Infra V. 6. 18. Phaed. III. 6. 8.

aufer *frivolam insolentiam.*
Horat. Serm. II. 7. 43.

aufer
Me vultu terrere.
Plaut. Pers. V. 2. 19.
Jurgium hinc auferas, si sapias.
Aul. IV. 4. 11.

aufer *cavillam.*
Cicero de Oratore II. 64.
Tanta confidentia estis? auferte istam enim superbiam.
Eodem sensu Juvenalis dixit VI. 170.
Tolle *tuum, precor, Annibalem, victumque Syphacem In castris.* Vesterhov.
OPORTET, hic materialiter est accipiendum: bene itaque Paraphrastes Delphini, *Mitte hoc verbum*, Oportet. Subirascitur nempe Getae Phaedria, quasi officii se admonenti, & de sua animi praesentia dubitanti.

78. QUIN TU, QUOD FACIAM, IMPERA.] Mirè ad omnia paratum se indicat, qui IMPERA dicat servo. *Donatus.*

79. MEMINISTIN' OLIM UT FUERIT VOSTRA ORATIO.] Mirè & consilio & oratione compendiosus est: quo magis Phaedriam propriis consiliis & domesticis permoveret. — Ut magis excitaret, non *nostra* dixit, sed VOSTRA. *Donatus.* UT FUERIT

&c.

[80] In re incipiunda ad defendendam [81] noxiam.
[82] Justam illam caussam, [83] facilem, [84] vincibilem,
optumam [85] ?

Ph.

&c. ɔ: quam fuerit, apta scilicet & accommodata *ad defendendam noxiam.* aut UT FUERIT, quae fuerit & qualis, AD DEFENDENDAM, pro defendenda, vel in defendenda noxia.

80. IN RE INCIPIUNDA.] Sensus est, *Quum inciperetis rem*, h. e. *nuptias* Vesterhov. INCIPIUNDA propriè, quasi de re magna, dixit. Sic alibi, *Vide, quid inceptet facinus.* Donatus.

81. NOXIAM nunc *culpam:* alias *poenam.* * Et est ἐπένθεσις, ab eo quod est NOXAM: & hoc factum est propter jambum. *Donatus.* * Improbat hoc Cl. Perizonius ad Sanct. Min. IV. 4. pag. 567. 568. Voce *culpa.* Vesterhov.

82. JUSTAM ILLAM CAUSAM, FACILEM, VINCIBILEM OPTUMAM.] Considera singula, & invenies & naturali ordine, & per αὔξησιν dicta. CAUSAM pro *defensione* posuit: & VINCIBILEM, quae facile vincat. *Donatus.* Habet hic versus oratoriam amplificationem facilitatis causae. *Vesterbov.*

83. FACILEM, h. e. *qua facile sit uti:* si nempe CAUSAM pro defensione, excusatione, praetextu, accipimus, *Facilem ad defendendum;* si CAUSAM, pro re de qua agitur & disceptatur, i. e. pro lite (een Saaq) accipimus. * FACILEM.] Phormionis nempe in Antiphonem. *Vesterhov.* Quidni Antiphoni apud patrem?

84. VINCIBILEM.] H. e. *Quae facile vincat* (Ut adeo FACILEM, VINCIBILEM, sit Figura Hendiadys); teste Donato. Sic *Orator impetrabilis*, qui facile impetrat quod vult. Plaut. Mostell. V. 2. 40. Ita Donatus ad Hec. IV. 4. 63. *Impetrabilior esse debet indulgentissimus pater.* (Simili modo Virgilius dixit *Penetrabile frigus.* Georg. I. 93. & *Penetrabile telum.*

Ph. Memini *Ge.* Hem! [86] nunc ipsa 'st opus ea: [87] aut, si quid potest, 50
[88] Meliore & callidiore. *Ph.* Fiet [89] sedulo.

telum. Aen. X. 481.) Sed Guyetus in ἀνεκδότοις VINCIBILEM exponit, quae facile vinci possit, i. e. obtineri. addens: *Vincere causam, ut vincere bellum, apud Lucanum. Male Donatus exponit* VINCIBILEM, *quae facile vincat. Optime Columella: Terra gravis, & vix cultura ulla vincibilis. Sensu diverso dicitur* victa causa *a Cicerone, i. e. perdita. Perdere litem, Horatius dixit.* τὸ vincere litem *quaerendum. Cur enim non dicatur? Suet. Aug. Quinquaginta millia nummum vicissem. Idem:*

Postquam secundo victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

τὸ Vincere *est vincendo lucrari. vincere causam. Causa vincibilis, i. e. lucrabilis, obtentu facilis.* Eutropius bifariam τῷ *favorabilis* utitur, activè & passivè. *Vesterhov.* Interest quid per CAUSAM intelligatur: si *defensio*, Donati, si *Lis*, Guyeti sententia vera est.

85. Sub. *esse dixistis.* Et hoc OPTIMAM, fuit quasi generalis conclusio, quae alias omnes causae commoditates in se comprehendebat.

86. NUNC IPSA 'ST OPUS EA.] *Causa* scilicet. *Donatus.* Defensione aut oratione.

87. AUT, SI QUID POTEST, MELIORE.] Sic Adelph. IV. 1. 5, Mſ. Witt. SI QUID POTES. *Vesterhov.* QUID, quo pacto, aut ratione, POTEST, fieri potest. Vel Ellipsis est, & subauditur, *ingenium suum, ars sua.*

88. Bene MELIORE & CALLIDIORE: quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum praelium. *Donatus.*

89. Παρέλκον SEDULO. nam suffecerat, FIET. *Donatus.* Studiosè, diligenter.

Ge. Nunc prior [90] adito tu; [91] ego in subsidiis hic ero
[92] Succenturiatus, [93] si quid deficies. *Ph.* [94] Age.

90. ADITO, quasi ad praelium. *Virgilius.* (Aen. V. 378.)
nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum. Donat. Quasi terribilem adversarium.

91. EGO IN INSIDIIS HIC ERO.] Tota μεταφορὰ de re militari est. *Donatus.* IN INSIDIIS, i. e. occulto loco unde improvisus adoriar senem. Sunt autem *Insidiae* proprie, pars copiarum in occulto collocata, ut inde inopinato exoriens, hostem incautum opprimat. Caesar, B. G. VIII. 12. 1. *Silvestribus locis* insidias *disponunt.* III. 20. 4. *Insequentibus nostris, subito pedestres copias, quas in convalle* ex insidiis (Arnold. Montanus edidit, *in insidiis*). *collocaverant, ostenderunt.* Item locus, quo copiae ad hanc rem seponuntur, per metonymiam vocatur *Insidiae.* * INSIDIIS est in pluribus Mss. & Prisciano, Libro de Ponderibus & mensuris. *Vesterhov.*

92. *Succenturiati* dicuntur, qui explendae centuriae gratia, subjiciunt se ad supplementum ordinum; Et est translatio a re militari. *Donatus.* Gloss. Placidi: *Centurias dicimus partes excentas, in centenos milites divisas; unde & qui his praesunt, centuriones dicuntur. Ergo Succenturiati sunt, non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria. Tamen instructi etiam ipsi in speculis positi in bello sunt, ut si primi defecerint, isti quos subesse diximus laborantibus primis subveniant: unde & ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus.* Lindenbrog. EGO IN SUBSIDIIS HIC ERO SUCCENTURIATUS, &c.] Sensus est, *Tuas partes suscipiam, tibique opem feram, quasi post primas militum centurias collocatus*, seu *post primam aciem. Succenturiati* enim propriè dicuntur, qui in centuriis militaribus, seu laborantibus seu occisis substituuntur. Hieron. contra Jo-

Jovin. *Habes praeterea in exercitu tuo plures succenturiatos. Habes scurras & velites in praesidiis.* Eleganti metaphora Phavorinus apud Gellium, XV. 8. *Praefecti popinae atque luxuriae negant, coenam lautam esse, nisi, quum libentissime edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur.* Lusit Plautus, Curc. IV. 4. 29.

Miles pulcre centuriatus *est expuncto in manipulo.*

(i. e. adscriptus manipulo exauctoratorum.) Idem Pseud. 1. 5. 159.

Dum concenturio *in corde sycophantias.*

Et Trin. IV. 2. 160.

Nam epistola illa mihi concenturiat *metum In corde.*

Quibus locis ad centurias suffragiorum respici quidam putant. Caecilius, Triumpho:

Nunc meae malitiae astutia opus est succenturia.

Adde Festum, v. *Succenturiare*; item Vegetium. Similis fere sententia est, Plaut. Cas. II. 7. 13.

Hic ex insidiis hisce ego insidias dabo. Vesterhov.

IN SUBSIDIIS.] Auctore Festo, Subsidium *dicebatur, quando milites subsidebant in extrema acie, labentique aciei succurrebant.* Confer Fabri Thesaur. in hac voce.

93. I. e. Si vel minimum languescas, ac vacilles in certamine: aut si aliqua ex parte laborabis, sive animorum defectu, sive armorum, h. e. argumentorum.

94. AGE.] Potuit dicere *Vero*, aut *Ita*. Sed AGE dixit, quod verbum vim hortantis maximam praebet. *Donatus*. Eun. II. 3. 85. Virg. Georg. III.

en, age, *segnes Rumpe moras.* Vesterhov.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

De. [1] ITANE tandem uxorem duxit Antipho [2] injussu meo?

[3] Nec meum imperium: [4] age, mitto imperium: non [5] simultatem meam

[6] Reve-

1. *Hic exemplum vitae est: in quo spectatur, nullam esse tam justam, & gravem iracundiam patris, quae non & fiducia defensoris, & intervallo temporis evanescat.* ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO &c.] Non potuit vehementius incipere, quam ut ipse crimen, quod objicit, miraretur. TANDEM, hic expletiva conjunctio: Ut (*Cicero*, Catil. I. 1.) *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra.* — Hic totus versus in hoc est, an factum sit? quid factum sit? a quo factum sit? in cujus injuriam factum sit? *Donatus.* ITANE TANDEM.] Iracundiae & stomacho inservit τὸ TANDEM. Infra II 3. 16. Plaut. Truc. II. 7. 47. *ain' tandem? istuc primum experiar.* Vide ad And. V. 3. 4. *Vesterhov.*

2. INJUSSU MEO.] Loquitur pro potestate patria. Sic Hec. IV. 1. 47. Est autem INJUSSU, sine consensu. quomodo vox *jussus* a ICtis capitur in eadem materia, Pr. Inst. de Nupt. quoties nempe sermo est de consensu ejus, qui & jubendi potestatem habet. quamvis filium pater invitum uxori copulare non possit. Conf. And. I. 5. 4. *Vesterhov.*

3. NEC MEUM IMPERIUM.] Rara ἀποσιώπησις: nam non sequitur *Sed.* intulit enim AGE. subauditur autem REVERERI. Sic *Lucretius*, *Nonne videre.*

[6] Revereri saltem? [7] non pudere? ô facinus audax! ô Geta

[8] Monitor. *Ge.* [9] Vix tandem. *De.* [10] Quid mihi dicent? aut quam causam reperient?

Ll 4 [11] De-

re. * Donatus. Lucretius II. 16.

nonne videre
Nihil aliud sibi naturam latrare, nisi ut quoi
Corpore sejunctus dolor absit.

NEC MEUM IMPERIUM.] Citat Cicero Att. II. 19. *Sed mihi nihil est molestius, quam Statium manumissum.* NEC MEUM IMPERIUM? AC MITTO IMPERIUM: NON MEAM SIMULTATEM REVERERI SALTEM? *Vesterbov.* IMPERIUM, potestatem, auctoritatem, sc. patriam.

4. AGE, MITTO &c.] Legitur & TACEO. *Donatus.* Faërnus testatur Donatum h. l. dicere, *Legitur & JECI.* Putat autem legendum esse, *Legitur & AC.* additque ita esse in Codd. Bembr. & Victor. *Vesterbov.* AGE, modò particula concedentis. MITTO, omitto, transeo-

5. SIMULTATEM, jurgium, contentionem. *Donatus.* *Simultas* odium tectum & dissimulatum frequenter notat. *Vesterbov.*

6. Pro REVERERI Nonius Marcellus VERERI legit quomodo & Donatum in And. III. 2. 6. legere observant Rivius cum Georgio & Francisco Fabritiis. Ubi tamen Revereri in meis Codicibus legitur. *Vesterb.* Quicquid sit, Compositum hic stat pro Simplici. Confer Hec. IV. 4. 8. REVERERI, per Enallagen temporis, pro *Reveritum esse:* Vulgò exponunt, *Reveritus est.*

7. NON PUDERE?] Hoc absolutum est & nulli adnexum. *Donatus.*

8. MONITOR.] Titulus servi paedagogi. Vide omnino Barthium ad Stat. Theb. XII. 205.

Olim hic virginei custos, monitorque pudoris.

Horat. Arte Poët. 163.

monitoribus asper.

Videtur *Monitorum* notio e veteri militia essa nata. Symmachus Lib. III. Epist. 13. *Nullam Nestor tertio aevi sui seculo militiae vacationem* po-

[11] Demiror. *Ge.* Atqui reperi jam: [12] aliud cura.
De. [13] Anne hoc dicent mihi, 5

[14] In-

popoſcit; nec Achilli excuſavit aetatis ſuae frigus Phoenix monitor. Silius VIII. 372.
His Scaurus monitor.
Primis autem annis juventutis cuſtodes, deinde cum res agenda erat, praeceptores & *monitores* adjungi ſolitos, ad Nep. Themiſt. 3. Obſervat Gebhardus. *Veſterhov.* O GETA MONITOR!] In hac exclamatione mixtae ſunt indignatio & ironia.

9. VIX TANDEM.] Sub. *pervenit ad me, meminit mei.* Exſpectaverat enim Geta, ut ſe, quaſi hujus rei caput, in primis accuſaret. * VIX TANDEM.] Haec averſus ad ſpectatores dicit. q. d. *Vix factum eſt ut fuerim monitor.* Vide ſupra I. 2. 25. Eſt autem Comicum, VIX TANDEM. And. III. 1. 12. Donatus non cepit. Cic Fam. III. 9. Vix tandem *legi literas dignas Appio Clodio.* Virgil. Aen. II. 128.
Vix tandem *magnis Ithaci clamoribus actus.* Veſterh.
Prior tamen interpretatio ex parte nititur auctoritate Donati, & videtur magis Comica, & magis rei praeſenti conveniens.

10. QUID DICENT, ſi negare voluerint? QUAM CAUSAM REPERIENT, ſi purgare? Omne enim crimen a defenſore aut negatur, aut purgatur. *Donatus.* *Cauſam*, excuſationem, praetextum. ut ſaepe apud Noſtrum.

11. DEMIROR.] Pro *neſcio.* nam admirationem ignorantia facit. *Donatus.* Quem confer ad And. IV. 4. 11. Ubi hoc Plauti Aul. Prol. 1. allegat:
Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar.
Veſterhovius remittit lectorem ad Barth. Adverſ. XXXIV. 12. & Guyetum, Paraphraſtes Delph. exponit, *dubito valde, quid acturi ſint.*

12. ALIUD CURA.] Formula jubentis alterum mittere ſollicitudinem. Sic Ulyſſes apud Homerum, Odyſſ. H. 208.
Ἀλκίνο᾽, ἄλλο τί τοι μελέτω φρεσίν.
Alcinoe, aliud quid tibi curae ſit mentibus. Veſterh.

[14] Invitus feci: lex coegit? [15] audio, & fateor.
Ge. [16] Places.

De. Verum scientem, tacitum, [17] causam tradere advorsariis:
Etiamne id lex coegit? *Ph.* [18] Illud durum. *Ge.* Ego expediam: sine.

De. [19] Incertum est, quid agam: quia [20] praeter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit:

13. ANNE HOC DICENT MIHI,] In paucis Libris est, DICET. *Vesterhov.* DICENT, Antipho, & socii ac defensores ejus facinoris.

14. INVITUS FECI: LEX COEGIT.] Benè Poëta jam scire facit senem, quid isti dicturi sint. ut videatur frangi posse, qui jam partem defensionis admittit. *Donatus.*

15. *Intelligo & assentior.* Paraphrast. Delph. Admitto excusationem tuam, & fateor eam esse probabilem.

16. PLACES.] Haec vox in Mss. quibusdam & editis post an. 1469. etiam Demiphoni tribuitur. In aliis est, PLACET. *Vesterhov.* PLACES, i. e. laudo aequitatem tuam, & indulgentiam.

17. CAUSAM TRADERE ADVERSARIIS.] Hoc cum majore exclamatione dicitur. non enim dixit, *concedere adversariis*, sed quod prius (*pejus*, legit *Vest.*) esset, CAUSAM TRADERE. *Donatus.* Id ICtis *Causam donare adversariis*, *causam prodere*, *praevaricari accusatori* dicitur. *Vesterhov.* Victoriam in causa offerre. *Minell.*

18. ILLUD, sc. *dictum*, aut *argumentum:* Alii *negotium* intelligunt. EXPEDIAM, dissolvam, diluam. SINE, *quiesce.* Paraphrast. Delph. aut sub. *me pro lubitu agere.*

19. Nonnihil jam fracta indignatio est. Nam in his verbis non jam ira, sed admodum moeror est. *Donatus.*

20. QUIA PRAETER SPEM; ATQUE INCREDIBILE HOC.] *Virgilius.* (Aen. IV. 419.)
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem Et

Ita sum [21] inritatus, [22] animum ut nequeam ad cogitandum instituere.
Quamobrem [23] *omnes, quum secundae res sunt maxume, tum maxume*
Meditari secum oportet, quo pacto [24] *advorsam aerumnam ferant,*

* Pericla,

Et perferre, soror, potero. Gravius est INCREDIBILE, quam PRAETER SPEM: & ideo posterius & in actu (*in auctu.* Quidam Codd.) est. OBTIGIT.] pro *accidit:* cujus reciprocum est, si quis bonum *accidisse* dicat, non *obtigisse.* *Donatus.*

21. INRITATUS, provocatus, in iram impulsus: hoc est commotus & perturbatus. *Donatus.*

22. ANIMUM UT NEQUEAM AD COGITANDUM INSTITUERE.] Benè INSTITUERE dixit: quo verbo quies ostenditur cogitativae mentis, quae nunc non adest. *Donatus.* Sic Heaut. V. 1. 47. Adelph. III. 2. 12. Id *argumenta in pectus instituere* dixit Plautus, Mostell. I. 2. 2. Scilicet Catone teste; *Impedit ira animum, ne possit cernere verum.* Vest. INSTITUERE, dirigere, accommodare, componere. *In eum statum disponere seu inducere, ut de eo, quod hic agendum sit, serio cogitare possim.* Minellius. Mireris autem, quod Poëta, tam perturbatum hominem, mox inducit, tam egregiè philosophari.

23. Cicero Tusc. III. 14. sententiam hanc ex Euripide, unde sumsit Terentius, Latinè convertit, e persona Thesei:

Nam, qui haec audita a docto meminissem viro,
Futuras mecum commentabar miserias:
Aut mortem acerbam, aut exsilii moestam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali:
Ut, si qua invecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Paullo post subjungit hosce sex Terentii versus. Idem Philipp. XI. 3. *Est enim sapientis, quidquid homini aci-*

* Pericla, damna, [25] exilia. [26] peregre rediens semper cogitet,

* Aut

cidere possit, id praemeditari ferendum modicè esse, si advenerit. Majoris omnino est consilii, providere, ne quid tale accidat: sed non minoris, fortiter ferre, si evenerit. Pittaci illud fertur: Συνετῶν ἀνδρῶν ἐστι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι, μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. (i. e. *Prudentium virorum est, priusquam adversa contingant, providere ne veniant (praevidere an ventura sint): Fortium vero, quum illa contigerint, aequo animo ferre.*) Citat locum Terentii Ausonius in Periandro:

Ephyra creatus huc Periander prodeo;
Μελέτη τὸ πᾶν *qui dixi: & qui dictum probo,*
Meditationem id esse totum, quod geras:
Is quippe solus rei gerendae est efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.
Adversa rerum, vel secunda praedicat
Meditanda cunctis Comicus Terentius.

Dicta autem haec sunt ex disciplina Stoicorum, providendo & cavendo tristitiam omnem amolientium. *Vesterhov.*

24. Abundat, ADVORSAM. *Donatus.*

* PERICLA, DAMNA, EXILIA PEREGRE REDIENS.] Superiora ἀσύνδετα sunt, inferiora intermissis conjunctionibus. *Sallustius* (in Fragmentis) *Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, & aequore & terra. Donatus.* Epictetus, cap. 28. Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν. *Vesterh.*

25. EXILIA, non apparet apud Ciceronem, hosce versus citantem. In quibusdam Codd. legitur, EXITIA.

26. PEREGRE REDIENS SEMPER COGITET.] Mirè a genere ad speciem non semel transit. Nam

* Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.

[27] Communia esse haec: fieri posse: [28] ut ne quid animo sit novum. 15

Quidquid [29] praeter spem eveniat, [30] omne id deputare esse in lucro.

Ge.

Nam quum dicit, PEREGRE REDIENS, jam de sese loquitur, sed latenter. SEMPER COGITET.] A singulari ad pluralem (imo, *a plurali ad singularem*) transit. Supra dixit, OMNES: at nunc COGITET. Et est ordo, *Semper peregre rediens, quicumque peregre redit.* Donatus SEMPER SECUM COGITET, apud Ciceronem legitur.

* AUT FILI PECCATUM, AUT UXORIS MORTEM, &c.] Quamvis iratus filio, non potuit tamen dicere, *Filii mortem.* Convenit autem seni, UXORIS MORTEM non putare magnum incommodum. *Donatus.*

27. COMMUNIA ESSE HAEC: FIERI POSSE.] Ordo est, *Semper cogitet, communia esse, & fieri posse, peccatum filii, uxoris mortem, filiae morbum.*— *Commune* est, quod accidere omnibus potest. *Donatus.* P. Syrus:

Cuivis accidere, quod cuiquam potest. Vesterhov.

FIERI POSSE. UT, apud Ciceronem non legitur.

28. Cicero legit; NE QUID HORUM UMQUAM, ACCIDAT ANIMO NOVUM. ANIMO NOVUM.] id est improvisum, incogitatum.

29. PRAETER SPEM.] i. e. aliter, melius, quam exspectaverit. nempe si *filium innocentem, filiam incolumem* deprehenderit, & his similia.

30. Pro lucro aestimare, quicquid aliter evenerit. * OMNE ID DEPUTARE ESSE IN LUCRO.] Ms. Graev. DEPUTA. Sic Hec. III. 1. 7.

Omne, quod est interea tempus, priusquam id rescitum 'st, lucro 'st.

Plaut. Merc. III. 2. 10.

id jam lucro est, Quod vivis.

Horat. Carm. I. 9. 14.

Quem

Ge. O Phaedria, incredibile est, [31] quantum herum anteeo sapientia.

[32] Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit,

[33] Mo-

Quem sors dierum cunque dabit, lucro
Appone.

Cic. Fam. VII. 24. *Id ego* in lucris pono, *non ferre hominem pestilentiorem patria sua.* Et pro L. Flacco 17. *Quiescant igitur, & me hoc* in lucro ponere, *atque aliud agere patiantur.* Cato:

Quum dubia incertis versetur vita periclis,
Pro lucro *tibi* pone *diem*, *quicumque sequetur.*

Quomodo legendum esse monet Illustr. Jos. Scaliger, quum vulgo legatur, *quicumque laboras.* Vesterhov.

31. MSS. Lips. & Mark. cum edit. an. 1469. QUANTO. HERUM ANTEEO SAPIENTIA.] Plaut. Bacchid. V. 1. 3.

Solus ego omnes longe antedeo *stultitia.*

Pers. V. 2. 2.

Solus ego omnibus antideo *facile*, *miserrimus hominum ut vivam* Vesterh.

Legitur & ANTEO: Sed pro conjunctivo pronuntiandum, ANTEEO pro *Anteeam.* Donatus. Hinc colligit Vesterhovius Terentium scripsisse ANTE EO, duabus vocibus.

32. MEDITATA MIHI SUNT OMNIA MEA INCOMMODA.] Nimis comice, non clades, aut aerumnas posuit servus, sed INCOMMODA: *Molere in pistrino*, *vapulare*, *habere compedes* & caetera: quum hoc nomen leve quiddam (*malum*) significet: Ut ipse in Eunucho: *Immo enimvero infeliciter: Nam incommoda alia sunt dicenda*, *Parmeno.* Donatus. MEDITATA MIHI &c.] Citat Priscianus Lib. VIII. & passive dictum ait. μεμελετημένα. Cic. Tusc. III. 14 *Quoniam multum potest provisio animi*, *& praeparatio ad minuendum dolorem*, sint *semper omnia* homini humana meditata. Idem de Senect. 20. *Sed hoc meditatum ab adolescentia debet* esse, *mortem ut negligamus.* Plaut. Pseud. IV. 1. 31.

meditati sunt *doli docti.*
Vesterhov.

[33] Molendum [34] usque in pistrino: vapulandum: [35] habendae compedes:
[36] Opus ruri faciundum. horum [37] nihil quidquam accidet animo novum. 20
[38] Quidquid praeter spem eveniet, omne id [39] deputabo esse in lucro.

Sed

33. MOLENDUM USQUE IN PISTRINO.] Facetè enumerat servus universa supplicia suae conditionis, excepta cruce & furca: quarum poenam verbis extenuare non potuit. *Donatus.*

34 Mf. Mark. ESSE IN &c. Mf. Lipf. MIHI ESSE IN &c. Mf. Graev. & edit anni 1469. MIHI EST USQUE IN. Mf. Bodl. MIHI ESSE USQUE IN. Donatus & ESSE & USQUE legit, sed diversis Codicibus. De PISTRINO vide ad And. I. 3. 9. *Vesterhov.* USQUE, jugiter, sine intermissione. Adelph. II. 2. 7.
qui hodie usque *os praebui.*
Virgil. Ecl. IX. 64.
Cantantes licet usque (*minus via laedet*) *eamus.*

35. HABENDAE COMPEDES.] Mf. Traj. *Habendz.* quod valet HABENDUM. Sic in eodem Codice, *molendz* & *faciundz.* De re ipsa vide Parei Electa Plaut. Tit. *Servorum.* Et adde Boeclerum. *Vesterhov.* HABENDAE, portandae. *COMPEDES, catenae colligantes pedes. Servi enim vincti erant in ergastulis, sed pedibus tantum. *Minell.*

36. I. e. rustico labori incumbendum. *Opus* speciatim de agricultura dici, viri eruditi dudum observarunt.

37. NIHIL QUIDQUAM, παρέλκον quartum. HORUM NIHIL QUIDQUAM ACCIDET ANIMO NOVUM.] Tale est illud sapientis Aeneae (Virg. Aen. VI. 103.):
non ulla laborum,
O virgo, nova mî facies inopinave surgit:
Et (Virg. Aen. XI. 18.
Arma parate, animis & spe praesumite bellum. Donatus.

38. QUIDQUID PRAETER SPEM &c.] Totidem

Sed quid cessas [40] hominem adire, & [41] blande in
principio alloqui?

De. Phaedriam mei fratris video filium mihi ire
obviam.

Ph. [42] Mi patrue, salve. *De.* [43] Salve. sed ubi
est Antipho?

Ph.

dem verbis est usus, quot senex, ad irrisionem ejus. Sic & in Adelphis, *Postremò, tamquam in speculum, in patinas, Demea, Inspicere jubeo.* Donatus.

39. DEPUTABO &c.] Hoc idem senex oportere fieri dixit, quod hic facit: ergo sapientior Geta. *Donatus.*

40. Bene ADIRE, quasi terriblem & pugnaturum: Ut *Virgilius* (Vide supra I. 4. 52.)

Audet adire virum.

Et HOMINEM comicè addidit. *Donatus.*

41. ET BLANDE IN PRINCIPIO ALLOQUI?] Rectè monuit, non perpetuo BLANDE, sed IN PRINCIPIO agendum: secundum praeceptum Socratis, qui ait, Μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν εἴκων αὐτοῖς, πεπαυμένοις καὶ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων. *Donatus.* De exordiorum artificio vide Quinctil. Instit. Orat. IV. 1. *Vesterhov.*

42. MI, vim blandimenti habet: nam significat, *meus.* Donatus. Hinc colligi possit, saltem Donati aetate, vocativum *meus* fuisse usitatum: quamquam aliter praecipiant Grammatici recentiores.

43. SALVE. SED UBI EST ANTIPHO?] Bene expressit promtum animum ad litigandum, * partim addita salute, & potius ad jurgium praevertendo. *Donatus.* * Immo *Raptim.* quanquam Libri mei omnes vulgatam lectionem praeferunt. *Vesterhov.* *Partim*, ex parte, non plenè, reddita salute. Tum enim dixisset: *Salve mi nepos: quid agitur? ut vales?* aut simile quid.

Ph. [44] Salvom advenire. *De.* Credo. [45] hoc responde mihi. 25
Ph. [46] Valet. hic est. [47] sed satin' omnia ex sententia?
De. [48] Vellem quidem. *Ph.* [49] Quid istuc? *De.* Rogitas, Phaedria?

[50] Bonas,

44. SALVOM ADVENIRE.] Ἔλλειψις vel ἀποσιώπησις secunda: *gaudeo* enim subauditur. — SALVOM ADVENIRE.] Iracundiam frangere conatur obsequio & mora. *Donatus.* Sub. *Te*, *gaudeo.* quod ne adderet, aestus interrumpentis Demiphonis fecit. — Respondere aliud atque interrogatus sis, Graecis est, τὰς ἐμὰς κρόμμυας πλέκω. *Vesterhovius.* CREDO modò, est gratulationem de adventu cum contemtu accipientis. Confer Hec. III. 5. 7.

45. Emphasis est in τῷ HOC. q. d. Quod quaerebam de Antiphone, id scire expeto, ne tu me adventum gratulando obtundas. *Vesterhov.*

46. VALET.] Hic oratoriè dissimulat, atque ita respondet, quasi senex non iratus quaerat; sed de salute sollicitus sit Antiphonis. *Donatus.*

47. SED SATIN' OMNIA EX SENTENTIA?] Quod vulgò, *Omnia recte?* Et deest *Quaeris*, (fortè, *Quaero*,) aut quid tale. *Donatus.* Notanda Emphasis τοῦ SED, cujus elegans usus est, quoties ad aliam cogitationem flectere alterum studemus. Sic versu 24. Plaut. Asin. III. 3. 29. *Here, salve.* sed *num fumus est haec mulier quam amplexare?* Tum ad illa, SATIN' OMNIA EX SENTENTIA? non λείπει *Quaeris*, quod vult Donatus, sed vel, *Quae is*, vel *obtigerunt*, vel simile. Est autem formula, qualis illa Eun. V. 6. 8. *Satin' salve?* Vesterhov. EX SENTENTIA, ex voto.

48. VELLEM QUIDEM.] Semper hoc verbum

[50] Bonas, me absente, hic [51] confecistis nuptias!
Ph. [52] Eho, an id succenses nunc illi? *Ge.* [53] O artificem probum!
De. Egone illi non succenseam? ipsum [54] gestio 30
[55] Dari

hum dolentis est, ac negantis evenire, * quod voti sit. *Donatus.* * Fortè, *quod in votis sit.* Vesterhov.

49. QUID ISTUC?] Magnam vim habet contra iram hujusmodi interrogatio. *Donatus.* Bona Librorum pars, QUID ISTUC EST? *Vesterhov.*

50. BONAS, &c.] Mire consuetudinem expressit dicendo BONAS. *Donatus.* BONAS, per Antiphrasin, & ironiam, quae majorem habet vim Comicam, quam si dixisset *malas.*

51. CONFECISTIS NUPTIAS.] Sic And. IV. 1. 51. Heaut. V. 1. 22. *Vesterhov.* Conciliastis. *Minell.* Malim, *consummâstis, conclusistis.* | Ostendit ipsi quoque Phaedriae, ut facinoris conscio, iratum se esse.

52. EHO, interjectio admirantis. *Minell.* Huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admiraretur irasci senem. *Donatus.* AN ID.] Codd. quidam: AN TU ID. *Vesterhov.* ID, ob id. ILLI, Antiphoni. & sic loquitur quasi haec culpa nihil ad se pertineat.

53. O non est in Farnab. Delph. & Minell. Edd. Et sanè interdum subauditur. Cic. Fam. V. 2. 19. *Hominem gravem, & civem egregium!* ARTIFICEM, sc. simulandi, astutiarum magistrum, fallaciarum apprimè peritum. Virgil. Aen. II. 125.

Artificis scelus.

De Ulysse: quem Horatius Sat. II. 5. 3. *dolosi* epitheto ornat. * Revera Phaedriam laudat Geta, fronte ad severitatem compositâ, & verbis fidem facientibus causam patruelis defendentem (contra Donatum.) *Vesterbov.* Hoc Geta seorsim, ut Demipho non audiat. *Mer. Casaubon.*

54. GESTIO, vehementer cupio. *Minell.*

[55] Dari mihi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat
[56] Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
Ph. Atqui nihil fecit, patrue, [57] quod succenseas.
De. [58] Ecce autem similia omnia: [59] omnes congruunt:
[60] Unum cognoris, omnes noris. *Ph.* [61] Haud ita 'st. 35

De.

55. DARI MIHI IN CONSPECTUM.] Non dixit *Venire*, ut filium: Sed DARI, ut reum. *Donatus.* Sic Adelph. III. 2. 13. *Vesterhov.* Sisti coram me. *Paraphrast. Delph.*

56. LENEM PATREM ILLUM] O artificium Poëtae! in media patris saevitia mentionem lenitatis induxit, ut ostendat, quam facilè placari possit. — Nota ἀντίθετον. non enim *leni asperrimum*, sed ACERRIMUM reddidit. Et mutavit gradum, positivo superlativum opponens. LENEM PATREM ILLUM, FACTUM, &c.] *Virgilius* (Aen. II. 274.)

quantum mutatus ab illo Hectore! Donatus.

57. QUOD SUCCENSEAS, quamobrem vel leviter irascaris, nedum *acerrimus* illi fias.

58. ECCE AUTEM, Vox est apta his, quae nova & improvisa animo accidunt. Sic *Virgilius* (Aen. II. 403.)

Ecce autem *gemini à Tenedo tranquilla per alta.* Donatus.

59. More stomachantis OMNIA & OMNES, de his dicit quae ad duos pertinent. *Donatus.* CONGRUUNT.] Vide ad Heaut. III. 1. 91. *Vesterhov.* Concordant, bene consentiunt, conveniunt, ὁμογνωμονοῦσι, συμφωνοῦσι. *Minell.*

60. UNUM COGNORIS, OMNES NORIS.] Sic ferè And. Prol. 10. *Vesterhov.* Iterum non *Duos* sed OMNES. Et variè, COGNORIS, NORIS. Sic *Virgilius* (Aen. II. 65).

Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno Disce omnes. Donatus.

Si vel *Cum* ad COGNORIS est subaudiendum.

De. [62] Hic in noxa est, ille ad defendendum caussam * adest.
[63] Quom ille est, hic praesto est: [64] tradunt operas mutuas

 Ge.

61. HAUD ITA 'ST.] Mallet Guyetus, HOC ITA 'ST, tribuens Getae, non Phaedriae. Tum duos, qui sequuntur, versus delet. Sunt autem versus elegantioris Latinitatis, & magis appositi, quam ut à Librariis credantur assuti. Tum laudat eos Asconius Pedianus ad Cic. Verr. II. 12. *Vesterhov.*

62. HIC IN NOXA EST: ILLE AD DEFENDENDUM &c.] Hoc Demipho non sine quadam delectatione dicit (sc. *ob Phaedriae fidem erga fratrem suum patruelem*): quam tamen premit * ob iram praesentem. *Donatus.* * Vix simul consistunt *delectatio* & *ira*. Lego igitur audacter, *ob Phaedriam praesentem.* Vesterhov. HIC IN NOXA EST.] Plaut. Cas. II. 8. 71.
Manifestò teneo in noxa *inimicos meos.*
Merc. IV. 3. 30.
Manifestò teneo, in noxa es. Editio anni 1469. NOXIA. *Vesterhov.* IN NOXA, pro, in crimine, criminis reus. HIC, — ILLE, unus, — alter. Et mirè HIC de absente, ILLE, de praesente. Nisi forsan *Si* ad HIC subaudiatur; Tunc enim HIC est Phaedria; ILLE, Antipho.

* ADEST, verbum proprium patronorum in caussis & litibus forensibus. quod mox, PRAESTO EST. Idem passim Cicero. *Vesterhov.*

63. QUOM ILLE EST, HIC PRAESTO EST.] Huic loco reddidit *Cicero* illum locum in Verrinis. (Locus est Verr. II. 12.) *Qui cives Romani erant, si Siculi essent, tum Siculos eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, si cives Romani essent,* Nam subauditur ad *Qui cives Romani erant, judices dabantur*, ad, *Si Siculi essent*, subauditur *rei*. QUOM ILLE EST.] Ζεῦγμα secundum. nam & hic subaudiendum est, IN NOXA. HIC PRAESTO EST.] *Ad Re-*

Ge. Probe horum facta [65] imprudens depinxit senex.
De. Nam ni haec ita essent, [66] cum illo haud stares, Phaedria.

Ph.

defendendam causam, subauditur. *Donatus.* Minellius hic, praeter morem suum, laudat interpretationem Donati, & quod locum hunc illustraverit exemplo Ciceroniano planè convenienti. De interpretatione consentio, de illustratione non item; nam ingenuè fateor nondum me intelligere verba Ciceronis, in quibus, censente Vesterhovio, αἰνιγματῶδές est, cujus qualemcumque solutionem, ex mente Asconii Pediani, & crisin Lambini in verba Ciceronis, curiosi invenient apud Vesterhovium.

64. TRADUNT OPERAS MUTUAS.] Pro eo Varro apud Non. Marcellum in v. *Grallatores* dixit, *Mutuum muli scabunt.* Vide Bellum Literarium Perizonii & Francii; maxime *Demonstrationem Francianae Barbariei & Inscitiae.* Vesterhov. Mutuo se adjuvant, se vicissim in peccatis defendunt. Mulus mulum scabit. Translatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent. *Minellius.*

65. Ideo IMPRUDENS; quia nescit in amore Citharistriae esse Phaedriam. IMPRUDENS.] Modò *Insciens.* Donatus. DEPINXIT.] Plaut. Asin. II. 3. 22.

Non potuit pictor rectius describere
ejus formam.

Haec ad Spectatores conversus inquit Geta. *Vesterhov.* Metaphora à pictoribus, qui coloribus exprimunt res ipsas. *Minell.*

66. CUM ILLO HAUD STARES.] CUM ILLO, ἀντὶ τοῦ *pro illo.* In ejus parte *stamus*, pro quo facimus. Sic *Virgilius*, (Aen. XII. 565. Ubi nunc, *hac stat.*)

Jupiter hic stat. Donat. Causam illius haud defenderes, tamquam patronus & advocatus. Plaut. Menaechm. V. 2. 47.

Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro.

Hinc stas, illinc causam dicis.

Cas. III. 3. 4. con-

Ph. [67] Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe ad·
miſerit, 40

contrivi diem
Dum aſto advocatus *quoidam cognato meo.*
Phaedr. III. 10. 37.
ſtant patroni, *fortiter*
Cauſam tuentes innocentis feminae.
Horat. Sat. I. 9. 38.
inteream, ſi
Aut valeo ſtare, *aut novi civilia jura.*
Proprie autem de ducibus militibusque in bello dicitur: atque inde ad forum militiamque togatam tranſiit. Ceterum Servius PRO ILLO HAUD STARES legit, ad Virg. Aen. VIII. 653.
Stabat pro templo, *& Capitolia celſa tenebat.*
Sed *ſtare ab aliquo* Ciceronianum eſt. Gr. πρὸς τινος εἶναι. *Veſterhov.*

67. Honeſta locutio, SI EST, UT ADMISERIT: pro, *ſi admiſit.* SI EST, PATRUE, CULPAM UT ANTIPHO.] Oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τῦ αἰτῦντος (*ab aequitate poſtulantis*). IN SE ADMISERIT.] Bono ornatu addidit, IN SE: quum & ſine hoc plenum videri poſſit. Et hic eſt quem *Cicero* (Oratore, 23.) *ſuccum orationis* appellat. *Donatus.* SI EST.] Codd. quidam. SI SIT. De locutione SI EST, UT ADMISERIT, pro, *Si admiſerit.* Vide ad Adelph. III. 5. 4. CULPAM UT — IN SE ADMISERIT.] Recte notat Donatus, IN SE poſſe abeſſe. Plaut. Trin. I. 2. 44.
Ne admittam culpam.
Qui vero non *admittitur*, ſegregatur. Idem igitur de culpa. Plaut ibid. verſ. 41.
omnes bonos bonasque accurare addecet
Suſpicionem & culpam *ut abs ſe* ſegregent.
Citat Priſcianus Lib. XV. τὸ UT exponens per ὅτι. Pulchro autem artificio ea quae ſenex accuſat, verbis placabilibus emollit defenſor Phaedria. *Veſterhov.* CULPAM IN SE ADMISERIT., peccaverit. Horat. Epiſt. I. 16. 53.
Tu nihil admittes in te, *formidine poenae.*

Cae-

[68] Ex qua re minus [69] rei foret aut famae temperans:
[70] Non caussam dico, quin, quod meritus sit, ferat.

Sed

Caesar, B. G. III. 9. 3. *Quantum* in se facinus admisissent, *intelligebant*. Conf. Adelph. IV. 5. 48. & infra, 3. 68.

68. EX QUA RE.] Haud venustè insertum RE, cum praeposuisset CULPAM. *Donatus.* Immo haud invenustè, quod & forsan scripsit Donatus. Hoc autem verbo mitigare videtur Phaedria, quod modò dixerat, CULPAM. EX QUA RE, quamobrem.

69. EX QUA RE MINUS REI FORET AUT FAMAE TEMPERANS.] Elegans πλοκὴ in vocibus RE & REI. Prius de *negotio*, posterius de *re familiari*. Cic. Off. II. 24. Res *autem familiaris quaeri debet iis* rebus, *a quibus absit turpitudo.* Vid. And. I. 5. 21. seq. *Vesterhov.* REI FORET AUT FAMAE.] Docuit, in negotio nuptiarum duabus rebus consuli, REI & FAMAE, hoc est, facultatibus dotis, honestatique natalium. MINUS REI FORET.] Quia pauperem (sub. *duxit*). FAMAE.] Quia ignobilem. TEMPERANS.] Consulens, providens, moderatus. Ut, (Virg. Georg. I. 360. ubi nunc, *a curvis*.)

Jam sibi tum curvis male temperat unda carinis. Donatus.

TEMPERANS, idem est quod parcens, rei aut famae. Plaut. Mostell. IV. 2. 15.

tibi temperem, *quom tu mihi*
Nequeas?

Idem Trin. II. 2. 46.

Minus qui cautè & cogitatè suam rem tractavit.

Sallust. Catil. 25. *Pecuniae, an famae minus parceret, haud facile discerneres.* Vesterhov.

70. NON CAUSAM DICO.] *Non recuso*, non deprecor. QUIN QUOD MERITUS SIT, FERAT.] Rhetoricum θεώρημα in hujusmodi exceptionibus: quo uti solet, qui propositae causae fiduciam gerit. Si hoc aut illud, non oro veniam, non deprecor poenam. *Donatus.* NON CAUSAM DICO, QUIN &c.]

H.

Sed si quis [71] forte malitia fretus sua,
[72] Insidias nostrae fecit adolescentiae,
Ac [73] vicit: [74] nostrane ea culpa est, an judicum? 45

 Qui

H. e. *Nullus intercedo, nec veto, quin poenas commeritas luat.* Plaut. Aul. IV. 10. 25.
Ergo quia sum tangere ausus. haud causificor, quin *eam*
Ego habeam potissimum.
Capt. III. 4. 92.
Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin *mihi*
Et parentum & libertatis apud te deliquio siet.
Cas. V. 4. 23.
si ego umquam adeo posthac tale admisero,
Nulla causa est, quin *pendentem me, uxor, virgis verberes.*
Cic. L. Agrar. III. 1. Numquid est causae, *Quirites*, quin *illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiamque despexerit?* Vester, hov.

71. FORTE, Quasi non defensurus, sed simul causam cogniturus advenerit, nec contendit verum esse quod dicit, ne sollicitum faciat ad credendum. *Donatus.* MALITIA, versutia & fraude. *Paraphrast. Delph.* Plaut. in Milite, III. 3. 67.
Ubi facta erit collatio nostrarum maliciarum,
Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur.
Ibidem, IV. 4. 5.
nimis facetè, nimisque facundè mala est.
Minellius exponit, *malitiosa audacia*, quod minus placet.

72. Mirè INSIDIAS dixit: ut diu comparata causa, per ignorantiam dolosque capti videantur. NOSTRAE. Benè se adjungit ad crimen, ut elevet culpam. ADOLESCENTIAE.] Opportuna actatis commemoratio. Πρὸς τὴν συγγώμην. *Donatus.*

73. VICIT.] Sub. *Nos, in judicio.* Supra I. 2. 82. &, 85. & I. 4. 49. Infra IV. 3. 25. *Vesterhov.*

74. NOSTRANE EA CULPA EST, AN JUDICUM? Potentior facta sententia est τῇ ἐρωτήσει. Et oratoriè, NOSTRANE CULPA, AN JUDICUM?

Qui saepe [75] propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
Ge. [76] Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.
De. [77] An quisquam judex est, qui possit noscere

[78] Tua

CUM? duplex μεἴάθεσις. altera in accusatorem, altera in judices. Et bene suam miscuit personam, ut reum sublevet, & suo merito & multitudine reorum. NOSTRANE — AN JUDICUM?] Mirè assurrexit in fiduciam defensoris. ; nam quum supra de Antiphone dixerit, nunc intulit NOSTRA. *Donatus.* Cic. Philipp. XI. 5. *Sed haec judicum culpa, non mea est.* Vesterhov. AN JUDICUM? Ita cum signo quaestionis edidit Vesterhovius, Donatum secutus; sed Mer. Casaubonus, Paraphrastes Delphini & Minellius, distinctionem minimam posuere, quaestionem ad finem demum sententiae exhibentes, quod & ego, ni Donati reverterer auctoritatem, praetulerim.

75. PROPTER INVIDIAM, invidia impulsi. ADIMUNT, jus suum detrahunt. PROPTER MISERICORDIAM, misericordia moti. ADDUNT, plus aequo attribuunt. *Paraphrastes Delph.* Per *pauperem* Phanium, per *Divitem* Antiphonem designat. Ea autem judicii pravitas etiam lege divina prohibita. Exod. XXIII. 3. Levit. XIX. 15. *Vesterhov.*

76. NI NOSSEM CAUSAM, CREDEREM VERA HUNC LOQUI.] Svavissime laudavit oratorem, qui omnia ad persvadendum idonea advocans, solum conscium non adduxit ad credendum. NI NOSSEM &c.] Obliquè Poëta se laudavit. *Donatus.* Satis laudavit orationem Phaedriae, siquidem tantam vim argumentorum duxit esse in oratione, uti crederet vera dici, ni ipse melius nosset veritatem. *Eugraphius.*

77. Apparet, jam persuasum seni esse, verum adversarium fuisse Phormionem, non subjectum atque appositum sycophantam. *Dona-*

[78] Tua justa: ubi tute [79] verbum non respondeas, 50
[80] Ita ut ille fecit? *Ph.* [81] Functus adolescentuli est
Officium liberalis. [82] postquam ad judices
Mm 5 Ventum

natus. Ita judices iniquitatis insimulatos purgat Demipho, ut secundum probata sententiam tulisse ostendat. Vide Boeclerum. *Vesterhov*.

78. TUA JUSTA, pro *tuum jus*, per Antimeriam, & Enallagen numeri. Et illud *disertè magis & absolute* dictum censet Donatus.

79. I. e. ne unum quidem verbum. RESPONDEAS, sub. *ad accusationem*.

80. ITA UT ILLE FECIT?] Undè scit? an illa Poëtae virtus est, quod omnia ante inducit cognovisse: ne in scena, haec ut nova audiens, tragicis moribus insaniret? *Donatus*.

81 FUNCTUS ADOLESCENTULI EST OFFICIUM.] Oratorie quod objectum est, non purgavit modo, sed etiam ad laudem convertit. quod Rhetores περίςασιν dicunt. Et hoc de Apollodoro. FUNCTUS — EST OFFICIUM LIBERALIS.] Ingeniosè non negavit hoc crimen, occasionem laudis de confessione sumturus. OFFICIUM LIBERALIS.] Potenter OFFICIUM nominat, quod ille *Crimen* appellat. Et nota FUNCTUS OFFICIUM, accusativo casu, quod nos ablativo. *Donatus*. I. e. fecit quod ingenuum decuit adolescentem, dum prae pudore tacebat. Cic. pro S. Rosc. 51. *Pudor ornat aetatem*.

82. POSTQUAM AD JUDICES VENTUM EST, NON POTUIT COGITATA PROLOQUI.] Haec apud Oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur, hoc est translatio causae facti; quem vulgo *colorem* nominant. NON POTUIT COGITATA PROLOQUI.] Ergo quod cogitavit, industriae est: quod nihil dixit, pudoris. *Donatus*. COGITATA, quae praemeditatus fuerat ad defensionem. *Paraphrast. Delph.* COGITATA PROLOQUI.] Cic. Bruto 72. *Ac, si cogitata praeclarè eloqui possent, nonnulli studio & usu elaboraverunt. Vesterhov.*

Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita cum tum [83] timidum ibi obstupefecit pudor.
Ge. [84] Laudo hunc. sed cesso adire quam primum
senem? 55
[85] Here, salve: salvom te advenisse gaudeo. *De.*
[86] Ho!

Bone

83. TIMIDUM, perturbatum. Plautus *, *Nam ut ex mari timida es.* Et ipse in Adelphis: *Me miseram! quidnam est, quod sic video timidum, & properantem Getam.* Donatus. * Forte respicitur locus, qui est Bacchid. I. 1. 74.
Nam ut in navi vecta es, credo timida es. Vesterhov.
TIMIDUM IBI OBSTUPEFECIT PUDOR.] Probabilis narratio, ab exemplis aliorum. Id autem vult, Antiphonem juvenem pudentem vultus gravitatem in judicibus ferre non potuisse. *Vesterhov.* OBSTUPEFECIT, sensu & motu privavit. *Paraphrastes Delph.* NON POTUIT COGITATA PROLOQUI: ITA EUM — OBSTUPEFECIT PUDOR.] *Infans* pudor, i. e. mutus dicitur Horatio, Sat. I. 6. 56. de se ipso loquenti cum prima vice adiret Mecenatem:
Ut veni coram singultim pauca locutus,
Infans namque pudor prohibebat plura profari.
Bene autem TIMIDUM PUDOR, Ubi enim timor, ibi pudor. ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Plato L. I. de Leg.

84. LAUDO HUNC. SED CESSO ADIRE.] Satis defensionis est, ubi Geta jam ADIRE non timeat dominum. *Donatus.* I. e. Mirificè mihi placet Orator Phaedria: quid autem cesso &c.?

85. HERE, SALVE: SALVUM TE ADVENISSE GAUDEO.] Principium a benevolentia. Et vide vernilitatem aptissimam servo callido. Credasne hunc esse qui supra dixerit, *Herus si redierit, Molendum mihi in pistrino, vapulandum*, & cetera. *Donatus.*

86. HO! BONE CUSTOS, SALVE.] Ab initio idem motus servatus est seni. nam idem hoc est quod supra dixit, O *Geta*, *moni-*

Bone custos, salve: [87] columen vero familiae,

[88] Cui

nitor. quamquam per *αὔξησιν* plus significat quod dicit, BONE CUSTOS: quam quod supra, *Monitor.* *Donatus.* OH, pro HO, ediderunt Mer. Casaubonus, Paraphrastes Delphini, & Minellius. Videtur autem esse interjectio exsultantis, & blandientis, per ironiam. uti Adelph. V. 5. 2. *O Syre noster, salve!* & ibidem V. 6. 3. *O! qui vocare?*

87. COLUMEN VERO FAMILIAE.] COLUMEN, culmen. an COLUMEN, columna? unde *Columellae apud* veteres, dicti servi majores domus. Lucil. XXII.

Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam,
Lucili columella, hic situs Metrophanes.

(Eundem versum citat Martialis XI. 90. *Vesterhov.*) *Tubero: Hinc in millesimum annum eorum columine civitas continebitur.* *Horatius* contra pro columine columnam, (Carm. I. 35. 13.)

Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam.

Ennius X. *Regni versatum, summamve columnam.* (Fr. Hesselius ita exhibet: *Regnei versatum, summam vero columnam.* Vesterhov.) COLUMEN VERO FAMILIAE.] Sustentatio vel decus. unde *columnae* dictae. Et moralis *αὔξησις ἐν εἰρωνείᾳ.* *Donatus.* COLUMEN VERO FAMILIAE.] Citra jocum dixit de altero Geta servo. Adelph. III. 4. 35.

solus omnem familiam
Sustentat.

Virg. Aen. XII. 59.

in te omnis domus inclinata recumbit.

Simili vero ironia usus Plautus, Cas. III. 2. 6.

Sed eccum egreditur senati columen, *praesidium popli.*

Idem Epid. II. 2. 5.

senati *qui* columen *cluent.*

Sed & *audaciae columen* dixit, Amph. I. 1. 211. Cic. pro P. Sext. 7. *Unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis,* columen *reip. diceres intueri.* Citat Muretus e Charisio veteris poëtae versus:

Si nunc redire posset ad superos pater,
Qui te tutamen fore putarat familiae,

Do-

[88] Cui commendavi filium hinc abiens meum.
Ge. [89] Jam dudum te omnes nos accusare audio
Immeritò: & horum me omnium [90] immeritissimò. 60
Nam quid me [91] in hac re facere voluisti tibi?

[92] Ser-

Domuique columen, *nonne putas sic diceret:*
Cur te dedecoras? Familiam cur maculas tuam?
Cur rem dilapidas, quam miser exstruxit labos?
Vesterhov. Seriò Horatius de Maecenate, Carm. II. 17. 3.
Maecenas, mearum
Grande decus, columen*que rerum.*
Quod paullo aliter extulit; I. 1. 2.
O & praesidium, & dulce decus meum.
Et Epist. I. 1. 103.
rerum tutela mearum.
VERO ironiae inservit; Virg. Aen. IV. 93.
Egregiam vero *laudem & spolia ampla refertis.*

88. CUI COMMENDAVI &c.] Confer supra I. 2. 21. *Vesterhov.*

89. JAMDUDUM TE OMNES NOS ACCUSARE AUDIO IMMERITO.] Vide quam in his verbis etiam vultus quidam servi contumacis appareat, & versute mali. & hoc est, quod dixerat, *Ego in insidiis hic ero succenturiatus.* Donatus. JAMDUDUM, jamdiu. *Paraphrastes Delph.* OMNES NOS.] Antiphonem, Phaedriam, Phormionem, & me Getam. *Vesterhov.*

90. Legitur & IMMERITISSIMUM in plusculis Mss. & quibusdam Edd. sed Vesterhovius putat, post τὸ IMMERITO elegantius inferri IMMERITISSIMO; cui facilè assentior. * IMMERITISSIMO.] Ut *parvò*, *falsò*; de adverbiis est in O desinentibus, *Donatus.* Caecilius, Asoto: Meritissimo *hic me ejecit ex hac decuria.* Vesterhov.

91. IN HAC RE.] Bona exceptione locutus est, quasi in aliis omnia fecerit. — Quam contemnat iram domini, ut hoc ipso purgatior videatur, ex hoc apparet, quod addidit TIBI. Sic enim dicere solemus, *Quid tibi vis faciam?* quum (in) alieno negotio frustra nos ostendimus laborare.

Do-

[92] Servom hominem [93] causam orare leges non sinunt:

[94] Neque testimonii dictio est. *De.* [95] Mitto omnia: [96] Addo

Donatus. FACERE, praestare. *Paraphrastes Delph.*

92. SERVOM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT.] Hoc enim (Codd. ante Rob. Stephanum habent, *non*, atque ita edidit Erasmus. *Vesterb.*) quasi ignoranti dicit: sed stomachose admonet, velut stultum, qui rem manifestam non cogitet. Vetuste HOMINEM. *Sallustius* in Jugurtha (Cap. 12.) *Quum interim Hyempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillae.* — Mire extenuavit conditionem suam, dicendo non *Me*, sed SERVOM. Et addendo HOMINEM moraliter locutus est. Sic *Virgilius*, (Aen. X. 719.)

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron

Grajus homo. Donatus.

Comicus apud Philon: Οὐ γὰρ μεθεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφυ. Imp. Constant. *Servi * rejiciant in jure personas: quia hujuscemodi conditionis hominibus causas orare fas non sit.*. Lindenbrog.

93. CAUSAM ORARE.] Non proprie. Sic Virgilius (Aen. VI. 849.), *Orabunt causas melius.* Donatus.

Proprie CAUSAM ORARE dixit. Unde Cicero pro S. Rosc. 9. *Ameriam re inorata reverterant.* Plura vide in Apparatu Nizolii. Phaed. I. 10. 7.

Uterque causam cum perorassent suam.

Liv. XLV. 36. *Integro sibi die ad causam eam perorandam opus esse.* Vide quae ex utroque jure huc congessit P. Petitus. *Vesterhov.*

94. NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] *Vis scire*, inquit, *quam non liceat servo pro domino dicere? nec testis loco produci potest.* NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] Varie: non enim dixit, *Neque testimonium dicere.* Donatus. NEQUE TESTIMONII &c.] Harmenopul. Lib. I.

[96] Addo istuc; imprudens timuit adolescens: sine.
[97] Tu servos. verum [98] si cognata est maxume, 65
Non fuit necesse [99] habere: sed, [100] id quod lex jubet,

Dotem

I. Tit. 6. §. 51. Δῆλος ὢ μαρτυρεῖ. L. 13. C. Theod. de Fid. test. L. II. C. Just. de Testib. Novel. Justin. XC. cap. 6. Novel. Leon. XLIX. Servi tamen responso tum credendum est, cum alia probatio ad eruendam veritatem non est. Modestin. Lib. 3. Regul. L. 7. ff. de testib. *Lindenbrog.* NEQUE TESTIMONII DICTIO EST.] Hoc est, jus & potestas testimonii dicendi. Sic *causae dictio*, *juris dictio*, *legis actio*, *testamenti factio*, & similia. Quibus TESTIMONII DICTIO non erat, *intestabiles* dicti, jam inde ex XII Tabb. Eadem porro ratione *ambulatio* in jure notat jus ambulandi in alterius fundo. Et Suet. Caes. 26. *Ut absenti sibi quandoque imperii tempus expleri coepisset*, petitio *secundi consulatus daretur.* h. e. jus petendi. *Vesterhov.*

95. MITTO OMNIA.] Et jam hoc perdidit senex, quod videbatur validum ad accusationem. Ita gradatim illi singula subducuntur, & accusationis impetus evanescit — MITTO, SINO, vim habent contra voluntatem concedentis. *Donatus.*

96. Mallet Palmerius: ADDE ISTUCCE: RUDENS TIMUIT ADOLESCENS. ut respiciatur versus 54. Sed & MSS. quid. & edd. vet. legunt, ADDE ISTUC. *Vesterhov.*

97. TU SERVOS.] Sub. *es.* atque adeo & hoc sino, neque aegre fero te rem non impediisse orando causam, vel testimonium dicendo. *Vesterhov.*

98. SI COGNATA EST MAXUME.] H. e. Fac esse cognatam. *Vesterhov.* Cic. Verr. IV. 68. *Neque enim si maxime statuae dejectae essent, eas ego vobis possem jacentes ostendere.* Noster Eun. V. 2. 26.

nam etsi ego digna hac contumelia
Sum maxume; *at tu indignus, qui faceres, tamen.*

99. HABERE, Uxorem, ἔχειν γυναῖκα, id est, jure possidere. *Minell.*

Dotem daretis: [101] quaereret alium virum.
[102] Qua ratione potius inopem ducebat domum?
Ge. [103] Non ratio, verum argentum deerat. *De.* [104] Sumeret
Alicunde. *Ge.* [105] Alicunde! [106] nihil eſt dictu facilius. 70
De.

100. ID QUOD LEX JUBET, DOTEM DARETIS.] Vide ſupra I. 2. 75. *Veſterhov.* ID QUOD, eleganter pro ſimplici *Quod.* Ecl. III. 35. citante Donato:

Verùm, id quod *multo tute ipſe fatebere majus.*

DARETIS, dare debueratis. And. IV. 4. 54. *Hem*, praediceres.

101. QUAERERET, quam idoneum eſt ad ſignificationem odiorum! *Virgilius* (Aen. XI. 129.),

quaerat ſibi foedera Turnus. Donatus.

QUAERERET, invidioſè dictum, quaſi de viri appetente, at difficulter inventurà.

102. QUA RATIONE INOPEM POTIUS DUCEBAT &c.] Magno ſonitu intulit quod minus momenti habet adverſus illos qui accuſantur, quam illa ſuperiora. — Non INOPEM POTIUS. ſed POTIUS DUCEBAT ſubdiſtinguendum eſt. *Donatus.* Hoc illud eſt, quod Demiphoni exprobrat Phormio, infra II. 3. 10. *Veſterhov.* QUA RATIONE, quo conſilio, quo jure, qua de cauſa. *Minell.* Dixit plenè DUCEBAT DOMUM, quomodo Graeci utrumque, ἄγειν γυναῖκα, & ἄγειν εἰς οἶκον. *Veſterh.*

103. Hoc ita ludibundus abſolvit Geta, ut etiam quaſi per jocum reſpondeat. *Donatus.* Plaut. Trin. II. 4. 17.

Ratio *quidem hercle apparet*, argentum οἴχεται.

Veſterhov.

104. I. e. debuerat ab aliquo mutuari argentum.

105. Repetit illud ALICUNDE ut abſurdè dictum. Donatus vult Getam hoc pronuntiare *quaſi ſubridentem*, & *averſo a Demiphone vultu.* Sed enim magis ad contemtum valet, ſi pronuntiatur a ſervo herum intuente.

De. [107] Postremo, si nullo alio pacto, [108] foenore.
Ge. [109] Hui! dixti pulchre, [110] siquidem quisquam
crederet

Te

106. NIHIL EST DICTU FACILIUS.] Mirè, ut solet, proverbio uno dissolvit totam senis intentionem. Ut in Heaut. *Quid si hoc pater resciverit? Quid si redeo ad illos, qui ajunt: quid si nunc coelum ruat?* Donatus. DICTU.] Faërnus ex Cod. Bemb. DICTO tuetur. *Vesterhov.* Et sanè ita legisse videtur Donatus, verba haec proverbialiter accipiens.

107. Ostendit se senex haec perdere: quum ab his ad alia transscendit exclusus. *Donatus.*

108. VEL FOENORE, legit Donatus, item Codd. quidam MSS. & Impr. post ann. 1469. quod non agnoscitur a Prisciano, citante hunc versum Lib. XV. teste Vesterhovio.

109. HUI! Ludentis est. *Minell.* DIXTI PULCHRE, &c.] Vide quam non laboret ad respondendum Geta: siquidem illi per εἰρωνείαν respondit. CREDERET.] pecuniam committeret. *Donatus.*

110. SIQUIDEM QUISQUAM CREDERET TE VIVO.] Alexander ab Alexandro, Genial. Dier. I. 7. testatur, vetus olim Senatusconsultum fuisse, quod primum a Solone sancitum ad Romanos deductum sit; quo cautum fuerit, patre vivente, filio, qui sub patris potestate est, credi pecuniam non licere: & qui credidisset, petitionem non habere, ne filiusfamilias aere innexus alieno, ut creditum redderet, vel necem patri machinaretur, aut aliunde eam inhonestius quaereret. Citat porro verba ex ipso SCto: *Placere, ne cui qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis, cujus in potestate fuisset, actio petitioque daretur; ut scirent, qui pessimo exemplo foenerarent, nullius posse filiifamilias bonum nomen, inde exspectata patris sui morte fieri.* Et meminit Plautus Legis *quinae vicennariae*, Pseud. I. 3. 69. quae & Laetoria, vetans filiumfamilias minorem quinque

Te vivo. *De.* [111] Non, sic futurum 'st: non potest.
[112] Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
[113] Nihil suave meritum 'st. [114] hominem commonstrarier 75
Mihi

que & viginti annis spondendo obligari. Adde Plaut. Rud. V. 3. 25. seqq. *Vesterhov.*

111. NON, NON SIC FUTURUM 'ST: NON POTEST.] Hic jam palmae locus est debitae Poëtae, siquidem & omnia objecerit Demipho, & omnia solverit Geta: quibus actis sola irrationabilis exclamatio relinquetur seni. NON, NON &c.] Moralis abnegatio frequenti repetitione firmata. *Donatus.* NON POTEST.] Sub. *ita esse;* nempe, *ut ratae maneant hae nuptiae* Minellius notat, τὸ POTEST, pro, *possibile est*, Terentio esse familiare. Heaut. IV. 2. 10. *At sic opinor.* non potest. *immo optume.* Adelph. IV. 7. 25. & V. 7. 11. *Quantum* potest.

112. EGON' ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM &c.?] Hic est de quo supra dictum est, *Illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi? numquam faceret.* Donatus. Sic Cic. Att. XV. 11. *Egone ut beneficium accepisse in contumeliam?* Sub. videar. Horat. Epod. XVII. 56.
Inultus ut tu riseris Cotyttia Vulgata, sacrum liberi Cupidinis? Vesterhov.

113. NIHIL SUAVE MERITUM 'ST.] Ordo & sensus hic est, *Nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram.* SUAVE MERITUM enim, *suavem mercedem* significat. *Donatus.* Luculenta satis haec interpretatio est; ita ut erret Tanaquillus Faber, qui dicit, excerptorem Donati, dum tanti hominis verba in compendium studeat mittere, ipsius interpretationi tenebras offudisse. Apparet ita loqui Fabrum, ut laudem hujus loci explicati sibi soli vindicet. Minellius autem dum annotationem Donati *plane ineptam* vocat, ipse plane ineptus est;

Mihi istum volo, [115] aut, ubi habitet, demonstrarier.

Ge.

est: Ita autem exponit locum, Goveanum & Guyetum secutus (quos tamen Vesterhovius censet, temere mutâsse τὸ MERITUM 'ST, in MERITU' 'ST, *Meritus est*): *Antipho suis factis nihil suave a me, sed omnia acerba & dura meritus est*: vel, *Nihil mibi fecit Antipho suave, ut ei aliquid esse suave permittam.* Faber optime affert ex Plauti Poen. I. 3. 20. & seqq. *Ut non ego te hodie emittam manu*, non *hercle* mercam, *quantum Acheronte 'st mortuorum, neque quantum aquae est in mari, neque nubis quantum, neque stellae in coelo.* Item, Menaechm. I. 3. 34.

Neque bodie ut te perdam, meream *Deûm divitias mibi.*

Horat. Epist. I. 18. 16. ex persona garruli disputatoris;

scilicet, ut non
Sit mibi prima fides; & verè quod placet, ut non
Acriter elatrem, pretium aetas altera sordet.

Locum vero Terentii ita rectè explicat: *Quidquid possim merere, (quidquid a me mereri potest) quaecunque ad me utilitas ex tolerantia mea redire queat: totum id respuam, & longè asperner, nolim Deûm immortalitatem mereri, ea mibi sorderet.* Haec Faber; quem sequuta est filia Dacieria, vertens; *Je ne le ferois pas pour un royaume.* Jeg giorde det ikke for eet Kongerige, ɔ: om jeg end skulle vinde eet heelt Kongerige derved. * Optime exponit ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius Observ. in Script. Eccles. cap. 7. ex mente Donati; *Nibil merear, ut boc patiar.* Ut totum compendii sermonis sit: NIHIL SUAVE MERITUM 'ST, ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM UNUM DIEM. Additque: *Hoc est, Nibil est tanti, nibil est pretii aut lucri tam magni, quod libens capiam, si babendum sit ea conditione, ut boc feram.* Vesterhov. Qui etiam, post Fabrum, auctoritatem lectionis, NIHIL SUAVE MERITUM 'ST, ex MSS. snis universis, & praestantissimis Edd. asseruit.

114. HOMINEM COMMONSTRARIER.] Bono or-

Ge. Nempe Phormionem [116]? *De.* [117] Istum patronum mulieris.

Ge. Jam [118] faxo hic aderit. *De.* [119] Antipho ubi nunc est? [120] *Ph.* Foris.

De. [121] Abi, Phaedria: eum [122] require, atque adduce huc. *Ph.* [123] Eo

ordine pervenit ad Phormionem: a quo magis confutabitur. *Donatus.* HOMINEM, cum contemtu dictum. COMMONSTRARIER, *praesentem ostendi.* Paraphrastes Delph. Benè *Commonstrari*, de *homine:* Sic Heaut. V. 4. 4. Parentes *meos ut* commonstres *mihi.*

115. AUT, UBI HABITET, DEMONSTRARIER.] Mirè ostendit, quam hic senex contemnat Phormionem modo, a quo mox superabitur. *Donatus. Demonstrari*, hic de domo, uti Heaut. IV. 4. 9. *Audisti, modò iste homo quam* villam demonstravit *Charini?*

116. Sub. *Dicis?* aut, *commonstrari vis tibi.*

117. ISTUM PATRONUM MULIERIS.] Hic & contemtum adversarii, & sui fiduciam monstrat. *Donat.*

118. FAXO HIC ADERIT.] Comicum videtur, τὸ FAXO jungere Futuris Indicativi. Eun. II. 2. 54. IV. 3. 21. Infra V. 8. 66. Plaut. Asin. IV. 1. 4.
Horrescet faxo *lena*, *leges quum audiet.*
Poen. I. 1. 34.
Utrumque faxo habebit.
Et versu 45.
at ego jam faxo scies. Vest.

119. ANTIPHO UBI NUNC EST? Mitius nunc quaerit, ubi sit Antipho. Et utrum amatae adhaereat subtiliter, quaerit. quod servus intelligens respondit, FORIS. *Donatus.*

120. PH. FORIS.] Hanc vocem Guyetus in glossis ineditis Getae tribuit. Quae lectio auctoritate non caret. primum enim diserte servi meminit Donatus, qui ita responderit. Tum Ms. Boend. & Edit. quaed. Vet. exhibent, GE. FORIS. *Vesterhov.*

121. ABI, PHAEDRIA, &c.] Opportuna & apta simplicitas attribuitur

Recta via equidem illuc. *Ge.* [124] Nempe ad Pamphilam. 80

De. [125] At ego Deos Penates [126] hinc salutatum domum

De-

tur Demiphoni, nihil tale de Phaedria suspicanti. *Donatus.*

122. REQUIRE.] *Quaere, & cum eo colloquare.* Sallust. Catil. 40. *Uti legatos Allobrogum requirat.* S. Caesarius, Homil. 2. *Infirmos visitare, in carcere requirere, peregrinos excipere.* Vesterhov. REQUIRE, sedulò quaere. Dudum observatum est, *Re* interdum augere significatum. Paraphrastes Delph. simpliciter exponit, per *quaere:* quod nec improbo. Possit etiam Dilogus esse dictum, & sensu praegnanti, pro, *Quaere eum, & mentem ejus ac propositum explora.* Vesterhovius suam expositionem verbo tenus mutuatus est a Gottl. Cortio, ad locum Sallustii allatum. Sed enim ea mihi non ita placet.

123. EO RECTA VIA EQUIDEM ILLUC.] Et amatorem ostendit Phaedriam (*Terentius* sc.): & simul id agit, ne in conspectum patris veniat Antipho. *Donatus.* Ita hoc capere debet senex, quasi dicat se quaesitum ire Antiphonem.

124. NEMPE AD PAMPHILAM.] Nisi hoc Geta dixisset, non intelligerent spectatores quid dixisset Phaedria. *Donatus.* Lentè autem hoc dicit spectatoribus. PAMPHILAM.] Citharistriam nempe, amicam suam.

125. AT EGO DEOS PENATES HINC SALUTATUM DOMUM DEVORTAR.] Ex more scilicet quo peregre advenientes Deos salutare, iisque gratias agere solébant, antequam uxores amicosve convenirent. Plaut. Amph. I. 1. 25. Sosia ab exercitu rediens,

numero mihi in mentem fuit
Dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.

Epid. III. 3. 33.

te pro filio
Facturum dixit rem esse divinam domi
Quia Thebis salvos redierit.

Mil.

Devortar: inde ibo ad forum, [127] atque aliquot mihi

Mil. II. 5. 1.
Inde ignem in aram, ut Ephe-
siae Dianae lauta laudes
Gratesque agam; eique ut
Arabico fumificem odore
amoenè.
Quae me in locis Neptuniis
templisque turbulentis
Servavit.
Stich. IV. 1. 29.
Deos salutatum *atque uxo-*
rem modo intro devortar
domum
Bacchid. II. 3. 113.
Deos *atque amicos iit* salu-
tatum *ad forum.*
Sed & peregre abituri Lares
Viales invocabant. Plaut.
Merc. V. 2. 23. Charinus
amicam peregre quaesiturus
invoco
Vos, Lares Viales, ut me
bene juvetis.
Erant autem cuique civi ac
patrifamilias Dii peculiares
in aliqua parte domus, quos
ipse cum familia sua priva-
tim coleret. Hi vel PENA-
TES, vel (Dii) Domestici,
vel Lares familiares dicti.
Adelph. IV. 5. 65. & 70.
Cic. pro Domo 41. *Quid*
est sanctius? quid omni reli-
gione munitius, quam domus
uniuscujusque civium? hic
arae sunt, hic foci, hic Dii
Penates, *hic sacra, religio-*
nes, caerimoniae continentur.
Vesterhov. *Penates* plures
erant: id quod Procopius
indicat cum ait, in eorum
numerum Janum bifrontem
olim quoque relatum fuisse:
Gothicor. Lib. I. pag. 205.
Ὁ Ἴανος πρῶτος μὲν ἦν
τῶν ἀρχαίων θεῶν, ὃς
δὴ Ῥωμαῖοι γλώσσῃ τῇ
σφετέρᾳ πένητας ἐκάλουν.
Inde Penates familiares utri-
usque sexus nominantur in
Inscriptione vet. Pag. 2.
num. 9.

DIIS. DEABUS.
PENATIBUS.
FAMILIARIBUS.
ET. JOVI. CETERIS
VE. DIIBUS.

Lindenbrog.

126. HINC, ab hoc lo-
co. SALUTATUM, ado-
ratum prima post reditum
prece. Bene DEVORTAR,
quasi de via. *Donatus.* DE-
OS SALUTATUM.] Ele-
gans locutio *Deos salutare,*
quam Servius etiam probat,
Terentii hunc locum lau-
dans, ad Virgil. Aen. XII.
257. *Augurium salutant.*
Sic Livius Lib. XXXVIII.
51.

Amicos advocabo, [128] ad hanc rem qui adsient.
[129] Ut ne imparatus sim, si adveniat Phormio.

51. *Ego hinc extemplo in Capitolium, ad Jovem optimum maximum, Junonemque & Minervam. ceterosque* Deos, *qui Capitolio atque arci praesident*, salutandos *ibo*. Lindenbrog.

127. ATQUE ALIQUOT MIHI AMICOS ADVOCABO.] Jam praeparat ridiculum advocationem: quia (Plerique Libri Vet. *Qua*. Vesterhov.) plures adhibendo jurisconsultos incertior reddetur. AMICOS, & pro testibus, & pro advocatis veteres posuerunt. *Donatus*. Unde & FORUM memorat, ubi testium & advocatorum erat copia. *Vesterhov*.

128. AD HANC REM, in hac causa. *Paraphrastes Delph.* Propriè ADSIENT. *Adesse* enim dicuntur advocati. *Donatus*.

129. NE, pro *non*. Donatus. Dubitantis est SI, pro *si forte*. Plurimi Codices, QUUM ADVENIAT. *Vesterhov*.

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

PHORMIO. GETA.

Ph. [1] ITANE patris ais conspectum veritum hinc abisse? *Ge.* [2] Admodum.

Ph.

1. ITANE PATRIS AIS CONSPECTUM &c.?] *Adhuc narratur Fabula de Terentio & Ambivio ebrio: qui acturus han. Fabulam, oscitans temulenter* (Mſ. Hulst. *Et temulentus*. Vest.), *atque aurem minimo inscalpens digitulo* (Id superbi vel mollis hominis indicium esse, ex Cicerone, Apu-

Ph. Phanium relictam solam [3] ? *Ge.* Sic. *Ph.* Et iratum senem?

Ge. [4] Oppido. *Ph.* [5] Ad te summa solum, Phormio, rerum redit.

Nn 4 [6] Tute

Apuleio, & Amm. Marcellino observat Lindenbrog. *Vest.*), *hos Terentio pronuntiavit versus. quibus auditis exclamaverit Poëta, se talem quum scriberet, cogitasse parasitum: & ex indignatione quod eum saturum potumque deprehenderat, delinitus statim sit* Donatus. ITANE PATRIS AIS?] Haec & labia lingens, ut ebrius: & ructans, utpote satur, pronuntiavit Actor bonus. *Donatus.* Ordo est; Itane *ais patris conspectum veritum* &c. * VERITUM.] Antiphonem, fugientem conspectum patris Demiphonis. *Vesterhov.*

2. ADMODUM annuentis vim habet duntaxat modo: & subauditur VERITUM. *Donatus.* ADMODUM.] Simplex affirmatio est. Plaut. Pseud. IV. 7. 53.

Ba. *Herus tuus?* Ha. *Ita dico.* Ba. *Miles?* Ha. *Ita loquor.* Ba. *Macedonius?*
Ha. Admodum, *inquam.*
Vesterhov.

3. Subauditur, AIS. *Donatus.*

4. OPPIDO.] Non AJO, sed *iratum* intellige. *Donatus.*

5. AD TE SUMMA SOLUM.] Hoc est, a te cuncta explicanda. *Eugraph.* AD TE SUMMA SOLUM, PHORMIO, RERUM REDIT.] Locutio translata ab iis, quibus aut reip. cura, aut bellorum est administratio. iis enim *summa rerum committi* dicebatur. Caes. B. C. III. 5. de M. Bibulo: *Ad hunc summa imperii respiciebat.* Hinc autem secum loqui Phormio incipit, nec ad Getam interloquentem attendit, usque ad versum 8. *Vesterhov.* I. e. Totius negotii moles tibi soli subeunda est. *Summa rerum* in specie est ipsa respublica, aut summum in republica imperium, principatus in reipublicae administratione: Flor. IV. 3. 5. *Ad Octavium Caesarem Augustum* summa rerum rediit. Je-

[6] Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum. [7] accingere.
Ge. [8] Obsecro te. Ph. [9] Si rogabit? Ge. In te spes est. Ph. [10] Eccere. 5
[11] Ph.

Jejuna est expositio Paraphrastae Delphini; *Ad te unum tota haec res spectat.*

6. TUTE HOC INTRISTI: TIBI OMNE EST EXEDENDUM.] Παροιμία apta parasito, quae de cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato moretario dici solet. Et benè INTRISTI: propriè enim *Intrita*, dicitur hujusmodi cibus. *Donatus.* Rusticorum & servorum *Intritum*, quo hic maximè respici videtur, & *alliatum* dicebatur, & *moretum*, & *herbosum:* constabat enim ex allio, caepis, caseo & herbis olentibus. *Intrita* autem, seu *cibus intritus* etiam *collyrae* vocantur, h. e. panis juri immersus. Plaut. Pers. I. 3. 12. Toxilus servus parasitum Saturionem exspectans:

Collyrae facite ut madeant,
& colliphia.

Graece ἐμβροχή. Phaed. I. 26. 7. de Ciconia:

Quae vulpem quum revocasset,
intrito cibo
Plenam lagenam posuit.

Varro R. Rust. Lib. II. 9. de cibo canum: *Nec non ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des* intritum. Apulejus Metam. X. in deliciis numerat: *Coquus qui sapidissimis intrimentis succuum pulmenta condita, vapore mollibat.* Eadem eidem *protrimenta* dicta Simile autem adagium est; *Tute quod aptasti, ipsi tibi nendum est.* i. e. incipiundi auctor extitisti, nunc idem explices oportet. *Vesterbov.*

7. ACCINGERE.] Apara te, atque expedi. *Donatus.* Vide ad Eun. V. 9. 30. *Vesterbov.*

8. OBSECRO TE.] Duobus hisce versibus Getae quidem verba continuam orationem constituunt, OBSECRO TE. IN TE SPES EST. TU IMPULISTI. SUBVENI. Quae vero interloquitur Phormio cogitantis sunt, non respondentis. Bina autem consilia in corde suo instruit Phormio, nimirum quid acturus sit, si

[11] *Ph.* Quid si reddet? *Ge.* Tu impulisti. *Ph.* Sic opinor. *Ge.* Subveni.

Ph. [12] Cedo senem! [13] jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.

N n 5 *Ge.*

si roget Demipho, qui cognata sibi sit Phanium, atque adeo ducenda fuerit Antiphoni, tum si reddat Phanium Phormioni, expulsam matrimonio filii. Ita intelligendum Phormionis sermonem, argumentum sequentis Scenae evincit. *Vesterhov.*

9. Ita sermo Phormionis cohaeret, ut primum sibi quasi objiciat, SI ROGABIT. (Sc. *Demipho, unde sibi Phanium cognata sit?*) Respondet vero, ECCERE, i. e. Ecce habeo. Hem tibi; habeo quod respondeam. Sic Plautus eodem sensu mox *ecce*, mox *eccere* dixit. Mil. II. 2. 48. seqq. Pergit Phormio: QUID SI REDDET? Cui opponit, SIC OPINOR, sub. me responsurum, & confutaturum senem verbis. Quanto magis ineptus est Guyetus, qui non exputans verum sensum *ineptos* vocat *hosce duos versus, & a stulto quodam intrusos.* Vesterhov.

10. Variant MSS. & editi veteres post an. 1469. in quibus est, ECCE. ECCE REM. ECCE RES. Festus Pompejus: ECCERE *jusjurandum est, ac si dicatur,* per Cererem, *ut ecastor, aedepol. Alii* ECCERE *pro* ECCE *positum accipiunt.* Videtur autem potius demonstrandi esse particula. *Vesterhov.* Notante Donato, *Totum hoc quasi alia agens loquitur parasitus: ut ex hoc appareat, quid intersit inter audaciam sycophantae improbi, & patrisfamilias perturbationem minimè litigiosi. nam ille in bona causa advocatos quaerit, & ipse sollicitus in toto actu est: hic in puncto temporis se ad calumniam praeparavit.*

11. Hoc est, *Quid si respondebit?* An, *Quid si mulierem reddet?* SIC OPINOR.] Non ad TU IMPULISTI hoc pertinet: sed ad id quod secum tacitus volvit Phormio. *Donatus.* Sub. *Eludam senem.* Minell. Malim, *Id impediam, prohibebo.*

12. CEDO SENEM!] Hic

Ge. [14] Quid ages? *Ph.* Quid vis, nisi uti maneat Phanium, atque [15] ex crimine hoc
Antiphonem [16] eripiam, atque in me omnem [17] iram derivem senis?

Ge.

Hic alii exclusisse (Forte, *Excussisse.* Vest.) torporem somni inducunt parasitum. Alii transglutisse quod in ore mandebat: quasi hoc morae fuerit ad vincendum senem. CEDO SENEM!] Non parvi moliminis certamen impendet; quum senex dixerit, *Hominem commonstrarier mihi istum volo:* parasitus dicat, CEDO SENEM. *Donatus.* Siste modò senem ad disceptandum. *Paraphrast. Delph.* SENEM cum contemtu dixit; & nunc loquitur ad Getam. Aliter tamen sentit Vesterhovius supra n. 5.

13. Omnes modi, omnia argumenta, quibus senem illudam, sunt jam in corde meo parata. Metaphora sumta est ab exercitu. Q. d. Sic instruxi mea consilia, quasi aciem. *Minellius.* Expressus hic locus e Plauti Pseudolo, II. 3. 10.
Jam instituta, ornata, cuncta in ordine animo, ut volueram
Certa, deformata habebam. Integrum locum laudat Cicero, Nat. Deor. III. 29. *Vesterhov.*

14. QUID AGES?] Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est. *Donatus.*

15. Sic dixit EX CRIMINE ERIPIAM, quasi ex incendio. Considera, trium rerum, quas promittit, gradus per αὔξησιν esse servatos. *Donatus.* Bona MSS. & edd. pars, A CRIMINE, & E CRIMINE. *Vesterhov.*

16. Bene ERIPIAM dixit: quo vim significat doli, pro eo qui jam teneatur oppressus. *Donatus.*

17. *Derivatio* dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet. *Donatus.* DERIVEM.] Conferam, convertam. Cic. Att. IV. 3. *Id poterat inficiari; poterat* in alios derivare. *Vesterhov.* Transferam. *Minell.*

Ge. [18] O vir fortis, atque amicus! verum hoc [19] saepe, Phormio, 10
Vereor, [20] ne istaec fortitudo in nervum erumpat [21] denique. *Ph.* [22] Ah!

Non

18. O VIR FORTIS, ATQUE AMICUS!] Ordine laudavit. plus est enim AMICUS, quam VIR FORTIS. Et apparet adversum (Lego cum Erasmo & Stephano, *aversum*, sub. ad spectatores. *Vest.*) Getam exclamasse: quod majorem vim habet, quam si *Amice* dixisset. O — AMICUS!] Nominativum pro vocativo posuit. *Donatus.* FORTIS, magnanimus, generosus.

19. Benè SAEPE addidit, ut sententiam faceret, de speciali dicto. *Donatus.*

20. VEREOR, NE ISTAEC FOTITUDO IN NERVOM ERUMPAT.] Consuetudine Romana dixit: quia saepe in nervum conjiciebantur, ex aliquo maleficio in carcerem missi. An proverbium a sagittariis natum est: quod immoderatae plerumque vires, adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? An ex eo, quod saepe fortius ferientes, nervum sibi aliquem laedant? Ergo fortitudine nimia saepe vinci, saepe decipi contigit. ISTAEC FORTITUDO.] Nimium audax scilicet. Ei convenit hoc dictum Getae; qui & supra dixerat, *Est parasitus quidam Phormio, Homo confidens.* Donatus. IN NERVOM ERUMPAT.] Sic Eun. IV. 4. 14. Adelph. III. 4. 63. 64. & infra IV. 4. 16. E tribus Donati explicationibus prima magis arridet, ut *Nervus* pro carcere & vinculis dictus sit; quod ex Festo observat Nannius. Sed & familiare est Plauto; (ut Asin. III. 2. 5. Rud. III. 6. 34. de lenone in carcerem ducendo;

melius est te in nervom
correpere.

Et versu 38.

Tu in nervom *rapere.*)

Quia autem virorum fortium est *erumpere*, seu eruptionem facere in hostem, vel ex obsidione erumpere, Geta καὶ ἐξιμωρον dixisse videtur; Est autem *Nervus* vin-

Non ita est: factum est [23] periclum: jam [24] pedum visa 'st via.

[25] Quot

vinculi lignei genus, in quod pedes conjecti arctantur. Nisi forte de ipso suspendio intelligendum. De vinculo intelligenda verba XII. Tabb. AERIS. CONFESSI. REBUS. Q. JURE JUDICATIS.TRIGINTA DIES. JUSTI. SUNTO. POST DEINDE.MANUS. INJECTIO. ESTO. IN. JUS. DUCITO. NI. JUDICATUM. FACIT. AUT. QUIS. ENDO.EM. JURE. VINDICIT. SECUM. DUCITO. VINCITO. AUT. nervo. AUT.COMPEDIBUS. QUINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AUT. SI. VOLET. MAJORE. VINCITO. SI. VOLET. SUO. VIVITO. NI. SUO. VIVIT. QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. ENDO. DIES. DATO. SI. VOLET. PLUS. DATO. Refert Gellius, XX. 1. Cato apud Gellium XI. 18. *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt: Fures publici in auro atque in purpura.* Vesterhov. Amplector quidem primam explicationem Donati: Sed neque duae posteriores incommodum sensum pariunt, nempe; *Vereor*, inquit, *ne haec tanta audacia in tuum proprium malum evadat, tibi ipsi fiat exitio.*

21. IN NERVOM ERUMPAT DENIQUE.] DENIQUE, modo παρέλκον, * Terentiana consuetudine qui hanc particulam in ultima ponit sententia. *Donatus* * Vide supra I. 2. 71. & Comment. ad Heaut I. 1. 17. *Vesterhov.* Interest quo modo ERUMPAT sumatur; si pro *ruat*, *praecipitet se*, quod proprium est audaciae, DENIQUE non videtur παρέλκον: Si vero pro *evadat*, *exeat*, *desinat*, παρέλκον videtur.

22. Hac interjectione ostendit offendi se, & stomachari Getae ob ejus diffidentiam, & sinistram de fortitudine sua opinionem. NON ITA EST. Nihil est periculi; aut, *non est verendum*, *ne in nervum erumpat.*

[25] Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem?

[26] Ho-

23. PERICLUM, tentamentum, experimentum; *Sycophantiarum* scilicet, aut *similium audaciae facinorum, atque hoc est.* * PERICLUM πεῖραν intelligit. And. III. 3. 33. Eun. III. 2. 23. Hec. V. 1. 40. Infra V. 7. 40. *Vest.*

24. PEDUM pro *pedibus*. Et VISA ἀντὶ τοῦ *provisa*. Et totum μεταφορικῶς. *Donatus*. Vestigia quibus insistam nota sunt. *Paraphrastes Delph.* Inveni viam, quâ mihi tutò in tali negotio licet procedere. * JAM PEDUM VISA EST VIA.] H. e. Perspecta jam ratio expediendi illud. Translatio a viatoribus, qui, viam videntes norunt, quà eundum sit. Id igitur velle videtur Phormio, se plus vice simplice idem fecisse, & hanc quasi viam institisse. Distinguunt inter *Viam* & *Semitam*. Plaut. Rud. I. 3. 29.

Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis
Aut viam, *aut* semitam *monstret.*

(Idem, Cas. III. 5. 40.
De via in semitam *degredere.*
Id est, de via lata & recta degrederis in viam angustam & impeditam, h. e. te impedis. ut Lambinus interpretatur.) Ennius Telamone:
Qui sibei semitam *non sapiunt,*
alteri monstrant viam.

Cic. Verr. II. 23. *Jam intelligetis, hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eadem* semita *revertisse* h. e. quae palam erat ablata, occultè reddita est. quo loco promiscuè *via* & *semita* usurpantur. *Vesterh.*

25. QUOT ME CENSES HOMINES JAM DEVERBERASSE USQUE AD NECEM?] Parasitus totum translationibus loquitur. hujusmodi est enim vis umbraticorum hominum, scurrilis oratio *Donat.* DEVERBERASSE USQUE AD NECEM? Credas, idem esse, quod dixit Adelph. I. 2. 10.
mulcavit usque ad necem.

Sed non est; notat enim, *per fraudem, & calumniam bonis evertisse, ac spoliâsse.* Quod Plautus ita extulit, Capt. III. 5. 12.

Qui me, meamque rem, quod in te uno fuit,
Tuis scelestis falsidicis fallaciis

Di-

[26] Hoſpites, tum cives? [27] quo magis novi, tanto ſaepius.

[28] Cedo dum, en umquam [29] injuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? 25

Ge.

Dilaceraviſti, deartuaviſtique opes
Confeciſti omnes res, ac rationes meas.

Conſule omnino Car. Andr. Dukerum, in Opuſc. Var. pag. 431. ſeqq. Quod vero idem V. C. *ſanguinem* nonnunquam pro *pecunia* ſumi obſervat ex Auguſtino, idem & ſervus Plautinus, ſenes argento emuncturus ita extulit Epid. II. 2. 4.

jam ego me convortam in hirudinem,
Atque eorum exſugebo ſanguinem. *Veſterhov.*

26. HOSPITES, TUM CIVES.] Ἀνακόλουθον ſecundum: deeſt enim ſupra, *cum*. Et bene poſterius poſuit id quod majus eſt. *Donatus.* HOSPITES peregrinos.

27. Quô notior via, tantô plures quotidie perdo. Uſus promtum fecit: & quantum accedit peritiae, tantum & maleficiis. *Mer. Caſaubonus.* Poteſt & ſenſus eſſe: *Quo magis novi homines, tanto ſaepius deverberavi.* ut hoc dicat, plures ſe cives, quam hoſpites, fefelliſſe: quo mirè extollit confidentiam ſuam, & calumniandi artificium; Cives enim hoc modo, i. e. ſpecie juris fallere, & difficilius erat & periculoſius, nam & melius norant leges & inſtituta ſua, quam peregrini, & majoribus gaudebant juribus. Niſi ſimpliciter id vult; Non temere ſe intendere fallacias, niſi his, quorum ingenia probe noverit, & quos ſibi nihil male facturos ſciat. Veſterhovius hoc per ὑστερολογίαν dictum putat, pro, QUO SAEPIUS, TANTO MAGIS NOVI. Praeter morem & mentem Terentii, ut opinor.

28. CEDO DUM, EN UMQUAM &c.?] Plus eſt hoc per interrogationem intuliſſe, quam ſi diceret, *Numquam mihi ſcripta eſt injuriarum dica.* Donatus.

CE-

Ge. [30] Qui istuc? *Ph.* [31] Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo,

Qui

CEDO DUM, Dic mihi, quaeso. *Paraphrastes Delph.* EN UMQUAM.] H. e. Umquam ne. Infra II. 3. 1. Plautus saepius. Virgil. Ecl. I. 68.

En umquam *patrios longo post tempore fines.* Vest. In Phraseolog. Terent. Dan. & Edit. Minell. legitur, AN UMQUAM. Vesterhovii interpretatio Servii auctoritate nititur. Liv. X. 8. En unquam *fando* audistis, *patritios primo esse factos, non de coelo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos?* Hic EN pro *Ne* positum non videtur, sed tantum ad intendendam interrogationem.

29. INJURIARUM MIHI SCRIPTAM DICAM.] Ἀκυρολογία. sic enim (fortè, *tamen.*) & *Tullius* (Verr. II. 15.) *Scribitur Heraclio dica.* DICA.] *Dice* causa est Graecè, quae fit Latinè DICA: Ut *Acte Acta*, *Calliope Calliopa.* Donatus. I. e. Injuriarum nomine me in jus vocatum esse. *Paraphrastes Delph.*

30. QUID ISTUC?] Interrogare fingitur Geta, ut parasitica progrediatur oratio. *Donatus.* QUI, vel ut Alii cum Donato legunt, QUID, *quamobrem.*

31. QUIA NON RETE ACCIPITRI TENDITUR, NEQUE MILUO.] Rursus per ἀλληγορίαν loquitur parasitus: ut totum triviale sit a conviviis escisque translatum. *Donatus.* Optimè congruit in parasitum Allegoria *Milui*, quem *rapacissimam & famelicam semper avem* esse affirmat Plinius, Hist. Nat. X. 10. * Juvenal. II. 63.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Videtur autem omnino respicere *aucupia verborum & literarum tendiculas*, quarum rerum *in callido versutoque jure* locum esse ait Cicero pro A. Caecina, 23. *Vesterhov.* TENDITUR.] Legitur & *Tennitur.* habet enim *N* litera cum *D* communionem. *Donat.* In Codd. quibusdam est, TENNITUR. ἀρχαϊκῶς. MILUO

Qui [32] male faciunt nobis: [33] illis, qui nihil faciunt, tenditur.
[34] Quia enim in illis fructus est: [35] in illis opera luditur.

[36] Aliis

LUO est in MSS. plurimis, & impressis optimis, non MILVIO, quod vulgo legitur, estque (MILUO,) vox trisyllaba. Vide Gifan. Ind. Lucret. V. *Reliquus*; & Interpp. ad Phaed. I. 33. 3.

Columbae saepe quum fugissent miluum. Vesterhov. Adde Horat. ex Edit. Baxtero-Gesneriana, Epist. I. 16. 50.

Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, & opertum miluus hamum.

Tanaquillus Faber, & Faber Soranus, vocem *Milvius* in barbariem ablegant. Ceterum haec verba parasiti ex parte sunt falsa, magisque scomma satyricum, quam proverbialem sententiam in se continent.

32. MALEFACIUNT, nocent. * Ore & ungvibus scilicet. *Donatus*.

33. I. e. avibus innocuis.

34. QUIA ENIM &c.] Παρέλκον tertium: quo aut QUIA (& sic ENIM subjungatur) aut ipsum ENIM supervacuum est. *Donatus*. Sed ENIM hic potest *nimirum* denotare. IN ILLIS, *qui* nihil faciunt nobis male. Ita enim in Donato legendum est, pro *Quia*. * FRUCTUS.] Cibus: quia *frumen* dicitur tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur. *Donatus*. Vide Fabri Thesaur. L. Lat. V. *Frumen*. Vesterhovius. FRUCTUS, emolumentum, commodum: aut praemium laboris, ut proxime sequenti opponatur.

35. IN ILLIS, Qui malefaciunt nobis. LUDITUR.] Exercetur (*quae explicatio nihili est.*) An *illuditur*, id est, frustratur, *Donatus*. Plaut. Cas. II. 7. 1.

Si nunc me suspendam, meam operam luserim. Vesterhov.

[36] Aliis aliunde est periclum, [37] unde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt [38] nihil esse. dices, [39] ducent damnatum domum. 20

[40] Alere

36. H. e. Variis periculis expositi sunt divites, mille petuntur modis, ut aliquid ab iis auferri queat; i. e. nunc vi aperta, nunc occultis insidiis, nunc forensibus strophis, & calumniarum laqueis.

37. UNDE ALIQUID ABRADI POTEST.] Metaphora a ligno & dolabra. Cic. pro A. Caecina. 7. *Posteaquam videt nihil se ab A. Caec na posse litium terrore* abradere. Plin. Paneg. 37. *Destringi* aliquid & abradi *bonis*. Mss. Bodl. & Graev. ABRIPI. *Vesterbov.* ABRADI, per vim auferri. *Donatus.* Cur autem *per vim?* quasi vero aliae non sint viae, opes auferendi.

38. SCIUNT, Sub. *Adversarii mei*, vel, *quos injuriis affeci*. * NIHIL ESSE.] *Rei* scilicet. *Donatus.*

39. DUCENT DAMNATUM DOMUM.] Secundum jus scilicet, quo obaerati, quum solvendo non essent, ipsi manu capiebantur. DUCENT &c.] Miris usus est verbis ad extenuandam poenam, & rem ad commodum transferendam; nam quod obaeratis inimicum est, id parasitus maxime optat, duci ab aliquo donum. Addidit autem DAMNATUM quasi qui irrideat genus damnationis in qua victor pascere compellitur, & pascitur victus. *Donatus.* Iidem & *judicati*, & *addicti*, & *nexi* dicebantur. Consule Gronov. Observ. II. 11. Respexit huc Peniculus itidem parasitus, apud Plaut. Menaechm. I. 1. 20.

Nam ego ad Menaechmum nunc eo, quo jam diu
Sum judicatus, *ultro eo ut me vinciat.*

Bacchid. V. 2. 87. Philoxenus senex de se & Nicobulo itidem sene Bacchides sequentibus:

ducite nos, quo lubet, tanquam qu d m addictos. Senec. Benef. III. 8. *Pecuniam pro* addicto *dependit.*

O o Fe-

[40] Alere nolunt hominem hominem edacem. & [41] sapiunt, mea quidem sententia,
[42] Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.
Ge. Non potest satis pro merito [43] ab illo tibi referri gratia.
Ph. [44] Immo enim nemo satis pro merito [45] gratiam regi refert.

[46] Ten'

Festus Pompejus: Addicere *damnare est.* Damnati autem proprie *duci* dicebantur. Plin. Lib. X. Epist. 97. de Christianis: *Duci jussi.* Vesterhov. Objectio. Q. d. Dicere posses; quamvis injuriarum postulatus & damnatus, non habeam quod solvam, tamen astringi possum ad servitutem, ut qui non sum solvendo. *Minell.*

40. ALERE NOLUNT HOMINEM EDACEM.] Sensus est, *Sciunt edacem* (esse me), *& ideo nolunt alere.* Donatus. Scilicet Decemviri sanxerunt, *nexos*, ni suo viverent ali a creditoribus. *Vesterhov.*

41. SAPIUNT.] Sibi consulunt. *Donatus.* Sapienter agunt.

42. Parasiticè BENEFICIUM SUMMUM dixit ALERE. PRO MALEFICIO.] Pro injuria. REDDERE.] Retribuere, reponere. *Donatus.*

43. AB ILLO, Antiphone, pro quo ita laboras. * Multum promittit Geta parasito, quum dicat, nihil futurum, quod pro merito possit accipere. *Donatus.* GRATIA REFERRI, praemium reddi, aut, beneficium retribui, officium vicissim praestari.

44. IMMO ENIM hic est contradicentis, aut corrigentis: Bene ergo Paraphrastes Delph. *Contra ego sentio*, exponit. * IMMO ENIM NEMO SATIS PRO MERITO &c.] Bene parasitus, quidquid praestat, debere se dicit. *Donatus.*

45. GRATIAM.] Vicem. REGI.] *Rex* aliàs regnator, alias dominus, alias dives significat. *Donatus.* Praeter quas Donatus memorat notiones, *Rex* etiam convivii magister dictus, vocans invitansque alios. *Ve-*

[46] Ten' [47] asymbolum venire! [48] unctum, atque lautum e balneis, 25

 [49] Oti-

Vesterhov. REGI, conviva- tori, seu alumno, activo sensu. * Conqueritur de quinque horum versuum obscuritate Scaliger Poëtic. IV. 1. Guyetus animosius recidit tres versus: duosque insequentes pro suspectis habet, *Boeclerus.*

46. Q. d. An non hoc summum beneficium dici debet? *Minell.* Sc. *te asymbolum venire*, & caetera. Obscuritas horum versuum non quidem in sensu, sed in contextu orationis, est: minor autem erit, si huc tantisper referas versum 30, & verba sic ordines; *Quum tu rationem ineas, quam sint suavia, & quam cara sint haec; Scilicet, te asymbolum venire*, & sic porro: *Quum, inquam, hanc rationem ineas, nonne hunc habeas planè praesentem Deum, ea qui praebet?* Potest etiam ad haec, TEN' ASYMBOLUM VENIRE, subaudiri *Convenit*, vel, *aequum est:* quae videtur esse mens Vesterhovii, is enim ad vers. 31. ἀνακόλουθον statuit in verbis, NON TU HUNC HABEAS PLANE PRAESENTEM DEUM, pro, *Neque habere hunc plane praesentem Deum?* Et ea pendere ait a versu 25. Quod autem hic apposuit Vesterhovius signum exclamationis, id nihil aliud quam turbat contextum. Sane Edd. Hackii, Delph. & Minellii pro eo comma habent. Ceterum suaviter & comicè parasitus hic & in sequentibus de certa persona loquitur, Getâ nempe, quum tamen intelligat quemlibet alienae mensae asseclam: Et est enallage personae.

47. TEN' ASYMBOLUM VENIRE! UNCTUM, ATQUE LAUTUM E BALNEIS.] Haec non ab Apollodoro, sed e sexto Satyrarum Ennii translata sunt omnia:

Quippe sine cura, laetus, lautus, quom advenis,
** Infertis malis, & expedito brachio,*
Alacer, celsus, lupino exspectans impetu,
Mox dum alterius abligurias bona: quid

Cen-

49 Otiosum ab animo: quum 50 ille & cura, & sumtu absumitur,

51 Dum

Censes dominis esse animi? pro Divûm fidem!
Ille tristis cibum dum servat, tu ridens voras. Donatus.
* Libri quidam, *Insertis*, quomodo & Cl. Hesselius edidit. TEN' ASYMBOLUM.] Similis fere constructio est illa Horatii, Serm. II. 8. 67.

Tene, ut ego accipiar lautè, torquerier omni
Sollicitudine districtum; ne pauis adustus,
Ne male conditum jus apponatur; ut omnes
Praecincti rectè pueri comtique ministrent?

Est vero Ἀσύμβολος immunis, qui nil symbolae loco confert in convivium. Cui contrarium ast And. I. 1. 61. *Symbolam dedit*. Unde eleganter Gellius VI. 13. *Quum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes & asymboli veniremus, conjectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, sed argutias quaestiostionum.* De differentia autem inter συμβολὰς & σύμβολα agit Casaubonus, Animadvers. in Athen. Lib. III. cap. 31. Adde Herald. Digress. I. 21. p. 243. ad Tertullian. Apolog. 39. *Vest.*

48. UNCTUM, ATQUE LAUTUM E BALNEIS.] Tangit morem & luxum veterum, quibus unctiones & lotiones quotidianae, non sine maximis sumtibus. Unde Plautus Rud. II. 7. 22.

Eluas te, an exungare, ciccum non interduim.

H. e. Lavando an ungendo bona dilapides. Idem Trin. II. 4. 5. (de argento.)

Comesum, expotum, exunctum, elotum in balneis.

Pers. I. 3. 10.

lautum, *credo*, a balneis *Jam hic affuturum.*

Cic. pro Dejot. 6. *Huc te e balneo, priusquam accumberes, ducere volebat.* Et cap. 7. *Quid igitur causae excogitari potest, cur te lautum volueris, coenatum noluerit occidere?* Balneae enim coenas antecedebant. Vesterhov. LAUTUM, lavatum; ut in loco Ciceronis posteriore, quem adduxit Vesterhovius: & est modò participium, non adjectivum. UNCTUM, ATQUE LAUTUM, per Hysterologiam dixit:

[51] Dum tibi sit, quod placeat: [52] ille ringitur, tu rideas:

 [53] Prior

dixit: Lotio enim praecedebat unctionem. Secundum Scholiasten Aristophanis, in Plut. 615. cujus verba Graecè adduxit Vesterhovius, *Veteres, postquam lavabant, totum corpus oleo perungebantur, ut* pori, *quos calor aperuerat, occluderentur, neque aërem extrinsecus acciperent.*

49. OTIOSUM AB ANIMO.] Πλεονασμός. Nam addidit AB, quum sufficeret ANIMO. *Donatus.* Aliter And. V. 2. 1.
Animo *nunc jam* otioso *esse impero.*
Ad eundem modum dixit Plautus, Truc. IV. 3. 59.
Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio *est* improbus.
Sic Animo vacuum dixit Sallustius Jug. 52. *Vesterhov.* OTIOSUM &c. i. e. expertem omnium curarum.

50. Sensus est: *Ejus valetudo curâ, & ejus res sumtu, consumitur*: ILLE enim venustè nunc ponitur, & pro homine ipso, & pro ejus facultatibus, quas non uno loco *Substantiam* vocat Quinctilianus. * CURA in apparando, SUMTU in coëmendo. *Donatus.* CURA ET SUMTU ABSUMITUR.] Conficitur. παράλληλον est Heaut. III. 2. 53. *Quem assiduè exedent* Liv. *Quos pestilentia absumsit.* Vesterhov.

51. Dummodo tibi sit bene, & ex sententia accipiaris. Horatius, Serm. II. 8. 3.
sic, ut mihi *numquam In vita* fuerit melius.
Laudante Vesterhovio. Potest & exponi, *Dummodo habeas.* FIT, i. e. paratur, ex Codd. Bemb. & Victor. & membran. quibusd. affert Vesterhovius. *Acuenda vox in eo, quod ait* TIBI, monente Donato.

52. Poëtico lepore & iisdem syllabis diversa significantia prope invicem posuit, RINGITUR ET RIDEAS. ILLE RINGITUR, TU RIDEAS.] Variè: nam pronuntiativo (i. e. *Indicativo*) conjunctivum miscuit. Non enim dixit, *Ringatur. Ringi* est stomachari tacitum. est enim translatio a canibus la-

[53] Prior bibas, prior [54] decumbas: [55] coena dubia
[56] apponitur?

Ge.

latraturis. *Donatus.* L. Pomponius, Pistore:

Fit desubito hilarus, tristis:
saltat, ridens ringitur.

Cic. Att. IV. 5. *Si & ille libenter accipiet, & hi* subringentur, *qui villam me moleste ferunt habere.* Et Nonius Marcellus *irascitur* exponit. *Vesterhov.* Canes propriè dicuntur *Ringi*, cum irritati rictum diducunt, quasi latraturi, aut morsuri. Itaque *Ringi* dicitur, qui irascendo gestus & modos canum irascentium imitatur, ostendendo sc. dentes, crispando nasum, & corrugando frontem. *Minellius.* Hunc & quatuor versus sequentes Guyetus inficetè vocat insititios.

53. PRIOR BIBAS, &c.] Ὑστερολογια, pro, COENA DUBIA APPONITUR. PRIOR DECUMBAS: PRIOR BIBAS. non intellexerim autem de coena antecursoria Apuleji, Metam. IX. quae *Promulsis* dicitur Ciceroni, Fam. IX. 20. *Gustatio* Petronio. Vide P. Colvium ad Apulej. loc. cit. sed de ordine bibendi. uti enim prior decumbens honoratur prae ceteris, sic & prior bibens. *Vesterhov.* PRIOR, nempe ceteris convivis.

54. DECUMBAS.] H. e. Accumbas, discumbas, quomodo Eugraphius legit. Plaut. Asin. V. 1. 1.

Agedum, decumbamus *sis, pater.*

Et saepe alibi. *Vesterhov.* PRIOR DECUMBAS, I. e. in potiore, vel honoratiore parte lecti.

55. COENA DUBIA.] Imitatus Horatius, Serm. II. 2. 76.

vides, ut pallidus omnis
Coenâ *desurgat* dubiâ?

Imitatus & Ausonius, Mosella, 102. de salmone pisce:

dubiae *facturus fercula* coenae.

Galli vocant, *un ambigu.* Sic *dies dubius*, pro multis gaudiis referto. Pacuvius apud Nonium: O *multimodis variè* dubium, *& prosperum copem* diem! In quibus verbis *prosperum* valet prosperorum, ut *copem*, copiosum. *Vesterhov.* Satis comicè redderemus; Eet twiwlagtigt Maaltiid, vel, twiwlagtige Retter.

Ge. [57] Quid istuc verbi est? *Ph.* Ubi tu dubites, quid [58] sumas [59] potissimum.

56. APPONITUR?] Triclinaria sunt, παρατιθέναι & *apponere*. Plaut. Mil. III. 1. 163.

appositum *est ampliter.*

Pseud. III. 2. 26.

Apponunt *rumicem*, *brassicam*, *betam*, *blitum.*

Trin. II. 4. 69.

Apposita *sit* coena, *popularem quam vocant.*

Horat. Serm. II. 8. 16.

Albanum, Mecaenas, sive Falernum (Sc. Vinum.)
Te magis appositis *delectat; habemus utrumque.*

Quod & *anteponere* dixit Plautus, Menaechm. II. 2. 1.

Bene obsonavi, atque ex mea sententia:
Bonum anteponam *prandium pransoribus.* Vesterhov.

57. QUID ISTUC VERBI EST?] Ut intelligat populus, idcirco non intelligit, & vult doceri Geta. Ostendit autem Poëta, pro unaquaque re verba propria esse, neque communia cum iis, qui diversi sunt actus. *Donatus.* QUID ISTUC VERBI EST? &c.] Pari festivitate Plautus, Aul. III. 6. 25.

Eu. *Quo quidem agno, sat scio,*
Magis curionem *usquam esse ullam belluam.*
Me. *Volo ex te scire*, quid sit agnus curio.
Eu. *Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet.*
Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet,
Ita is pollucet, quasi laterna Punica. (Rectius, *pellucet.*)

Legendum enim *Curionem*, non *curiosam*, e Festo Pompejo patet: Curionem agnum *Plautus pro macro dixit, quasi curâ macruisset.* Vest.

58. SUMAS.] Proprie de cibo & potu. Horat. Carm. I. 27. 9.

Vultis severi me quoque sumere
Partem Falerni?

Phaed. IV. 2. 4.

Nondum matura est, nolo acerbam sumere.

Evang. Joh. XIX. 30. de Servatore: ὅτε ἔν ἔλαβε τὸ ὄξος. Vesterhov. Eligas. *Paraphrastes Delph.*

59. Non *Potius*, sed POTISSIMUM dixit: ut in re omni alia aliis monstra-

Haec, quum [60] rationem ineas, [61] quam sint suavia, & quam cara sint. 30

[62] Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem Deum?

Ge. Senex adest: [63] vide, quid agas. [64] prima coitio 'st acerrima.

Si

straret potiora. *Plautus* (Menaechm. I. 1. 27.) *Standum est in lecto, si quid de summo petas.* Donatus. Priscianus Instit. Gramm. III. POTISSIMUM facit adjectivum & interpretatur, *Optimum.* Vesterhov.

60. Intelligas, aestimes. *Donatus.* Seriò tecum reputes. *Paraphrast. Delph.* Vide ad Heaut. IV. 2. 7. *Vesterhov.*

61. QUAM SINT SUAVIA, ET QUAM CARA SINT.] Nonnihil philosophatus est Poëta, ostendendo multis suavia esse quae cara sint. CARA.] Magni pretii. *Donatus.*

62. Hoc est, quod ait, IMMO ENIM NEMO SATIS PRO MERITO GRATIAM REGI REFERT. *Praesentes* Dii sunt, vel qui statim praestant: vel qui coluntur, & videntur, ut Sol & Luna. Alii PRAESENTEM pro potentissimo accipiunt. ut *Virgilius.* (Georg. II. 127.) *quo non praesentius ullum.* Donatus. Menander:

τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω Θεόν.

Virgil. Ecl. I. 42. *Nec tam* praesentes *alibi cognoscere* Divos. (Ubi per *Praesentes* intelligi volunt faventes, propitios) Georg. I. 10. *Et vos, agrestum* praesentia numina, *Fauni.* (Ubi vide Servium) Cic. Catil. II. 9. Deos praesentes *auxilium esse laturos.* Plin. Hist. Nat. II. 7. Deus *est mortali juvare mortalem.* Cl. Mamertinus, Paneg. Maximiano Herculeo dicta, cap. 2. *Qui te* praesentem *intuemur* Deum. Vesterhov. NON, nonne. HABEAS, habere debes, ɔ: reputare & colere tamquam Deum?

63. VIDE, QUID AGAS.] Non terrentis est, sed excitantis. *Donatus.*

Si eam fustinueris, [65] postilla jam, ut lubet, [66] ludas licet.

64. Translatio est a praelio. nam & congredi milites, & *coire* dicuntur. *Donatus.* Plaut. Amph. II. 2. 25. Primo coetu *vicimus.* * Primus impetus. *Mer. Casaubonus.* Sola tibi inceptio, & ingressus est arduus. *Eugraph.*

65. POSTILLA.] Sic And. V. 4. 33. Pun. I. 2. 47. Heaut. III. 1. 38. Plautus passim. Sunt autem Codd. MSS. & Vet. impressi, in quibus est, POST ILLAM (sc. *Coitionem*): sunt, in quibus est, POST ILLUM (sc. *senem.*) Vesterhov. JAM, mox. * POSTILLA JAM, UT LUBET, LUDAS LICET.] In officio militari omne negotium vel pugna, vel ludus. *Donatus.*

66. LUDAS LICET.] Pro voluntate, ut videbitur, inludes. *Eugraph.* LUDAS.] Simplicissimus sensus est, Ludus erunt reliqua, jocusque, non praelium, non justa pugna. Quia vero Donatus etiam *Ludum* ad militare negotium retulit, possit videri intelligendum simulacrum illud pugnae, quo tirones exercentur. Unde illud Horatii, Arte 379.

Ludere *qui nescit, campestribus abstinet armis.*

Sed & inde *Ludus gladiatorius* dictus. Ut adeo Geta ambiguitate τȣ͂ LUDAS queat videri elegantiam quaesivisse, q. d. Confligas quidem, sed ita, ut ludere potius, quam confligere videare. *Vesterhov.*

ACTUS SECUNDI
SCENA TERTIA.
DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

De. [1] En umquam cuiquam [2] contumeliosius
Audistis factam injuriam, quam haec est mihi [3]?
[4] Adeste, quaeso. *Ge.* [5] Iratus est. *Ph.* [6] Quin tu hoc age. st!

[7] Jam

1. EN UMQUAM &c.?] *In hac Scena, ut Rhetoribus placet, veluti quaedam controversia est, quae uno tempore ex utraque parte tractatur. Ut si quis dicat, legem esse, ne de eadem re bis agatur: & item, ut orbam proximus ducat. Quidam absente patre sub hoc nomine uxorem coactus est ducere. vult illam pater adveniens ejicere matrimonio: contradicitur. Meminisse autem debemus, in omni contentione ea maxime dici, quae simplici patrifamilias & calumnioso sycophantae, improbissimoque parasito congruere, Poetae visa sunt.* EN UMQUAM — AUDISTIS &c.] Jam instructi sunt advocati: & recte. longum enim fuerat omnia haec post scenam (fortè, *in scena*) geri. EN UMQUAM.] EN vim habet indignationis post enarratam injuriam. *Donat.* EN.] Excitat ad considerandum rem magnam. Ipsum interrogationis σχῆμα rem attollit. cui ἀποστροφὴ ad similitudinem quiritationis facta pondus adjicit: ADESTE QUAESO. *Boeclerus.*

2. Majori cum contumelia.

3. *Facta injuria*, subauditur. *Donatus.*

4. ADESTE, QUAESO.] Interim advocati Demiphonem sequi inducuntur. Et ridiculè tacent prius (i. e. *dum agitur controversia, & eos loqui oportet*) postea locuturi. Et ADESTE propriè. *Adesse* enim

cau-

[7] Jam ego hunc agitabo. Prô Deum immortalium [8]!
Negat Phanium [9] hanc sibi [10] cognatam Demipho? 5
[11] Hanc Demipho negat esse cognatam? *Ge.* [12] Negat.

Ph.

causae, propriè dicuntur patroni & amici. ADESTE, QUAESO:] Propriè advocatis *Adeste* dixit (Sic Eun. IV, 6. 26. *Vest.*) Et quia ipse properantius pergit, rogat ut assequerentur. *Donatus.*

5. Hoc ad excitandum Phormionem dicitur. *Donatus.*

6. Annuit ut taceat. ST significat silentium. *Donatus.* De Phrasi, HOC AGE, Vide ad And. I. 2. 15. & Eun. I. 2. 50. sic infra 88. *Vesterbov.*

7 Modò JAM celeritatis est signum. HUNC cum contemtu dixit. AGITABO, perturbabo. *Donatus.* AGITABO.] Exercebo, perterrefaciam, commotum reddam. Cic. pro Roscio Amer. 24. *Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat.* Virg. Aen. XI. 770.

Spumantemque agitabat equum.
Eodem sensu dixit And. V. 2. 23. & Adelph. IV. 2. 48. *Vesterbov.*

8. Ἔλλειψις, deest *Fidem*, aut quid tale. *Cicero* in Oeconomico, *Quid igitur, prô Deûm immortalium! primum eam docebas quaeso?* — Artificiose prior exclamat, ut Demipho qui injuriam passus est, ultro impetum accusationis incurrat. *Donatus.*

9. Additum pronomen est: quasi notam omnibus diceret. *Donatus.*

10. COGNATAM DEMIPHO?] Haec est flagitatio, quae etiam nomen tumultuosè persequitur atque exagitat. Ideo callidus sycophanta patrisfamilias proprium nomen non solum invidiose infert, sed etiam repetit. *Donatus.*

11. Ovid. *Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis*

Ph. Neque [13] ejus patrem se scire, qui fuerit? *Ge.* Negat.

De. Ipsum esse opinor, de quo [14] agebam. * sequimini.

Ph. [15] Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? *Ge.* Negat.

Ph. [16] Quia egens * relicta est misera, ignoratur [18] parens. 10

[19] Negli-

dis, ait. Repetitio testandae indignationis quasi justissime. *Mer. Casaubon.*

12. NEGAT.] Una opera Geta in duplici versatur dolo. nam & audiente jam sene, se ejus defensorem tamquam absentis, assimulat: & irritat ad vociferationem Phormionem, qui clamandi ulterius causam non haberet, si taceret Geta. *Donatus.*

13. Sub. *Fatetur.* Vesterhovius confert Heaut. I. 1. 12. Ubi Schottus doceat duas negationes, *Neque nemo*, affirmare. SCIRE, nôsse: Potest & PATREM comicâ Enallage posuisse, pro, *pater;* Ut Plautus, Cas. V. 1. 5.

Lubet Chalinum, quid agat scire, novom
Nuptum *cum novo marito.*

14. I. e. Loquebar, deliberabam vobiscum.

* SEQUIMINI.] Apparet, Demiphonem, ut patremfamilias, perturbari non mediocriter: quippe qui & advocatos conquisiverit adversus hominem sine advocatis agentem, & progredi non audeat, nisi illi sequantur. *Donatus.*

15. Tantundum, quod modo dixerat, *Neque ejus patrem scire:* nisi quod nunc nomen proprium patris infert, ad augendam Demiphonis invidiam, ut qui hominem nôsse dissimulet, quem ipse & alii tam probè noverint. * Haec asseveratio mentientis est, imitata veritatem. NEC STILPHONEM IPSUM SCIRE.] Quam multa calumniatores clamandi causa dicunt, & vociferandi: ut ipso strepitu terreant. *Donat.*

16. QUIA EGENS RELICTA EST MISERA &c.]

[19] Negligitur ipsa. [20] vide; avaritia quid facit!
Ge. Si herum [21] insimulabis avaritiae, male audies [22].

De-

&c.] Communis locus avaritiae generalitate approbatior, facilius enim hoc de omnibus, quam de Demiphone credatur: & ideo IGNORATUR dixit, & NEGLIGITUR; non, *Ignorat*, nec, *Negligit Demipho*. Donatus. Menander:
Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.
Plaut. Stich. IV. 1. 16.
Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, Itidem amici collabascunt. Res amicos invenit.
Ennius, Alexandro:
Multei alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina Vesterhov. * RELICTA.] Propriè de orbis altero, vel utroque parente. Heaut. III. 3. 41. Vesterh.

* IGNORATUR.] Non agnoscitur, ignorarique fingitur hoc enim significat modo. *Donatus.* *Ignorare* est notitiam dissimulare, atque adeo aspernari. quo sensu h. l. explicat Janus Gulielmius in Amphitr. Quaest. cap. 6. Vide Donat. ad Eun. V. 9. 59. *Vesterhov.*

18. PARENS.] Pater. nam ut variaret, *Parentem dixit*, quem supra dixerat PATREM. *Donatus.*

19. NEGLIGITUR.] H. e. Non respicitur, contemnitur. Haec pauperiorum fortuna. Sic mox versu 19. Adde And. I. 1. 44. & Adelph. IV. 3. 16. *Vesterhov.*

20. VIDE; AVARITIA QUID FACIT?] Haec conversus ad circulum & coronam circumstantium dicit, & conqueritur. Nulla enim re magis populus concitatur, quam si quis egenum contemnat. Inde & *Sallustius* (Catil. 37.), *Bonis invident, & malos extollunt.* VIDE; AVARITIA.] Propriè VIDE stomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui. Sic in Adelphis (V. 1. 4.) *Illud sis vide, exemplum disciplinae!* Donatus.

21. *Insimulare*, est crimen ingerere. — *Insimulatio* est & falsi & veri criminis

De. [23] O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit?

Ph. [24] Nam jam adolescenti nihil est, quod succenseam,

[25] Si illum minus norat: [26] quippe homo jam grandior, 15

Pauper,

minis incusatio. Sic *Cicero* (Catil. III. 5.) *Nihileorum, quae Galli insimulabant, negarunt.* Donatus. Plaut. Stich. I. 2. 19.
Quasi numquam quidquam in eas simulem.
Per Tmesin, pro, *eas insimulem.* Idem alibi saepius. *Vesterhov.* Quod a Parasito generaliter dictum videri poterat, id servus per speciem defensionis applicat ad herum, satis comicè. Quid. MSS. & Impr. pro AVARITIAE, legunt MALITIAE. observante Vesterhovio.

22. Scilicet a me. *Donatus.* Imo ab omnibus. *Calumniator, & falsiloquus aestimaberis.* Paraphrastes Delphini.

23. Hic jam ostenditur, persuasum esse Demiphoni, vim adhibitam filio suo, uxorem ducere: uno, quum hunc *audacem* appellat: altero, quod dicit ETIAM. quae conjunctio & Antiphonem complectitur, & sic (corr. *se*) accusatum. *Donatus.*

24. NAM JAM ADOLESCENTI NIHIL EST, QUOD SUCCENSEAM.] Sic subtiliter ac latenter purgatur a Phormione apud patrem Antipho. nam quum dicit, NIHIL EST QUOD SUCCENSEAM ADOLESCENTI: ostenditur, adhuc succensuisse, & inimico fuisse animo. Quum autem addit, SI ILLUM MINUS NORAT, ostenditur contradixisse sibi, & restitisse judiciò. — *Succensère* dicemus eum, qui quum amare debeat, laesus irascitur. Et vide, ut veteratoriè ostendat, contradixisse adolescentem. *Donatus.*

25. Non dixit *Non norat:* sed, MINUS NORAT: quasi & ipse nosse debuerit. *Donatus.* ILLUM, Stilphonem.

26. QUIPPE HOMO JAM GRANDIOR &c.] Ar-

Pauper, [27] cui opera vita erat, [28] ruri fere

Se

Argumentalis narratio dicitur, quae nunc subjecta est ad fidem faciendam, & constituendam personam desensoris. JAM GRANDIOR.] Propriè *Grandis* ad speciem refertur aetatis. ut *grandis puer*, & *grandis virgo: grandis natu*, senex dicitur. *Donatus*. Cujus ex mente, comparativus hic non differt significatione a positivo: & adducit Virg. Aen. VI. 305.

Jam senior, *sed cruda Deo viridisque senectus*.

De loco Virgilii ita res est; at Noster GRANDIOR dixit, ad senectutem Stilphonis amplificandam, in majorem Demiphonis invidiam. Non tamen displicet, quod porro addit Donatus, GRANDIOR, non *grandis* dicere parasitum, quasi dicat, *qui grandior fui, quam ut illum adolescens optime nosse possem*. Adolescentes scilicet parum quaerunt notitiam senum.

27. OPERA sexti casus est, & VITA nominativi. *Donatus*. CUI OPERA VITA ERAT.] Ita citat Priscianus, Instit. Grammat. Lib. XV. Sensus est, cui opus erat victus; seu, qui opus rusticum faciendo vitam tolerabat, victumque quaeritabat. Expressum e Graeco: ὦ τὸ ἔργον ἦν ὁ βίος. Plaut. Stich. III. 2. 9. (De mustela murem auferente.)

illa vitam *repperit hodie sibi*.

Trin. II. 4. 76.

Neque illi concedam quidquam de vita *mea*

(*De vita*, i. e. de victu. Interprete Beza, qui hunc Terentii locum advocat.) Enn. Annal. II.

nauteisque mari quaesentibu' vitam

Ubi Columna laudat Antipatri illud:

ὁδ' ἐκ πόντοιο μαστεύων ζωήν.

Evang. Luc. XV. 30. Ὁ καταφαγὼν σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν. Eodem sensu Sallustius Jug. 73. (6. De opificibus & agrestibus) *Quorum res, fidesque in manibus sitae erant.* Ovid. Metam. III. 588.

Ars illi sua, census erat.

Athen. Lib. I. Cap. 7.

Οὐ-

Se continebat: ibi agrum [29] de nostro patre
Colendum habebat. [30] saepe interea mihi senex
Narrabat, se hunc negligere cognatum suum:
[31] At quem virum! quem ego viderim [32] in vita optumum. 20
Ge.

Οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει,
Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρω τούτων τέχνη.

Est igitur τὸ OPERA casus rectus, contra ac sentit Donatus. *Vesterhov.* De *Vitae* significatu confer Donatum supra I. 3. 12.

28. RURI FERE SE CONTINEBAT.] FERE, plerumque. — Expresse ostendit miseriam hominis, qui in urbe natus interdixerat sibi accessu ejus, ob pudorem inopiae. nam hoc significat CONTINEBAT: unde *contenti* dicuntur in malis durantes. Hoc autem veteres faciebant nobiles, quum ad paupertatem redacti essent. *Donatus.*

29. DE, pro *ab.* NOSTRO PATRE, Demiphone, quicum haec mihi controversia est. COLENDUM HABEBAT, mercede nempe conductum. Virgilius, Aen. XII. 520.

conductaque pater tellure serebat

Citante Donato.

30. SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT.] Miserabiliter & invidiose positum SENEX: & majore fide NARRABAT dixit, non *Querebatur.* Et vide congestionem argumentorum. *Donatus.* Ordo est: INTEREA SENEX (Stilpho) SAEPE NARRABAT MIHI, HUNC (Demiphonem) COGNATUM SUUM NEGLIGERE SE. *Vest.*

31. AT QUEM VIRUM!] Qualitas injuriae a dignitate personae: multi enim tales fiunt, ut cognitione abdicandi sint. *Donatus.* AT QUEM VIRUM.] Formula amplificandi. Sic Eun. III. 5. 42. Cic. Fam. IX. 26. *Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem.* At quem virum! *Non eum quem tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ovum affero.* Et post pauca:

Ge. [33] Videas te, atque illum, ut narras. *Ph.* In malam crucem [34]!

Nam

ca: *Qua munditia homines! qua elegantia!* Vesterhov.

32. Modò IN VITA, in actu, in moribus. *Donatus.* Potius ad vitam Phormionis retulerim. q. d. *Optimum eorum, quos ego in vita mea viderim.* Vesterhov. Cui volens accedo.

33. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM, UT NARRAS.] Hoc est, parentem (*parem*, feliciter conjecit Vesterhov.) te illi existimo, atque illum tibi. An potius servus, sciens hanc personam fingi, vel certe etiam mortuum hominem induci, male precatur parasito: ut etiam ipse, aut nusquam sit, ut fictus: aut pereat, ut mortuus. *Donatus.* Cujus reliquas interpretationes prudens omitto. Minellio τὸ VIDEAS aut est imperantis monentisque Phormionem, quasi dicat Geta; *Vide ut tu sis talis, qualem te ais vidisse illum;* id est, *Vir optimus.* quo pacto per consequentiam negabitur, Phormionem esse virum bonum. Aut est male precantis Phormioni, & optantis, ut se videat aeque miserum, pauperem, & ab omnibus relictum, quemadmodum ipsum Stilphonem se vidisse dixerat. Utrovis modo verba accipiantur, τὸ ATQUE hoc loco similitudinis esse putat, idem nempe quod *quemadmodum*, ὡς, ὥσπερ. Posterior interpretatio non caret sua probabilitate. *Haec, quae de te & illo narras, tibi sint curae; quid ad nos?* Paraphrastes Delph. *Fuerit ille & tu, quicquid vis; quid ad nos?* Dacieria. * Mihi id velle videtur Geta, *Crediderim, tui similem fuisse senem illum tuum, quem tantopere laudas, optimumque vocas.* Sensus igitur fuerit: VIDEAS TE, ATQUE ILLUM, sub. *Vides.* Simile fere illi, supra II. 1. 37. *Quum ille est, hic praesto est.* Mericus Casaubonus componit illud Eun. III. 2. 6.

... hem alterum!
Ex homine hunc natum dicas.

Vesterhov.

Haec interpretatio sine dubio praestat ceteris: & Ironia valde amara verbis inest.

Nam ni [35] ita eum existumassem, [36] numquam tam graves
[37] Ob hanc [38] inimicitias caperem in nostram familiam,
[39] Quam is aspernatur nunc [40] tam illiberaliter.

Ge.

Tamen ne nihil quoque ego comminiscerer, putabam sensum esse posse: *Specta te atque illum, prout de moribus ejus narras, & vide quantum vos intercedat discrimen. illum optimum virum fuisse praedicas, tu pessimus es homuncio.*

34. Sub. *Abi, cum cavillis tuis,* vel, *conviciis.* * Gr. ἐς κόρακας. Minell.

35. Virum optimum judicassem.

36. NUMQUAM TAM GRAVES &c.] Hoc non quasi timidus, sed quasi religiosus & fidelis loquitur Phormio. *Donatus.*

37. OB HANC.] Tamquam praesens sit mulier, de qua lis est: sic demonstrativa particula usus est, dicendo HANC. OB HANC.] Id est, pro filia ipsius. *Donatus.*

38. *Capere* dicimus, quum id quod in nobis est, assumimus. unde *capere* pro eligendo ponitur. *Donatus.* NUMQUAM TAM GRAVES INIMICITIAS CAPEREM IN NOSTRAM FAMILIAM.] I. e. Me meamque familiam tam gravibus inimicitiis non objecissem. Quidam Codd. Vesterhovio observante praeferunt: IN VOSTRAM FAMILIAM. Et sanè ita est in Edd. Hackiana, Minell. & Delph. Tum vero IN significabit, *contra.* Prior Lectio cum raram suppeditat locutionem, *capere in se inimicitias*, pro, *ultrò subire*; tum quoad sensum plus habet ponderis, & admistam quoque ironiam in Demiphonem.

39. QUAM IS ASPERNATUR.] Intellige *puellam.* Cujus cognatum se non fingit Phormio, sed paternum amicum. Vide supra I. 2. 78. Mſ. Witt. IS DEMIPHO ASPERNATUR. *Vesterhov.* Nomen Proprium stomachose additur. * ASPERNATUR.] *Aspernari* (forte *Asperni*) est aver-

Ge. Pergin' hero absenti [41] male loqui, impurissume. 25

Ph. [42] Dignum autem hoc illo est. *Ge.* [43] Ain' tandem? Carcer! *De.* Geta.

P p 2 *Ge.*

averti, non solum corpore, sed etiam animo. *Aspernari*, recusare, avertere, non cognoscere. Est autem dictum a *sperno*. Donatus. Sanè *Sperno* antiquitus significavit, *segrego*, *disjungo*. Plaut. Capt. III. 2. 2.

Nunc spes, opes, auxiliaque
a me *segregant*, spernuntque se.

Ubi Douza adduxit ex Ennio:

Jus atque aequum se a malis spernit *procul*.

40. TAM ILLIBERALITER.] Apud veteres ILLIBERALITER dicebant *factum*, si quis excessisset omne genus maleficii. Sic in Adelphis

factum a vobis duriter,
Immisericorditerque: atque etiam, si est, pater,
Dicendum magis apertè, illiberaliter.

Vides more αὐξήσεως, *Illiberaliter* pro *magno* hic ultimum poni. *Donatus*. Ergo *inhumanè*, *turpiter*.

41. MALE LOQUI, pro *male dicere*. Et quaerit Probus, quis ante *Terentium* dixerit. Argutè HERO ABSENTI: Ut videatur fidelior, qui defendat absentem: quod praestans argumentum est, id in animo habuisse Getam, etiam peregrinante domino. IMPURISSIME.] Improbissime. *Donatus*. HERO ABSENTI MALE LOQUI.] Quod Probus quaerebat, nec Donatus expediebat, ita ante Terentium dixit Plautus, Capt. III. 4. 31.

at etiam, furcifer,
Male mihi loqui *audes?*

Adde Menaechm. I. 2. 16. Poen. III. 3. 13. & 16. Truc. II. 2. 10. *Vesterhov.* HERO ABSENTI, i. e. in herum absentem.

42. Meruit scilicet ut ei male diceretur. AUTEM hic asseverantis particula.

43. AIN'.] Ἀπόστροφος nota est, quae separat *E* ab *N*, & intermittit *S* literae sonum: est enim integrum, *aisne*. CARCER!] Non *carcerarium*, sed *carcerem*

Ge. [44] Bonorum extortor, [45] legum contortor. *De.* Geta.

Ph. [46] Responde. *Ge.* [47] Quis homo est? ehem! *De.* Tace. *Ge.* [48] Absenti tibi.

[49] Te

cerem asperius appellavit. sic *Lucilius*. *Carcer vix carcere dignus.* Et *Vix* pro *Non.* Donatus. τὸ Tandem hic est indignantis. Plaut. Truc. (II. 7. 47.) Ph. *Lubitum est.* Str. Ain' tandem? *Minell.* CARCER! O homo perpetuo carcere dignissime. *Paraphrastes Delph.* Integrum Lucilii versum ex Merula restituit Nob. Douza:
Hic scurra: hic carcer: carcer vix carcere dignus.
Vide (Donatum) ad And. I. 2. 12. *Vesterhov.*

44. BONORUM EXTORTOR.] Ingeniose de ipso negotio sunt ficta convitia. *Donatus.* BONORUM, pecuniarum, facultatum. neque enim *bonorum hominum*, quod sentire videntur Boeclerus & Vesterhovius, qui adducunt haec Ciceronis in L. Pisonem 27. *Age, Senatus, odit te, quod eum tu facere jure concedis, afflictorem & perditorem, non modo dignitatis & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui.* EXTORTOR, raptor. *Paraphrast. Delph.* scilicet per sycophantias, & lites injustas. *Extorquer*, qui invito quomodocunque suum aufert. Phraseolog. Dan. ex parte ad mentem Boecleri, En som deler og prakker got Folk deres fra. Priscianus Instit. Grammat. Lib. IX. citante Vesterhovio legit, BONORUM CONTORTOR, LEGUM DISTORTOR. Ubi BONORUM adjective sumitur, CONTORTOR autem valet, vel *vexator*, vel *corruptor*.

45. LEGUM CONTORTOR.] Depravator, malignus interpretator. *Minell.* I. e. qui leges a vero detorques sensu, seu earum sensum pervertis, in tuum lucrum, aliorum damnum. Hi tituli, quibus nunc ornat Phormionem, non incommodè redderentur Danicè; Din Snyder, (Optrækker), Din Tingstud.

46. Timuit Poëta, ne hujusmodi vociferatio Getae

[49] Te indignas, seque dignas contumelias
Numquam cessavit dicere hodie. *De.* [50] Ohe! desine.
30
[51] Adolescens, primum abs te hoc [52] bona venia peto

 Si

tae, quasi veram discordiam apud populum fingeret: & ideo facit jam a Phormione ipsum admoneri. *Donatus.* RESPONDE.] Hero nimirum Demiphoni. Dicit autem hoc clanculum, ne Demipho exaudiat. *Vesterhov.*

47. Mirè servus finxit, se non vidisse senem: ut ea quae dixerit, in Phormionem sincerè dixisse credatur. Et mirâ dissimulatione addidit HOMO: ut videatur nihil de praesentia domini cogitasse. *Donatus.* EHEM! Interjectio agnoscentis vocantem. *Minell.* scilicet, quasi ex improviso.

48. ABSENTI TIBI.] Tunc fidelis opera est, si absens aliquis defendatur. hoc ergo confirmat, velut indicando. *Donatus.*

49. H. e. Te indecentes, se vero decentes. Plaut. Curc. IV. 2. 27.
Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico.
Verum si dignis dicitur, benedictum 'st, meo quidem animo.

Val. Max. IX. 2. 1. ext. de Reguli cruciatibus. *Tormenti genus* haud dignum passo, auctoribus dignissimum. Vide Eun. V. 2. 27. *Vesterhov.* SEQUE DIGNAS CONTUMELIAS.] Id est, quas ipse debet audire. *Donatus.* CONTUMELIAS, maledicta. Plaut. Pseud. IV. 7. 77. citante Vesterhovio: Contumeliam *si* dices, *audies.* * HODIE, modò. *Minell.*

50. OHE! DESINE.] Hac voce ostendit, plus justo pro se locutum videri Getam. Nam OHE interjectio est, satietatem usque ad fastidium designans. DESINE.] Imponit silentium Getae: quasi validiora dicturus sit. *Donatus.*

51. ADOLESCENS, &c.] Est haec auctoritas in senibus, ut qui minoris aetatis fuerint, illos appellatione pueri, vel adolescentis, vel juvenis etiam ostendant; ut hoc de nomine illis quidem detrahant, sibi vero auctoritatem attribuant.

Si tibi placere [53] potis est, mihi ut respondeas:
[54] Quem amicum tuum ais fuisse istum? [55] explana mihi:
Et * qui cognatum me sibi esse diceret.
Ph. [56] Proinde [57] expiscare, quasi non nosses [58]. *De.* Nossem? *Ph.* Ita. 35
De. [59] Ego me nego: tu, qui ais, * redige in memoriam.

Ph.

ant. Sic *Virgilius* (Aen. XII. 19.)
O praestans animi juvenis, quantum ipse feroci Virtute exsuperas. Donatus. ADOLESCENS. Ita compellans Phormionem Demipho, addensque, BONA VENIA, mitis jam factus benevolentiam captat, simulque cavet, ne irâ impulsus pravè insistat, minusve impetret. *Vesterhov.*

52. BONA VENIA.] Sine ira, sine discordia. *Donatus.*

53. POTIS EST, pro *Potest.* Donatus.

54. Ordo est; *Quem ais fuisse istum amicum tuum.* * AIS dicimus de iis, qui vana loquuntur: *Dicere* autem dicimus de iis, qui validiora. *Donatus.*

55. EXPLANA.] Manifesta, expone. *Donatus.*

* QUI, quomodo, unde. *Donatus.*

56. PROINDE, ita. Similitudinis adverbium est modò, non conjunctio. Ut, *Proinde tona eloquio solitum tibi.* Donatus. Cujus verba quadam tenus emendavi, puncto post τὸ *Ita* posito. Vesterhovius minus feliciter integrum locum restituere tentavit: nisi quod pro *Proinde tona tibi*, substituit, PROINDE.] *tonat — sibi.* quasi sermo de Phormione sit, pro more suo garriente.

57. EXPISCARI, est diligentissime quaerere, ubinam pisces lateant: ergo verbum est tractum a piscatoribus. *Donatus.* EXPISCARE.] Exquiris, exploras. Cic. Fam. IX. 19. *Nescis me ab illo omnia expiscatum. Vesterhov.*

58. Sub. *Hominem, & ejus tecum cognationem.*

59. EGO ME NEGO: TU, QUI AIS.] Subaudi-

Ph. [60] Eho! tu sobrinum tuum non noras? *De.*
[61] Enicas:
Dic nomen. *Ph.* [62] Nomen? maxume. *De.*
[63] Quid nunc taces?
Ph. [64] Perii hercle! nomen perdidi. *De.* [65] Hem!
quid ais? *Ph.* Geta,

Pp 4 Si

ditur ad omnia, *nosse*. Donatus.

* Reduc, revoca. sub. *mihi*. Cic. Fam. I. 9. *Quidque sibi is de me recepisset*, in memoriam redegit. *Vesterhov.*

60. EHO! hic est admirantis. * EHO! TU SOBRINUM TUUM.] Populari quadam, vulgarique fatigatione, utpote scurra, respondit. *Donatus.* Quem *cognatum* generatim dixerat, nunc SOBRINUM vocat, ut tanto magis iniquitatis & superbiae convincat Demiphonem, quippe qui tam arcta cognatione junctum sibi hominem ignorare se diceret. *Vesterhov. Sobrinus* dicitur ex matris sorore natus.

61. Excrucias me, sc. *dum has nugas identidem repetis, at id, quod quaero, dicere mihi non vis.* ENICAS, est formula indignationem & taedium ostendentis.

62. NOMEN? MAXUMÈ.] Falsa non habent memoriam. hic ergo deest, *nescio*, vel, *necessarium est.* Donatus. Immo deest, *quaeris*. MAXUME hic est affirmantis.

63. QUID NUNC TACES. Urget senex, quia intelligit eum nomen nescire. *Donatus.* QUID, cur.

64. PERII HERCLE! NOMEN PERDIDI.] Mirum, qui modò, versu 9. Stilphonem vocaverit. Neque εἰρωνικῶς dici, quod existimat Pareus, argumento est, quod Getam tacitè quaerit nomen, isque suggerit, Demiphone non audiente. *Vesterhov.* Humanè hoc infertur, interdum enim obliviscimur rem, in ipso actu cogitationis, aliis nimirum rebus subeuntibus, & illam obscurantibus. Praeterea homo, qui totus in fingendo est occupatus, qualis hic ostenditur Phormio, de vero parum cogitat, idque adeò facile negligit. Ridi-

Si meministi id quod * olim dictum est, [66] subjice. hem! 40
[67] Non dico. quasi non noris, tentatum advenis.
De. Egone [68] autem tento? *Ge*. Stilpho [69]. *Ph*. [70] Atque adeo quid mea?

Stilpho

diculè autem inducitur sycophanta memoriâ vacillans, quod sanè parum commodum est ejusmodi professionis hominibus.

65. HEM! Indignantis est modo; itemque versu sequenti.

* OLIM.] An perturbatis sensibus loquitur, qui, quod modò hac ipsa Scenâ dictum fuerat, OLIM dictum ait? *Vesterhov*. OLIM DICTUM, an *nuper a me;* an *pridem*, aut *aliquando, a Phanio*, intelligendum sit, ambiguum est.

66. SUBJICE.] Suggere. *Donatus*. Suggere, submone. Virgil. Aen. III. 314.
vix pauca furenti
Subjicio, & *raris turbatus vocibus hisco*. Vesterhov. Val. Maxim. VI. 4. Extern. 1. *Cujus mentio* mihi sujicit, *quod adversus D. Brutum — graviter dictum est*, *referre*.

67. NON DICO. &c.] Mirè: nam videtur arte celare id, quod invitus nesciebat. *Donatus*. Cic. Verr. I. 39. *Alia porro pecunia, ne accusaretur; data. Cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror*. Ubi Asconius Pedianus citat hunc Terentii locum, EN, NON DICO. quod forte natum ex EM pro HEM. *Vesterhov*. QUASI NON NORIS, TENTATUM ADVENIS.] Repetit, quod supra dixerat; *Proinde expiscare, quasi non noris*. TENTATUM, vafrè ex me elicitum, quasi arcanum quoddam. Sic infra IV. 3. 14. *Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam*. *Me circumventum*, reddit Paraphrastes Delph. quod minus placet. Rectè *Phraseolog. Dan.* Du kommer, og vil føle dig for.

68. AUTEM, pro *scilicet*. Atque haec interrogatio tantundem valet ac negatio; caeterum longè venustior est.

69. Sub. *nomen cognati est*. hoc insusurrat Geta Phormioni.

Stilpho est. *De.* [71] Quem dixti? *Ph.* [72] Stilphonem, inquam, noveras?
De. Neque ego illum noram: neque mihi cognatus fuit
Quisquam illo nomine. *Ph.* Itane? non te [73] horum pudet? 45
At [74] si talentum rem reliquisset decem.
De. * Di tibi male faciant! *Ph.* Primus [75] esses, memoriter
[76] Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.

70. ATQUE ADEO, sane, profecto. QUID MEA? sub. *refert*, *nomen celare*. quod malo, quam, cum Minellio, *nomen proferre*. Aut sic intellige, *Quid ad me*, *tantundem mihi est*, *utrum sentes*, *nec ne?*

71. Senex fingit se recte non audisse, ideo reposcit nomen. QUEM DIXTI? Quid nomen dixisti illi fuisse?

72. STILPHONEM, INQUAM, NOVERAS?] Quasi dicat, *Convincam*, *si neges*. Donatus.

73. HORUM, sub. *verborum*.

74. SI TALENTUM REM RELIQUISSET DECEM.] *Mille septingentos* (corr. septingentas) *& quinquaginta libras* interpretatur Adrianus | Barlandus. (Una vero Libra valuit X. coronatis.) Dixit autem TALENTUM REM, vel (pro *Talenta*), uti Phaedrus IV. 7. 4.

. *si qua* res *esset* cibi.

Graecismo usitato. vel Rem valet οὐσίαν. Menander,

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶν συγγενεῖς. Vest.

* Haec seorsim loquitur senex: q. d. *Ita Di te perdant ut me bene nosti!*

75. ESSES PROFERENS, pro, proferres. Sic And. IV. 5. *Ut tu sis* sciens. i. e. *ut scias*. Mer. Casaubon.

76. PROGENIEM, stirpem, genus. Nepos in Age-

De. [77] Ita ut dicis. ego tum ** si advenissem, qui mihi
Cognata ea esset, [78] dicerem. itidem tu face.

Cedo,

gesilao, I. 2. *Qui principes* ex progenie *Herculis Spartae reges fuerunt.* * Attius, Erigona-
Assentio, age nunc tu tuam Progeniem *exordire.* Vest.
AB AVO ET ATAVO, a remotissimis majoribus, prima origine. *Proferres*, recitares, recenseres.

77. ITA UT DICIS.] *Ita sum*, inquit, *ut dicis*, avarus & superbus. Et vide senem de injuria non agere: quia justae confidit & nititur causae. Plerumque enim hac constantia animi fulciuntur, qui juri confidunt. At contra, qui nullo jure freti sunt, litigant, & ad injurias prosiliunt: ut his saltem perturbent adversarium, qui jure non valent. *Coudono igitur*, inquit, *tibi omne contumeliae genus.* Donatus. I. e. Fac ita esse, ut dicis. Lad saa være. J maa gierne have ret. Et prudenter hoc concedit senex, ne, si neget, Phormio etiam gravius in avaritiam suam invehatur. * Guyetus vertit; *Cela vous plaît a dire.* (Det behager Jer saa at sige. Det ere Jeres Ord men ikke mine) quo sensu modeste a se Demipho amolitur dictum Phormionis. Dacieria: *Justement. comme vous dites.* (J har troffet det) quasi per ironiam. Alii simpliciter capiunt responsum, q. d. *Fateor, ita esse, ut dicis.* An scripsit Terentius, ITA TU DICIS. quae responsio aequipollet affirmanti. Plaut. Mil. III. 3. 33.

Ac. *Nempe ludificari militem tuum herum vis?* Pa. Elocuta es.

Neque sane aliter Servator rogatus a Pilato, essetne rex Judaeorum? respondit: Σὺ εἶπας. Matth. XXVI. 64. Luc. XXII. 70. Joh. XVIII. 37. *Vesterbov.*

** SI ADVENISSEM.] Deest *Ad judicium:* ut sit, quum ad judicium venissem. *Donatus.*

78. DICEREM, Dixissem, dicere debuissem. id est, probanda mihi cognatio fuerat. *Minell.*

Cedo, qui est cognata? *Ge.* [79] Eu, noster! recte:
[80] heus tu! cave.
Ph. [81] Dilucide expedivi; quibus me oportuit [82].
Judicibus. tum, si [83] id falsum fuerat, filius
Cur non [84] refellit? *De.* * Filium narras mihi?
[85] Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest.
Ph. [86] At tu, qui sapiens es, magistratus [87], adi;

[88] Ju-

79. EU, NOSTER! RECTE.] Plaudit sibi *Terentius* supposita persona: quasi recte dixisset. *Donatus.* EU NOSTER! RECTE.] Haec clare pronuntiat, quasi laudans senis constantiam. Sic Eun. I. 2. 74. & infra III. 1. 14. *Vesterhov.* EU Interjectio approbantis. NOSTER, sub. *Here*, v. *pater.* Aut subauditur, *es.* i. e. places mihi. Ist ein Mann. Ist af mine Folk. Utcunque capiatur, ironicè a servo dictum est.

80. HEUS TU! CAVE.] Haec aversus Phormioni dicit. Sensus autem est, *Tu interim cave, ne beris argumentis te vincat.* Vesterhov.

81. Probavi. *Donatus.* Explanavi, quomodo vobis cognata esset Phanium. * Cic. Divin. I. 51. *Explicata dilucidè.* Liv. XXXIX. 47. *Nihil horum neque Demetrium* docere dilucidè, *nec se satis* liquidò discere *ab eo Senatus quum cerneret posse.* Vesterhov.

82. Sub. *Expedire.*

83. ID, quod dixi coram judicibus.

84. *Refellere*, est arguendo falsum ostendere. *Donatus.*

* FILIUM NARRAS MIHI?] Ita solent per contemtum vel admirationem loqui, aut stomachum. And. II. 2. 30. Heaut. III. 2. 9. Adelph. IV. 2. 18. *Vesterhov.*

85. Compendium conviciorum est, nihil dignum invenire, pro magna injuria, quod respondeas. *Donatus.*

86. TU, QUI SAPIENS ES.] Sarcasmus, qualis ille Cic. Philipp. II. 5. *Haec tu*, homo sapiens, *non solum eloquens apud eos, quorum consilio, sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare*

[88] Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi:
[89] Quandoquidem solus regnas; & soli licet
[90] Hic de eadem causa bis [91] judicium adipiscier.

De.

rare? Forte ad hunc Terentii locum respexit Phaedrus, III. 14. 6. Ubi Aesopus ad delirum.

Heus, inquit, sapiens, expedi, quid fecerim. Vesterhov.

87. ADI — UT REDDANT TIBI.] I. e. *adi*, & *compella eos, coge eos.* Elegans & imitanda brevitas.

88. JUDICIUM DE EADEM CAUSA.] Juris axioma est: Lite semel terminata, de eadem re actio ne detur. L. 6. & tot. tit. ff. de except. rei judic. Demosth. contra Leptinen. Οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσι δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίας, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτο οὐδὲν εἶναι. *Lindenbrog.* Adde Donatum ad And. III. 1. 7. *Haec res secundum jus civile dicitur; in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.* Hermogenes: laudante Pareo: Δὶς περὶ τῶν αὐτῶν δίκας μὴ εἶναι.

Vesterhov. JUDICIUM REDDANT TIBI, permittant, ut, in tuam gratiam, causa jam semel acta iterum agatur. Alioquin *Reddere judicium* esse possit, *iterum ferre sententiam.* quod & ferè eòdem redit.

89. QUANDOQUIDEM SOLUS REGNAS.] Quoniam regnum solutum legibus est, & opprimens libertatem. Sic alibi, *Regnumne, Aeschine, hic tu possides? Donatus.* SOLUS REGNAS.] Haec dicit ad invidiam Demiphoni excitandam; quod Athenis aeque atque Romae odiosum esset in libera republica Regum & regnandi vocabulum. Vide ad Adelph. II. 1. 21. *Vesterhov.*

90. HIC, videlicet apud Athenas, ubi leges, ubi libertas omnibus communis est. *Donatus.*

91. JUDICIUM ADIPISCIER.] Jure experiri. *Paraphrastes Delph.* Non tamen credendum haec eadem esse, quanquam cognata sint. *Judicium adipiscitur*

De. Etsi mihi [92] facta injuria 'st, [93] verum tamen
Potius, quam [94] lites secter, aut quam [95] te audiam,
[96] Itidem ut cognata si sit, [97] id quod lex jubet
Dotem

tur scilicet, cujus lis in jus admittitur, ut ibi agatur, & decidatur. Vesterhovius contulit Plautum, in Rud. Prol. 16. de Jove:
Coridie ille scit, quis hic quaerat malum.
Qui hic litem adipisci *postulant perjurio.*
Mali res falsas qui impetrant apud judicem:
Iterum ille eam rem judicatam judicat.
Locus per se est elegans, at hic minus aptus: aliud enim est *Litem adipisci*, aliud, *judicium.* Qui obtinet id quod per litem petit, seu, qui vincit litem, eam dicitur *adipisci.*

92. Scilicet a te & judicibus, cum hanc puellam, nescio quam, in familiam meam intrusistis, &, me insciente ac invito, uxorem filio obtrusistis. * ETSI MIHI FACTA INJURIA 'ST.] Ad mentionem de judicio secundo quum non haberet, quod reponeret Demipho, eò confugit, quod ex altera legis parte restare videbatur, de transactione, & dotanda potius, quam ducenda orba & paupere cogitans. *Vesterh.*

93. Nihilo tamen minus. * POTIUS, QUAM LITES SECTER, AUT QUAM TE AUDIAM.] Bis posuit QUAM. Quod genus figurae primo ζεύγματι contrarium est. Ut in Heautontimorumeno, *Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens.* Item, *Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut haec posses perdere.* Donatus.

94. POTIUS, QUAM LITES SECTER. Sic And. IV. 5. 16. Adelph. II. 2. 40. *Vesterhov.* Litibus vacem. *Paraphr. Delph.* Incumbam, operam dem.

95. TE, Convitia tua, & cavillationes.

96. ITIDEM UT COGNATA SI SIT.] Ὑστερολογία est in duobus hisce versibus, ita autem ordinandi: ACCIPE QUINQUE MINAS, ID QUOD LEX JUBET DOTEM DA-

Dotem dare, abduce hanc; [98] minas quinque accipe.
Ph. [99] Ha, ha, he! homo suavis. *De.* [100] Quid est? num iniquum postulo?
[101] An ne hoc quidem adipiscar ego, quod jus publicum est? 65

Ph.

DARE, ABDUCE HANC, ITIDEM UT COGNATA SI SIT. Delendum igitur est κόμμαλος signum post LEX JUBET. *Vesterhov.* ITIDEM UT COGNATA SI SIT, i. e. *perinde quasi cognata sit mihi.* non enim *tibi*, sc. Phormioni: quod alicui in mentem venire posset, ex orationis serie, quam Vesterhovius exhibet: at enim ea non est opus, nisi quod ABDUCE HANC, videtur post MINAS QUINQUE ACCIPE, collocandum.

97. ID QUOD LEX JUBET DOTEM DARE.] ID, pro, *Ob id.* Donatus. Rectè, & *Ob id quod* valet *quoniam.* Minellius DOTEM dictum putat, pro, *in dotem*, appositivè: aut, ad *Dotem dare*, subaudiri *Volo.* DOTEM *voluit* (*Lex* nempe) *custodem esse pudoris.* Verba sunt Donati, ad ea quae proxime sequuntur; sed manifestò videntur huc pertinere.

98. MINAS QUINQUE ACCIPE.] Intelligit dotales, videturque manu in sacculum inserta exprimere hos nummos. Ex Harpocratione citat Meursius, Spicilegio ad Theocritum, Idyll. XVIII. Ἐπαναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς θῆσσας ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. ὡς καὶ Ποσίδιππός πȣ ὁ κωμικός φησι. *Vesterhov.*

99. Hic risu destruxit, quod serio intendebat senex *Donatus.* HOMO SUAVIS! homo jucundus es, & festivus. *Paraphrastes Delph.* Nempe per ironiam sic dixit, pro, *insipidus*, *fatuus*, *ridiculè absurdus.*

100. Cur rides?

101. Mihine permittetur *illi dotem dare*, quod lege civili constitutum est?

Ph. [102]Itane tandem, quaeso? [103] item, ut meretricem, [104] ubi abusus sis,
[105] Mercedem dare lex jubet ei, atque [106] amittere? an
Ut

102. ITANE TANDEM, QUAESO?] Majora argumenta sunt, quae per interrogationem proferuntur. *Donatus:* ITANE TANDEM, QUAESO — MERCEDEM DARE LEX JUBET.] Egregia exceptione, & mentem legis, & consilium legislatoris adversario opponit: tanto successu, ut depulsus ille hoc conatu, ad priorem & jam profligatam disputationem se referret. ubi & Phormioni opportunum fuit priori praescriptione rei judicatae se tueri. *Baeclerus,*

103. ITEM, UT MERETRICEM.] Mirè variant Codd. Mss. & Impressi. In aliis est, ITIDEM, UT MERETRICCM, in aliis, CIVEM ITEM UT MERETRICEM. rursus in aliis, CIVEM ITIDEM UT MERETRICEM. — Si τὸ CIVEM tollas, nescio quid elegantiae perit. *Vesterhov.* Idem sensit Mer. Casaubonus, laudans ex Plantiniana, *Civem ubi abusus sis.* Cur ergo in textum non admiserunt, praesertim cum constructionem & sensum faciat expeditiorem? Minellius sanè ita edidit, at rejecit, nescio quâ auctoritate, ITEM, UT MERETRICEM.

104. UBI ABUSUS SIS.] *Utimur* cum honore, *abutimur* cum injuria. *Donatus.* Aliam distinctionem vide ad And. Prol. Prol. 5. UBI ABUSUS SIS.] Ita vetus Interpres vertit locum Judic. XIX. 25. *Qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam.* Plaut. Pers. I. 3. 47.

filiam utendam *tuam*
Mihi da: [Sa. *Numquam* quoiquam *etiam* utendam *dedi.*
To. *Non ad istoc quod insimulas.*] Vesterhov.

Adscripsi, quae uncinis includuntur, nam sine iis talem significatum verbi *Utor* monstratum esse non putabam. ABUSUS SIS, pro, *abusus fuerit quis*, i. e. vitiaverit. & subauditur *Civem*, vel, *ingenuam;* neque enim *Abusus*, hoc sensu, in meretricem cadere videtur.

105. MERCEDEM, pecuniam pro meritorio quaestu. *Paraphrastes Delph.*
Quam

Ut ne quid turpe [107] civis in se admitteret,
Propter egestatem, proximo jussa 'st dari.
[108] Ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas. 70

De.

Quam locutionem non intelligo. Sub. *Pro usu corporis*, seu, *consuetudine venerea.*

106. Bene AMITTERE: quia finis cupiditatis (*expletae* sc.) amissio est. *Donatus.* AMITTERE, dimittere, deserere.

106. CIVIS, Civis filia, mulier ingenua. PROPTER EGESTATEM, extrema paupertate coacta. DARI sub. in matrimonium. * Idoneum testimonium est, bonorum esse natalium, *Civem* dixisse. nam apud veteres (Vide ad And. III. 1. 11. *Vest.*) Peregrinae mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipse alibi, (And. III. 1. 11.)

Adeon' est demens? ex peregrina?

Et alibi (Eun. I. 2. 27.)

Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

Et Parmeno comprobans respondit, *Potest taceri hoc.* id est, meretricem matrem te habuisse. Donatus.

108. UT CUM UNO AETATEM DEGERET.] Quid enim est pudicitia nisi unius * scientia viri? *Donatus.* * Idem ἄνδρα γινώσκειν, dicunt Graeci. Evang. Luc. 1. 34. Et contra γινώσκειν γυναῖκα, Matth. I. 25. Vide Commentatores. *Foeminae notitiam habuisse* dixit Caesar B. G. VI. 21. Eundem usum habet Hebraeorum ידע *Cognovit.* Vesterhov. UT CUM UNO AETATEM DEGERET.] Videtur igitur eadem Solonis lege Polygamia prohiberi. quam Moses non probat, Paulus Apostolus disertè vetat. Plaut. Cistell. I. 1. 79.

illum unum mihi exoptavi, quicum aetatem degerem.

Gy. *Matronae magis conducibile est istuc, mea Silenium,*
Unum amare, & cum eo aetatem exigere, quoi nupta est semel.
Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima,
Non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.

AE.

De. [109] Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quamobrem? *Ph.* [110] Ohe!

[111] *Actum*, ajunt, *ne agas.* *De.* Non agam? immo haud desinam,

[112] Donec perfecero hoc. *Ph.* [113] Ineptis. *De.* [114] Sine modo.

Ph.

AETATEM DEGERET.] Lucil. apud Non. V. *Antiquus:*
Quin potius vitam degas, *sedatu' quietam.*
Phaed. I. 3. 6. & I. 30. 6. *Vesterhov.*
CUM UNO AETATEM DEGERET. Contra ac meretrix, quae multos quidem habet amatores, seu *viros temporarios*, neminem autem proprium ac perpetuum vitae socium. Caeterum quod Vesterhovius hinc colligit, *Solonis lege Polygamiam prohiberi*, id, mihi quidem, gratis fecisse videtur.

109. Concedo, proximo jussa est dari. AT NOS UNDE? Sub. *Proximi ei sumus.* * UNDE, qua occasione. *Minell.*

110. OHE! modò interjectio stomachantis.

111. ACTUM, aiunt, NE AGAS.] AJUNT dicimus, quum proverbium significamus. *Acta res* est, de qua sententia prolata sit. *Donatus.* Τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς. Adelph. II. 2. 22. Cic. Fam. XIV. 3. Plaut. Pseud. I. 3. 28. *Stultus es:* rem actam agis. Cic. Amic. 22. *Praeposteris enim utimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* Idem Att. IX. 6. *Me miserum, quod tu non valuisti! unà fuissemus: consilium certe non defuisset,* Σύν τε δύ' ἐρχομένω. *Sed* acta ne agamus: *reliqua paremus.* Et Epist. 18. *Tu, malum, inquies,* actum ne agas. Videtur ergo omnino *Actum agere* esse, de ea re (agenda) cogitare, quam jam antea actam oportebat, & cujus gerendae tempus oportunum jam praeteriit. *Vesterhov.*

112. DONEC PERFECERO HOC.] *Virgilius* (Aen. II. 719.)
donec me flumine vivo Abluero.
PERFECERO.] Pro *Perfici-*

Ph. [115] Postremo tecum nihil rei nobis, Demipho est.

[116] Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam [117] tua 75

Praeterierat jam ad ducendum aetas. *De.* [118] Omnia haec

Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:

[119] Aut quidem cum uxore [120] hac, ipsum prohibebo domo.

Ge. [121] Iratus est. *Ph.* [122] Tute idem melius feceris.

De.

ficiam. Donatus. HOC, sc. negotium quod incepi, nimirum infectas reddere nuptias filii.

113. Nugas dicis. nihil enim perficies.

114. SINE MODO.] Haec minitantis sunt verba: & benè. imitatus est enim comminantem. *Donatus.* Comminantis formula. Vide ad Eun. I. 1. 20. *Vesterhov.*

115. POSTREMO, in summa, ut uno verbo te absolvam. NOBIS, mihi & Phanio.

116. TUUS EST DAMNATUS GNATUS, NON TU.] Ludit Phormio quum dicit, NON TU: & contemtibiliorem in hac causa sibi senem, quam Antiphonem fuisse, dicit: simulque aetatem illius esse despectam.

Donatus. DAMNATUS, sc. ad ducendam Phanium.

117. NAM TUA PRAETERIERAT &c.] H. e. Cum ego hanc puellae causam suscipiebam, tu jam diu, propter aetatem, defieras esse nuptiis idoneus.

118. OMNIA HAEC &c.] Sic Heaut. III. 3. 49. Cicero Bruto, 32. *Ut pro Bruto etiam respondeam.* Et saepius alibi. *Vesterhov.*

119. AUT QUIDEM, i. e. Si a me hac in re dissentiet.

120. HAC, id est, tali. *Donatus.* IPSUM PROHIBEBO DOMO, Ejiciam domo, eâque illi interdicam.

121. Haec submisse dicit ad Phormionem. & vult ut desinat senis iram magis exasperare.

De. Itane [123] es paratus facere me advorsum omnia, 80
[124] Infelix? *Ph.* [125] Metuit hic nos, tametsi sedulo

Q q 2 Dissi-

122. TUTE IDEM MELIUS FECERIS.] Locus est hic, ut ostendat Phormio, de compacto egisse cum Antiphone. Quidam sic intelligunt, TUTE IDEM MELIUS FECERIS, ut senex potius exeat, quam ejiciat filium. Artificiose autem loquitur Phormio, ut adimat suspicionem seni consensionis & * cohibentiae inter parasitum & filium. *Donatus.* * Mſ. Boend. *conventionis.* Mſ. Lind. *conventiae.* Mallet Boeclerus: *convenientiae.* i. e. *conventionis.* Vesterhov. *Conhibentia* est conniventia. Ut in Cod. Theod. L. XI. de extraord. sive sord. muner. *Gratiosa conhibentia vel ignobili dissimulatione.* atque ita in vett. diplomatibus aliisque libris non raro scriptum reperitur. *Lindenbrog.* Sed vide Fabri Thesaur. in voce *Cobibilis:* unde colligi possit, *Cobibentiam* hic dici pro *congruentia.* ** TUTE IDEM MELIUS FECERIS. Sic Eun. III. 1. 63. Mire variant Interpretes in hac sententia explicanda Dacieria: *Vous ne ferez pas si mechant que vous dites.* Sed in Notis: *Ah, Monsieur, vous ferez mieux que vous ne dites.* (i. e. *Non eris ita inhumanus, ut dicis. Spero te melius facturum, quam loqueris.* Ut his verbis senem placare videatur.) Eugraphius exponit: *Hoc ipsum tu rectè feceris.* (Sc. Domo tibi interdicas, inde in perpetuum concedas. Huic explicationi congrua est Fabrini Italica, quam adducit Vesterhovius. nec differt Minellii & Mer. Casauboni). Mihi asteismus esse videtur, cujusmodi est And. I. 2. 33.

Bona verba, quaeso.

Eun. V. 9. 36. *Non cognosco vestrum tam superbum.* sub. ingenium. Heaut. III. 3. 50. *Optata loquere.* Vesterhov. Igitur Dacieriae interpretatio amplectenda est, sed ita tamen, ut haec cum ironia dicantur.

123. De industria te comparâsti, ut &c. *Paraphrastes Delph.* Decrevisti, con-

Dissimulat. *Ge.* [126] Bene habent tibi principia.
Ph. [127] Quin, quod est
Ferendum, feras. [128] tuis dignum factis feceris:
Ut

constituisti. Har I da fore' fat jer, &c. * PARATUS.] Palmerius e Mff. PACTUS tuetur. *Vesterbov.* PACTUS, Idne promisisti inimicis meis?

124. INFELIX?] Κακοδαίμων, improbe. nihil enim improbitate miserius. vel, alastor, per quem alii infelices. *Mer. Casaubonus. Felices* & *infelices* dicuntur etiam, per quos alii, seu felices seu infelices sunt. Virg. Ecl. V. 65.
Sis bonus, ô, felixque tuis!
Idem Aen. VII. 308.
Ast ego, magna Jovis conjux, nil linquere inausum
Quae potui infelix, *quae memet in omnia verti,*
Vincor ab Aenea.
Vide Servium ad utrumque locum. *Vesterbov.* Dan. I Ulykkens Fugl. Haec autem verba miserabili voce & gestu a sene proferri videntur, magisque habent quaerimoniam, quam convitium.

125. Haec clanculum Getae loquitur, & ille itidem respondet. * SEDULO.] Sine dolo, instanter. *Donatus.* DISSIMULAT, celat. sub. metum. Donatus minus rectè; *fingit*, *mentitur*.

126. I. e. feliciter succedunt. *Paraphrastes Delph.*

127. Cur non, inquit, accommodas necessitati voluntatem? *Donatus.* Sustuli interrogandi notam. neque enim interrogantis est, nisi legas, QUIN, QUOD EST FERENDUM, FERS? Quod est in quibusdam Codd. Aliter tamen Donatus. Horat. Carm. I. 24. 19.
Durum; sed levius fit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.
Vide And. V. 4. 18. *Vesterbov.* Et Hec. IV. 2. 27.

128. TUIS DIGNUM FACTIS FECERIS.] Sic infra V. 3. 1. *Ut soles.* & V. 8. 31. *Ut alia facta tua sunt.* Vesterhov. I. e. Hoc feceris prudenter, ut alia facere consuevisti. Ambiguum autem est, haec verba ad praecedens, an ad subsequens se referant: credo, ad utrumque.

Ut [129] amici inter nos simus. *De.* [130] Egon' tuam expetam
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim? 85
Ph. Si [131] concordabis cum illa, habebis, quae [132] tuam
Senectutem oblectet. respice aetatem tuam.
De. Te oblectet! [133] tibi habe. *Ph.* [134] Minue vero iram. *De.* [135] Hoc age:
Satis jam verborum est [136]. nisi tu [137] properas mulierem

129. Ab hac lite amici discedamus. *Paraphrastes Delph.* AMICI INTER NOS.] Sic Heaut. III. 1. 91. Adelph. V. 3. 42. *Vesterhov.*

130. Non modo respuit amicitiam parasiti, verum etiam ait se ejus vultum ac verba detestari. Hae interrogationes aequipollent negationibus. * VISUM, pro, videre. *Minell.*

131. Concorditer vives. *Minell.* HABEBIS, sub. mulierem domi tuae.

132. Non *Te*, sed SENECTUTEM TUAM. *Donatus.* Eleganter. Et benè OBLECTET, utpote tristem & taediosam. * RESPICE, considera. *Paraphrastes Delph.* Betenk Jeres hoye Alder. Haec magna cum sinceritatis & benevolentiae specie loquitur Parasitus.

133. Tibi eam possîde. *Paraphrastes Delph.* Quasi te dignam. & haec dicit cum contemtu utriusque.

134. MINUE VERO IRAM.] Contemnentis est. dissuadere iracundiam *Donatus.* Moderare, quaeso, &c. *Paraphrastes Delph.*

135. HOC AGE.] Annuentis est. *Donatus.* Ut taceat nimirum. quod proximè sequentia ostendunt.

136. Sub. *Factum a te*, aut, *commutatum inter nos.*

137. PROPERAS.] MSS. Bodl. & Boend. cum edd. 1469. & Anonym. PROPERES. *Vesterhov.* MULIEREM, odiosè dixit. Denne Qvinde.

Abducere, [138] ego illam ejiciam. [139] dixi, Phormio. 90

Ph. Si tu illam adtigeris secus, quam [140] dignum est, liberam,

[141] Dicam tibi impingam grandem. [142] dixi, Demipho.

[143] Si quid opus fuerit, heus! [144] domo me. *Ge.* Intelligo.

138. EGO ILLAM EJICIAM.] Sic infra IV. 3. 22. Cic. Phil. II. 38. *Sororem tuam* ejecisti, *alia conditione quaesita.* Vesterhov. Sub. e domo mea.

139. DIXI. solent dicere perorata causa. *Donatus.* Vide Hec. IV. 3. 6. Est autem h. l. comminantis. unde mox reponitur Demiphoni a Phormione *Vesterhov.*

140. Decet, convenit. sub. *attingi.* LIBERAM, Liberalem, ingenuam, honestam.

141. Vide supra I. 2. 77. *Impingere* pugnam, compedes, vulnus, culpam, savium, Plautus; *impingere* epistolam, beneficium, Seneca dixerunt. *Vesterhov.* Rigidam, asperam, severam, in te actionem intendam.

142. DIXI, DEMIPHO.] Mirè comminationem & ferocitatem ejus imitatus est simili verbo *Donatus.*

143. SI QUID OPUS FUERIT.] Haec repentina discessio habet aliquam maiorem litigaturi denuntiationem. Et bene breviter: ne multiloquio infringeretur superior comminatio. *Donatus.* Haec abiens Phormio clam dicit Getae, ne eos consusurrare Demipho sentiat. Donatus non cepit. Videtur autem de solennibus antiquitatis Romanae formulis depromtum. Plaut. Asin. I. 1. 104.

Li. *Nempe in foro?* De. *Ibi* si quid opus fuerit, Li. *Meminero.*

Cistell. IV. 2. 56.

si quid est opus, *dic impera.*

Cic. Att. XIII, 49. *Erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi polli-*

ACTUS SECUNDI

SCENA QUARTA.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

De. [1] QUANTA me [2] cura & sollicitudine afficit Gnatus, qui me & se hisce [3] impedivit nuptiis!
Neque mihi [4] in conspectum prodit; [5] ut saltem sciam

Q q 4 Quid

pollicitus, si quid opus esset. *Vesterhov.*

144. DOMO ME.] Sub. *Arcesse*. Minell. Quod multo melius est, quam cum Paraphrasta Delphini subaudire, *continebo*. nam, an hoc Latinè dicatur, ambigi potest. Vide tamen Sanctii Minervam, IV. 6. 3.

1. *Haec deliberativa est, in qua tres advocati sunt: quorum unus suadet, alter dissuadet, tertius, qui se alterutri addere debuisset, ejusmodi sententiam dicit, ut rursum deliberatione opus esse videatur.* Donatus.

2. Inquietudine animi & anxietate. *Paraph. Delph. Cura* est in spe bonorum: *Sollicitudo* in metu malorum. *Donatus.* Haec tamen differentia non videtur esse perpetua: saepe enim junguntur *Cura* & *sollicitudo*, non ut diversum quid exprimatur, sed modò ut intendatur sententia, uti hoc loco. Hekelius ad Popmam in v. *Cura*, eam describit, per *attentam cogitationem de re quapiam rectè expedienda.*

3. IMPEDIVIT.] Vide And. III. 5. 11. (& ibi notas.) *Vesterhov.* HISCE NUPTIIS, per has nuptias. vel Dilogus intellige; *Se impedivit in has nuptias, & me simul in difficultates conjecit.*

4. IN CONSPECTUM PRODIT.] Plaut. Bacchid. IV. 9. 84.
Pudet prodire *me* ad te in conspectum, *pater.* Vest.

Quid de hac re dicat, [6] quidve sit sententiae.
Abi tu; vise, redieritne jam, an nondum, domum.
Ge. Eo. *De.* [7] Videtis, quo in loco res haec siet.
[8] Quid ago? [9] dic, Hegio. *He.* * Ego Cratinum
censeo,

** Si

5. UT SALTEM SCIAM, QUID &c.] Videtur igitur rem factam, et transactam, nolle rescindere irritamve facere; neque adeo cogere filium, uxorem, quam amet, dimittere. Similis est locus apud Senecam, Controv. I. 6. *Vesterhov.*

6. QUIDVE SIT.] Sub. *ei.* i. e. quo sit animo, uxorem retinere velit, nec ne.

7. VIDETIS, QUO IN LOCO &c.] Sic infra III. 1. 9. Heaut. II. 3. 118. Plaut. Epid. I. 1. 75.
quo in loco haec res sit, vides. Vesterhov
LOCO, statu.

8. QUID AGO?] Formula consilium petentium. Cic. pro P. Quint. 16. *Quintius ad vadimonium venit.* Quid ago? *Vesterhov.* H. e. Quid agendum mihi est?

9. DIC. HEGIO.] Solennis formula, qua utebantur, qui advocatos narrare causam volebant. sed & Coss. quoties Senatores dicere sententiam jubebant. Vide Brisson. de Form. Lib. V. *Vesterhov.*

* EGO CRATINUM CENSEO.] Potest EGO subdistingui: ut subaudiatur, *Ego dicam?* Donatus. EGO CRATINUM CENSEO.] Ita distinguo. Subauditur autem, *consulendum prius.* Sunt, qui Donatum sequuti distinguant post τὸ EGO, quasi Hegio interrogans dixerit, EGO? CRATINUM CENSEO. Sed nescio quomodo Terentianum non videtur, post DIC, HEGIO, inferre, EGO? (Qui hoc minus Terentianum sit, quam inferre, MENE VIS?) Tum gravior est sententia, si unica sit. Porro, qui minus Critonis sententia ita distinguatur, versu 17. EGO? AMPLIUS DELIBERANDUM CENSEO. quod tamen nemo facilè probet.
De-

** Si tibi videtur. *De.* Dic, Cratine. *Cra.* Mene vis [10]?

De. Te. *Cra.* Egò, [11] quae in rem tuam sint, ea velim facias. [12] mihi

Sic hoc videtur: quod * te absente hic filius 10
Egit, [13] restitui in integrum, [14] aequom est, & bonum

 [15] Et

Denique singulorum sententiae, ut satis graves videantur, τὸ EGO initiale habent. Vide Donatum ad Eunuch. V. 9. 42. *Vesterhov.* Mihi tamen non displicet interrogatio Hegionis & Cratini; quasi uterque detrectet, ac tergiversetur, primus dicere sententiam, in causa dubia. Alia Critonis est ratio, nullam enim definitivam sententiam protulit.

** SI TIBI VIDETUR.] Ex veteri formula Senatusconsultorum. qua utebantur, cum Senatus aliquid Consulibus fieri demandaret. Justinus Trogi initio Lib. XXXI. *Senatus scripsit Flaminino*, Si ei videatur, *Sicuti Macedoniam a Philippo, ita Graeciam a Nabide liberet.* Lindenbrog.

10. Sub. dicere sententiam.

11. QUAE IN REM TUAM SINT.] Benè principio benevolentiam suam commendavit: & sic consilium dedit. *Donatus.* Sallust. Catil. 20. In rem *fore credens*. Liv. XXX. 4. *Scipio ad comparanda ea, quae* in rem *erant, tempus habuit.* Sallust Jug. 31. *Frustra, an* ob rem, *in vestra manu est.* Vesterhov. *In rem sint*, i. e, utilia.

12. MIHI SIC HOC VIDETUR.] Videtur solennis formula in responsis prudentum; quia & Cratinus & Hegio ea utuntur. *Vest.* Mea haec est sententia. HOC aut est παρέλκον; aut per Enallagen positum, pro, *hac de re.*

* Praemittit rationem cur *hoc in integrum restituendum sit*; nempe quia *Filius egit*, qui sui juris non est, & quidem *absente patre egit.*

13. RESTITUI IN INTEGRUM.] Ut facta habean-

[15] Et id impetrabis. [16] dixi. *De.* Dic nunc, Hegio.
He. [17] Ego sedulo hunc dixisse credo. [18] verum
ita est,

[19] *Quot*

beantur pro infectis, & irrita fiant. Digest. Tit. de in integrum restitutione. Brutus ad Ciceronem, Epist. 17. *De Caesare vero, quod fieri potuit, ac debuit, transactum est: neque jam* revocari in integrum potest. Ampliss. Senator, Corn. van Bynkershoek super hoc loco a me consultus, ita respondit: *Restitutiones in integrum etiam propter absentiam conceduntur. Et eò respexit Cratinus. Ceterum de hoc loco Terentii prolixè egit Samuel Petitus, ad LL. Atticas, L. IV. T. 8. pag.* 361. *seqq.* Vesterhov. Praetor hominibus lapsis, vel circumscriptis, subveniebat; si quis metu, vel fraude, sive aetate, sive absentia, in captionem, & damnum incideret: nam quae facta erant rescindebantur. *Paraphrast. Delph.*

14. AEQUOM EST.] Ab honesto (sub. *argumentatur.*) ET BONUM.] Ab utili. *Donatus.* AEQUUM, per se, & sua natura justum. ET BONUM, sc. Et tibi, & Reipublicae utile. Sic enim patriae auctoritati consulitur. Amant vero Latini scriptores *Aequum* & *bonum* jungere. Sallust. Jug. XXXVII. 7. *Fit reus magis* ex aequo bonoque, *quam ex jure gentium, Bomilcar.* Flor. I. 22. 5. *Cum Senatu quoque vehementius* aequo bonoque *certatum est.* Plaut. Curcul. I. 1. 65. *Nil* aequi bonique *ab eo impetrare queo.* * Haec variè leguntur: AEQUOM AC BONUM EST. AEQUOM AC BONUM ESSE. AEQUOM ESSE ET BONUM. *Vesterhov.*

15. ET ID IMPETRABIS.] A possibili. Et breviter deliberativae tres locos tetigit, justum, utile, & possibile. *Donatus.* A magistratu obtinebis. *Paraphr. Delph.*

16. DIXI.] Magnificè, sed simul ridiculè unico responso τὸ DIXI subjicitur. *Vesterhov.*

17. EGO SEDULO HUNC DIXISSE CREDO.] Artificiosè personam defendit, sententiam repre-

hen-

[19] *Quot homines, tot ſententiae: ſuus cuique mos.*
Mihi non videtur, [20] quod ſit factum legibus, 15
Re-

henſurus: ne ſi inimicus ſit, adimat auctnritatem ſententiae ſuae. *Donatus.* SEDULO, Cum ſtudio, σπȣδαίως, bona fide. *Minell.*

18. VERUM ITA EST.] Subjunxit locum ἀποκρίσεως oratoriae: ut invidiae contradicturus occurreret. *Donatus.* VERUM, *ſed,* ne quis adjectivum putet. ITA EST. ſub. *ut vulgo ajunt.*

19. QUOT HOMINES, TOT SENTENTIAE.] Idem variè varii extulerunt. Homerus, Odyſſ. Ξ. 228.

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν
ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Philemon, laudante Stobaeo:

Ἡμῶν δ' ὅσα καὶ τὰ σώματ' ἐςὶ τὸν ἀριθμὸν
Καθ' ἑνὸς, τοσȣ̃τȣς ἐςὶ καὶ
τρόπȣς ἰδεῖν.

Virgil. Ecl. II. 65.

trahit ſua quemque voluptas.

Horat. Sat. II. 1. 27.

quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum
Millia.

Perſius. Sat. V. 52.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.
Velle ſuum cuique eſt.

SUUS CUIQUE.] Claſſici auctores τὸ *Suus, a, um* praeponunt τῷ *Quiſque.* (Virgilius, & Perſius, locis modò citatis) Propert II. Eleg. 28.

mors ſua quemque *manet.*

Cic. pro Roſc. Amer. cap. 24. Sua quemque *fraus, & ſuus terror maxime,* ſuum quemque *ſcelus agitat.* Veſterhov. Nepos in Attico XI. 6. Sui cuique *mores fingunt fortunam.* MOS hic ſumitur ſenſu ſuo vulgato, nempe pro *ratione vivendi conſuetudine firmata.* Non enim pro *opinione,* ut Paraphraſtae Delphini & Minellio viſum eſt,

20. QUOD SIT FACTUM LEGIBUS &c.] Hic alio ordine locos ſuaſoriae tetigit: primum a poſſibili, ſecundum ab boneſto. *Donatus.* Cic. Verr. V. 8. *Perditae civitates, deſperatis omnibus rebus, hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati* in integrum reſtituan-

Rescindi posse: [21] & turpe inceptu est. *De.* Dic, Crito.

Cri. [22] Ego amplius deliberandum censeo:

[23] Res magna est. *He.* [24] Numquid nos vis? *De.* Fecistis [25] probè:

[26] In-

tuantur, *vincti solvantur*, exules reducantur, res judicatae rescindantur. Quintil. Declam. CCCLXXII. *Quidquid* lege factum *est, vindicari lege non solet.* Ibidem: *Judicia tamen judiciis* rescindi *non possunt.* Vesterhov. FACTUM, decretum, pronuntiatum a judicibus. LEGIBUS, juxta leges. *Minell.* RESCINDI, dissolvi, tolli, irritum reddi. Liv. XXVI. 31. *Ne* acta *mea* rescindendo *alios in posterum duces segniores faciatis.* Sueton. Tib. 33. *Constitutiones quasdam Senatus* rescidit.

21. ET TURPE INCEPTU EST.] Ab honesto. * Utilitatem autem praetermisit per artem, quae ubi (sub. *res.*) non potest fieri, frustra spectatur. *Donatus.* * Codd. plerique veteres, *M. literam praetermisit; quasi* id dicatur, INCEPTU dictum, pro INCEPTUM. Sic infra III. 3. 2. *Secundum U. pronuntiari debet.* Quae sequuntur, videntur in men-do cubare, ita variè leguntur. *Vesterhov.* Is etiam observavit in novem Codd. Mss. & duabus Edd. antiqu. legi INCEPTUM. Gall. *un attentat.* facinus.

22. AMPLIUS DELIBERANDUM.] Cicero in Bruto. cap. 22. *Cum Consules, re audita,* amplius *de consilii sententia pronuntiassent.* i. e. amplius deliberandum. Idem & *ampliare* dicebant, h. e. differre sententiam, diutius de causa deliberare. Ascon. Ped. ad Cic. Verr. I. 9. Et Donat. ad h. l. Similis in re simili formula erat, NON LIQUET. Adi Turneb. Adverf. I. 3. *Vesterhov.*

23. RES MAGNA EST.] Causa ampliandi sententiam. *Donatus.* Gravis, magni momenti, res est, de qua hic agitur. * Plaut. Aul. IV. 10. 41.

Magna est res, *quam ego tecum otiosè, si otium est, cupio loqui.*

Vir-

[26] Incertior sum multo, quam dudum. *Ge.* [27] Negant
Rediisse. *De.* [28] Frater est exspectandus mihi: 20
Is quod mihi dederit de hac re consilium, id [29] sequar.
Percontatum ibo ad portum, [30] quoad se recipiat.
Ge. At ego Antiphonem quaeram, ut, quae acta hic sint, sciat.
Sed eccum ipsum video [31] in tempore huc se recipere.

Virgil. Ecl III. 54.
Sensibus haec imis (res est non parva) *reponas.*
Apulej. Metam. III. *Neque parva res est.* Cic. Att. X. 1. *Nihil enim mihi adhuc accidit, quod majoris consilii esset.* Vesterhov.

24. NUMQUID NOS VIS?] Abiturientium formula. q. d. *Numquid aliud est, quod nos velis, priusquam abimus.* Mer. Casaubon.

25. PROBE per ironiam dixit.

26. INCERTIOR SUM MULTO, QUAM DUDUM.] Ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit. *Donatus.* Non absimile est Phaedri illud, III. 3. 12. de hariolis consultis:
Quid multa? variis dissident sententiis;
Hominisque curam cura majore adgravant.
De voce DUDUM vide Donat. ad And. III. 4. 3. valet autem h. l. *paullo ante.* Gall. *tantost.* Vesterhov.

27. *NEGANT, sc. domestici. REDISSE. sub. *filium domum.* Vide supra versum 5.

28. Sc. *Chremes.* * Mirum haec verba cum versu seq. effugisse censuram Guyeti; tanto magis, quia ferè leguntur etiam Adelph. III. 4. 53. 54. *Vesterhov.*

29. EXSEQUAR legitur in Quatuor Mss. & duobus Edd. notante Vesterhovio.

30. Quando rediturus sit. Sic supra I. 2. (97. 98.) *senem quoad exspectatis vostrum?* Mer. Casaubon.

31. IN TEMPORE.] Εὐκαίρως. *Sallust.* (in Fragmentis) *Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.* Donatus. Heaut. II. 3. 123. *Vesterhov.*

AC-

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

ANTIPHO. GETA.

An. [1] ENIMVERO, Antipho, [2] multimodis [3] cum istoc animo es vituperandus,
Itane [4] hinc abisse: & [5] vitam tuam tutandam aliis dedisse?
[6] Alios tuam rem credidisti magis, quam tete, animadversuros?

Nam,

1. ENIMVERO, ANTIPHO. Ita se adloquitur, uti Davus And. I. 3. 1. *Vesterhov.*

2. MULTIMODIS, Vehementer. Vide Hec. II. 3. 7.

3. CUM ISTOC ANIMO: pro, *hujus animi.* Ennius,

* *Omnia* cum pulchris animis *Romana juventus.* Donatus.

* Hesselius edidit: *Optuma cum pulcreis animeis* &c. CUM ISTOC ANIMO.] H. e. ob istum animum. Vide ad And. V. 4. 38. *Vesterhov..* ANIMO, sub. *tam timido.*

4. Sub. *Aequum erat.* Paraphrastes Delphini exponit, *Itane hinc decessisti?* Ut sit Enallage Modi. * ITANE HINC ABISSE: &c.?] Ἐν ὑποκρίσει, ut (Aen. XI. 270)
Invidisse Deos, patriis ut redditus oris,
Conjugium optatum, & pulchram Calydona viderem?
Et (And. III. 5. 3.),
Servon' fortunas meas me commisisse futili? Donat.

5. VITAM, causam tuam, quâ vita periclitatur. *Minell* Ingeniosè quidem. Sed praestat *Salutem* intelligere: jam enim recordatur Antipho, quod abiens dixerat supra I. 4. 41. *Commendo vobis Phanium, & vitam meam.*

6. ALIOS TUAM REM CREDIDISTI MAGIS QUAM TETE ANIMAD-

Nam, [7] ut ut erant alia, [8] illi certe, quae nunc tibi domi est, consuleres,

Ne quid [9] propter tuam fidem decepta [10] pateretur mali. 5

Cujus

ADVERSUROS?] Id est, Curaturos. ADVERSUROS laudat Rivius (ubi per Ellipsin deest, *animum.*) Idem festivo apologo docuit Aesopus apud Gell. II. 29. qui & Q. Ennii inde formatos versus citat:

Hoc erit tibi argumentum semper in promtu situm,
Ne quid exspectes amicos, quod tute agere possies.
Vesterhov.

7. UT UT ERANT ALIA.] Qualiacunque cetera essent circa te. *Eugraph.* UT UT ERANT ALIA.] Utcunque, quomodocunque. Infra V. 4. 1. Heaut. I. 2. 26. Plaut. Bacchid. V. 2. 73. *Ut ut est.* Et saepius alibi. *Vesterhov.* ALIA, sc. quae ad te ipsum pertinebant.

8. ILLI CERTE, QUAE NUNC TIBI DOMI EST.] Elegantior lectio, quam quorundam Mss. & Impress. QUAE NUNC tuae DOMI EST. Intelligit autem Phanium. Sic infra III. 2. 19. & 21. *Vesterhov.* CERTE, saltem. *Eugraph.*

CONSULERES, prospicere debueras.

9. PROPTER TUAM FIDEM DECEPTA.] Dum tibi fidem habet: vel, (dum) fidem illi dedisti, quâ te illi obstrinxisti. *Mer. Casaubon.* Sic And. I. 5. 36. Infra V. 7. 34. Plaut. Rud. I. 2. 34.

propter *ejusmodi viros vivo miser.*

Est autem *propter quem* idem, quod culpa alterius. *Vesterhov.* PROPTER FIDEM TUAM, i. e. fide abs te data. Idem dixerunt *Per fidem:* Plaut. Mostell. II. 2. 69.

per fidem
Deceptus *sum.*

Sallust. Oratione Philippi, 15. *Ut te neque hominum, neque Deorum, pudet, quos per fidem, aut perjurio violasti!* Et *Fides* hic denotat *promissum.* Non tamen damnaverim priorem sententiam Casauboni. minus huc apta sunt loca, quae citavit Vesterhovius, nam in iis non fit mentio *fidei.* Denique Fi-

Cujus nunc [11] miserae [12] spes opesque sunt in te uno omnes sitae.

Ge. Equidem, here, nos jam dudum hic te absentem [13] incusamus, [14] qui abieris.

An. Te ipsum quaerebam. *Ge.* Sed ea causa [15] nihilo magis [16] defecimus.

An.

Fides pro *fidelitate* accipi possit, at per ironiam Comico more. Ita Cic. pro Rosc. Amer. 38. *Istius* fide, *ac potius perfidia* decepti.

10. PATERETUR MALI.] Legitur & POTIRETUR, quia *potiri* τῶν μέρων fuit. Plautus, * *Hostium potitus est*. Donatus. * Epid. IV. 1. 35. ubi legitur, *Hostium est* potita. sub. *filia*. i. e. in hostium potestatem venit. quo sensu *potiri mali* foret, a malo opprimi. PATERETUR MSS. plerique omnes, cum editis vetustis. *Vesterhov.*

11. *Miseram* appellat, quasi a se desertam, & in exspectatione repudii positam. *Minell.*

12. SPES OPESQUE SUNT.] Haec quidem (*vocabula*) de his sunt, quae amant jungi. SPES OPESQUE SUNT. Ut, *Res fortunaeque*. Donat. Sallust. Jug. 114. de Mario: Spes *atque* opes *civitatis* in illo sitae erant. Vide ad Adelph. III. 2. 33. *Vesterhov.* Senec. Epist. XLVIII. *In te* Spes opesque *sunt*. OPES, auxilium; aut, salus, fortuna. *Bona* exponit Paraphrastes Delph.

13. Loquitur in praesenti, quia ipse etiam nunc perseverat *incusare*.

14. QUI ABIERIS.] Mollius, quam *Fugeris*. Donatus. H. e. Propterea quod abieris. Habet enim pronomen relativum QUI vim particulae causalis. Plaut. Amph. Prol. 57.

Quasi nesciam vos velle, qui divus siem,

Bacchid. I. 1. 58.

Summe autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo!

Et V. 2. 50.

Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam illepidè appelles. Vesterh.

15. Quod abiisti; vel, quod te incusavimus.

An. Loquere, obsecro! quonam in loco sunt res, & fortunae meae:
Numquid patri subolet [17] ? *Ge.* Nihil etiam. *An.* Et * quid spei porro 'st? *Ge.* Nescio.
An. Ah! 10
Ge. [18] Nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. *An.* [19] Nihil fecit novi.
Ge. [20] Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis; strenuum hominem praebuit.

An.

16. Nihilo plus destitimus causam tuam agere, cessavimus pro te eniti. *Minell.*

17. Subaudi, Rem ex compacto gestam, & me mea voluntate esse coactum, ut ducerem Phanium. Adelph. III. 3. 43. Plaut. Cas. II. 3. 59.
subolet *hoc jam uxori, quod ego machinor.*
Unde iidem homines *sagaces*, & *emunctae naris* dicuntur, qui facile olfaciunt & odorantur rem. MSS. Graev. & edit. 1469. SUBDOLET, h. e. aliquantum dolet. Idem in plusculis Donati Codd. impressis legitur. In editione Argentinensi additum: I. e. *Dolet patri meo, quod abierim, neque subierim ejus conspectum.* Vesterhov.

* ET QUID SPEI PORRO EST?] Vide ad And. Prol. 25. *Vesterhov.* Quid mihi sperandum putas, bonumne an malum? PORRO, in futurum.

18. NISI PHAEDRIA HAUD CESSAVIT &c.] NISI, comicè pro, *sed.* Sallust. Jug. 24. *Plura de Jugurtha scribere, dehortatur me fortuna mea: etiam antea expertus sum, parum fidei miseris esse.* Nisi *tamen intelligo*, Vide ad And. IV. 1. 40. *Vesterhov.* Et confer. Hec. II. 3. 6. & 7. HAUD CESSAVIT PRO TE ENITI, sedulò conatus est patrem tibi placare. *Non desiit enixè res tuas curare.* Paraphrastes Delph.

19. H. e. antiquum morem suum obtinuit. Dignum factis suis fecit. Ita solet. Itidem in hac re fecit, ut in aliis. Fecit ut alia ejus facta sunt. *Vesterhov.*

20. TUM, praeterea, etiam.

An. Quid is fecit? *Ge.* [21] Confutavit verbis [22] admodum iratum [23] patrem.
An. [24] Eu! Phormio. *Ge.* [25] Ego quod potui, porro. *An.* Mi Geta, [26] omnes vos amo.
Ge.

etiam. * PHORMIO ITIDEM.] Guyetus in ἀνεκδότοις, PHORMIO SEITIDEM. In impressis autem τὸ SE subaudit. Et videtur vix dici absolutè, *praebere virum*. Dubius Ciceronis locus est, Fam. V. 18. *Rogo atque oro, te colligas*, virumque praebeas. *Vesterhov.* PRAEBUIT, ostendit, aut praestitit.

21. CONFUTAVIT VERBIS.] Convicit: ut si diceret, *Refutavit*. sed *Refutatio* in rem est: *Confutatio* in personam. *Donatus.* Plaut. Truc. II. 3. 28.
Ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim.
Est autem vox culinaria, notatque *futo aquam ferventem compescere.* Titinnius, Setina:

Coquus magnum abenum, quando fervit, paulâ confutat truâ.

Vide ad Heaut. V. 1. 76. *Vesterhov.* VERBIS ideo forte addidit, quia etiam *factis* confutari potuerat. An *verbis* per Charientismum dixit, pro *maledictis?*

22. ADMODUM.] Haec vocula referri potest, & ad CONFUTAVIT, & ad IRATUM: Posterius placet Minellio; prius mihi.

23. PATREM.] Mallet Faërnus ex Codice Bembino, SENEM, utpote accommodatius consuetudini sermonis servilis. Atque ita quidam ediderunt. Largirer, nisi verba fierent Antiphoni filio. Ita tamen Infra IV. 4. 1. *Vesterhov.*

24. Ms. Graev. HEU, PHORMIO. sed notat Agraetius, HEU *interjectio dolentis est*, EU *laudantis*, *Terentius*, EU!, PHORMIO. Vesterhov.

25. EGO QUOD POTUI, PORRO.] De se mediocriter per ἔλλειψιν, moraliter satis. — Ordine: primo dominum, post Phormionem, ultimum se posuit. *Donatus.* Modestè omisit *Feci.* PORRO, etiam.

26. OMNES VOS AMO.] Gratias vobis omnibus

Ge. [27] Sic habent principia sese, ut dico. adhuc
[28] tranquilla res est. 15
Mansurusque [29] patruum pater est, dum huc adveniat. *An.* Quid eum? *Ge.* [30] Ut ajebat,
[31] De ejus consilio sese velle facere, [32] quod ad hanc rem attinet.

bus ago. Vide supra I. 2. 4. *Vesterhov.*

27. Sic supra II. 3. 82. *Vesterhov.* PRINCIPIA, sc. hujus negotii, & defensionis tuae.

28. TRANQUILLA RES EST.] Vide And. III. 5. 14. & Eun. V. 9. 8. *Vesterhov.* TRANQUILLA, integra & tuta. *Paraphrastes Delph.* Nihil adhuc movetur a patre, ad solvendas nuptias.

29. Patruos vulgo acres severosque vitiorum reprehensores faciunt Satyrici. Horat. Sat. II. 3. 87.

sive ego pravè,
Seu rectè; hoc volui: ne sis patruus *mihi.*

Pers. Sat. I. 9.

Tunc cum ad canitiem, & nostrum illud vivere triste
Adspexi, & nucibus facimus quaecunque relictis:
Cum sapimus patruos, *tunc, tunc ignoscite.*

Ubi vide quae notavit Isaacus Casaubonus. *Vesterhov.*

30. UT AJEBAT.] Guyetus Antiphoni etiam tribuit, legens, QUID EUM? QUID AIT? *Vesterhov.* UT, pro *quod*, i: quoniam, siquidem, aut, *ut qui quippe qui.* Abest haec vocula in Edd. Farnab. Delphini & Minell. neque id malè, nam videtur turbare constructionem τοῦ AJEBAT, cum SESE VELLE FACERE, versu seq.

31. DE EJUS SENTENTIA SESE VELLE FACERE.] Plaut. Capt. Prol. 48.

commenti de sua sententia.

Bacchid. IV. 9. 113.

Nihil ego tibi hodie consilii quidquam dabo:
Neque ego haud committam, ut si quid peccatum siet,
Fecisse *dicas* de mea sententia. *Vesterhov.*

I. e.

An. 33 Quantus metus est mihi, venire huc salvom nunc patruum, Geta!
Nam per ejus 34 unam, ut audio, aut vivam, aut moriar, sententiam.
Ge. Phaedria 35 tibi adest. *An.* Ubinam? *Ge.* Eccum, 36 ab sua palaestra exit foras. 20

I. e. Secundum ejus consilium.

32. Mss. Witt. QUOD HANC REM &c. *Vesterh.* HANC REM, matrimonium tuum.

33. Non optat SALVOM PATRUUM VENIRE, secundum *Apollodorum:* & (*sed*, mallet Vesterhov.) ostendit, non congruere salutem ejus cum commodo suo. An non dicit, (Immo, *An dicit*, *non malum* &c. Vest.) *malum esse & incommodum sibi*, sed tantum magni terroris plenum adventum patrui? *Donatus.* Possit videri optare necem patrui: sed loquitur ex veteri formula. *Vesterhov.* SALVOM hic additum tantum ex veteri formula, salvum reditum amicis gratulantium. Nam id modò vult, non ut pereat patruus in via (quod ab Antiphonis persona valde alienum), sed adventum ejus, a quo sua vita pendeat, sibi magni metus causam fore. *Mer. Casaubon.*

34. UNAM, solam. vel, UNAM SENTENTIAM, unum effatum judiciale. Spectat enim hoc consilium patrui, ut de vita sua latam sententiam. ÚT AUDIO, Quantum ex verbis tuis intelligo. * AUT VIVAM, AUT MORIAR.] Sic solent in veteri Fabula amantes, ubi se amoribus, mariti, ubi uxoribus exoptatis se spoliari vident. Neque aliter nostri aevi Fabulae Romanenses. *Vesterhov.*

35. Benè TIBI, utpote exoptatus. Sic Heaut. II. 3. 2. *Mulier* tibi adest, *audin' Clinia?*

36. AB SUA PALAESTRA &c.] Bene palaestram ejus dixit lenonis domum, in qua est exercitus (pro, *exercetur*) amator assiduè. *Plautus* Bacchid. (I. 1. 32. Legitur nunc, *Penetrare.* Locum integrum vide in Commentario. *Vesterhov.*)

homo adolescens

Pe.

Penetrem hujusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur. Donatus.

PALAESTRA.] Propriè de loco gymnastico, ubi cursu, lucta, hasta, disco, saltu, aliisque ludis exercebantur. Virg. Aen. VI. 642.

Pars in gramineis exercent membra palaestris,
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

H. l. lenonis domus intelligitur, continuo exercens & excrucians Phaedriam. Sic Eun. II. 3. 23. E. Plutarcho laudat Georg. Fabritius: Κυθηρις ἀπὸ τῆς αὐλῆς παλαίςρας, γύναιον ἀγαπώμενον. de Volumnii Eutrapeli liberta, quam Gallus Poëta, & Antonius Imperator amabant simul. Plaut. Bacchid. I. 1. 32.

homo adolescentulus
Penetrare hujusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur,
Ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus!

Et mox:

ubi ego capiam pro machaera turturem,
Ubique imponat in manum alius mihi pro caestu cantharum:
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,
Pro hasta talus: pro lorica malacum capiam pallium:
Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.
Apage a me, apage. Vest.

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA

Ph. [1] DORIO, audi, obsecro. *Do.* Non audio.
Ph. Parumper. *Do.* Quin [2] omitte me.

 Ph.

1. Integra haec Scena expressa est ex Plauti Pseud. I. 3. *Vesterhov.*

2. Pro, mitte, sine me ire. * QUIN, modò cori-

Ph. Audi, quod dicam. *Do.* [3] At enim taedet jam [4] audire eadem millies.

Ph. At nunc dicam, quod lubenter audias. *Do.* Loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut [5] maneas triduum hoc? quo nunc abis?

Do. [6] Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi. 5

An. Hei! [7] metuo lenonem, [8] ne quid suat suo capiti! *Ge.* Idem ego metuo.

Ph.

ripiendi vel imperandi vim habet. ut, *Quin age.* (Virgil. Ecl. III. 52.) Donatus.

3. AT ENIM, pro simplici AT, aptum stomachanti.

4. AUDIRE EADEM MILLIES.] Sic. Eun. III. I. 32. Cic. pro Mil. 20. Millies *in ea* (villa) *fuerat.* Vesterhov. Pro, *crebrò*, per moralem hyperbolen.

5. Differas puellam vendere: aut, me exspectes, dum argentum invenio.

6. Eadem constructione dixit And. I. 2. 4. *Mirabar, hoc si sic abiret.* De usu autem τȣ SI pro *an*, vide Barthium ad Stat. Thebaid. IV. 367. *Vesterhov.* Mirum mihi visum esset, si quicquam novi dixisses. Hic quidem non puto SI pro *an* positum.

7. METUO LENONEM, NE QUID SUO SUAT CAPITI.] Deest *mali.* SUAT autem appingat atque affigat. SUO SUAT CAPITI? Ἀποσιώπησις. διὰ τὸν εὐφημισμὸν, * SUO CAPITI dixit, quum dicturus esset, Phaedriae. Ut (Virg. Aen. IV. 640.) *Dardaniique rogum capitis.* Donatus.

* Hinc fit verisimile, etiam Donatum legisse, uti legendum observat Muretus. Neque aliter ἀποσιώπησις locum habet. *Vesterhov.* Putat Scaliger, observante & approbante Merico Casaubono, METUO LENONEM, NE &c. Dictum esse, pro, *Metuo ne leno* &c. Hic eòdem redit res.

Ita

Ph. Non mihi credis? *Do.* [9] Hariolare. *Ph.* Sin [10] fidem do. *Do.* [11] Fabulae!

Ita tamen solent Comici, pro nominativo uti accusativo, & cum eo verbo construere, quò propriè non pertinebat. Sic Plaut. Rud. IV. 3. 24.

vidulum
Istum, *quoius ille est*, *novi ego hominem jampridem.*

Pro, *Hominem istum*, *quoius ille* vidulus *est*, *novi ego jampridem.* Vide me, si tanti est, supra ad II. 3. 7.

8. NE QUID SUO SUAT CAPITI, constans fere Librorum lectio est, sed unde vix quidquam boni sensus eruas. Mff. Bodl. Graev. Witt. NE ALIQUID SUO &c. Mf. Mark. & Edit. Anon. NE QUID SUO ASSUAT &c. (atque ita videtur Donatus legisse) Guyetus, quia nihil expediebat, versum hunc *non versum*, *sed monstrum* vocat, *ab indocto & impudente interpolatore intrusum.* Est autem elegantissima lectio, quam e suo Ms. exhibet Muretus, METUO LENONEM, NE QUID SUAT. SUO CAPITI! Ubi enim dixisset Antipho, METUO LENONEM, NE QUID SUAT, i. e. machinetur, struat, & spectatores crederent, additurum, PHAEDRIAE CAPITI, subito flectit sermonem, atque per imprecationem subjicit, SUO CAPITI! q.d. Quae res ipsi lenoni male vertat. Primum τὸ *Suere* usurparunt, uti Graeci τὸ ῥάπτειν, pro, malum struere alteri. Sic *consutos dolos* dixit Plautus, Amph. I. 1. 211. Eidem *sutelae* sunt doli & fraudes, Capt. III. 5. 34. Neque aliter Cicero, pro Dejot. 6. *At quam festivè crimen* contexitur! Tum illa, SUO CAPITI! imprecandi formulam habent. Gr. εἰς κεφαλήν. Hecyr. III. 1. 53. 54. Cic. Philipp. XI. 5. Suo capiti *salvis nobis*, *ominetur.* Att. VIII. 5. *Multa*, *inquam*, *mala eum dixisse*, suo capiti, *ut ajunt.* Coelius ad Cic. Fam. VIII. 1. *Te ad IX. Kal. Jun. subrostrani* (quod illorum capiti sit!) *dissiparant periisse.* Quod autem Muretus in suo Mf. legit,

Ph. [12] Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. *Do.* [13] Logi!

Ph.

git, idem ita edidit Gryphius, Venet. 1580. *Vesterhov.* Neque ego dubitavi hanc lectionem in textu exprimere, praesertim cum planum & elegantem sensum suppeditet, & auctoritate fulciatur non contemnenda. Sciens praeterii loca Plauti, quae Vesterhovius contulit cum mutato sermone Antiphonis: Sunt autem Aul. II. 4. 23. Mostell. I. 3. 95. Perf. III. 1 68. Ibi prorsus aliud infertur, quam credunt spectatores, citra tamen imprecationem. *Caput* pro homine accipitur: & id vult Donatus loco Virgilii allato. Sic Horat. Carm. I. 24. 1.

Quis desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis?

Noster And. II. 2. 34. *Ridiculum* caput! Adelph. II. 3. 8. *Festivom* caput! itaque SUO CAPITI, hic foret, *sibi.* Magis tamen Comicum est, simpliciter & proprio sensu accipere cum Vesterhovio. Sed & pro *vita* accipere licet.

9. H. e. Nugaris. Adelph. II. 1. 48. Possit & sensus esse, HARIOLARE, rem ipsam conjectas, menimirum tibi non crediturum. *Vesterhov.*

10. Ms. Mark. SI FIDEM DO. Subaudi, *Me argentum confecturum, atque tibi pro Psaltria persoluturum* Vesterhov. Sancte tibi promitto.

11. FABULAE!] Formula rejiciendi sermonem vanum, fictum & falsum. And, I. 3. 19. & III. 3. 21. Heaut. II. 3. 95. infra V. 7. 53. Unde & sermonem alterius exsibilando interturbantes, *Fabulam inceptat*, dicebant. And. V. 4. 22. Plaut. Menaechm. V. 1. 23.

au mos est ita hic,
Peregrino ut advenienti narrent fabulas?

Similem mimum vide Pseud. I. 3. *Vesterhov.*

12. FOENERATUM.] Ab utili. FOENERATUM ISTUC BENEFICIUM TIBI.] Id est, *mihi a te foeneratum* Donatus. Sc. praestitum mihi a te cum magno tuo lucro. BENEFICIUM dixit moram tridui. * FOENERATUM — TI-

Ph. Crede mihi, [14] gaudebis facto. [15] verum hercle hoc est. *Do.* [16] Somnia!

— TIBI PULCHRE.] H. e. magno foenore redditum. Adelph. II. 2. 11. Seneca Benef. I. 1. *Demus beneficia, non* foeneremur. Accius: Androm.

Quod beneficium haud sterili in segete, rex, te obsevisse intelliges. Vesterhov.

13. LOGI!] Turpilius, Canephoro:

Testamentum ergo celabis? Logi.

Sic Gr. λόγες λέγειν est inaniter verba fundere. Nonius Marcellus *Logos* exponit *sermones, vel dicta ridicula, & contemnenda.* Quo sensu & Plautus & Cicero usi. *Vesterhov.*

14. GAUDEBIS FACTO.] Plaut. Poen. I. 1. 69. *faciam, ut* facto gaudeas. H. e. ne te fecisse poeniteat. Valet autem FACTO, post factum. Plaut. Rud. Prol. 28.

Iccirco moneo vos ego haec, qui estis boni,
Quique aetatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro; post factum *ut laetemini.* Vesterhov.

15. Bene ipse dictum suum confirmavit. *Donatus.* VERUM HERCLE HOC EST.] Formula, qua uti licet, ubi dictis fidem non invenis. Sic Eun. II. 3. 19. *Vesterhov.*

16. SOMNIA!] Adelph. II. 1. 50. Sed & *Somniare* pro, nugas blaterare dixerunt. Plaut. Amphitr. II. 2. 64.

paullisper mane,
Dum edormiscat unum somnium. Am *Quaene vigilans* somniat? Vesterhov.

Ita infra V. 6. 34. Plaut. Curc. IV. 3. 14.

Quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias? Persius, Sat. III. 83. ex persona Centurionis, philosophos irridentis:

Aegroti veteris meditantes somnia: gigni
De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.

Magis Comicum est SOMNIA hic accipere proprio suo sensu, quam cum Delphini Paraphraste, *mania & falsa*, exponere.

Ph. Experire [17], non est longum [18]. *Do.* [19] Cantilenam eandem canis. 10

Ph. [20] Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. *Do.* [21] Garri modo.

Ph.

17. Sub. *fidem meam*, seu, *quam servans promissi sim.* an, *moram tridui?* hoc certe suadet, quod sequitur.

18. NON EST LONGUM.] Subaudi, quod oro; nempe triduum Supra versu 4. & infra versu 28. *Vesterhov.* Aut ex priori subaudiendum est, *experimentum.*

19. CANTILENAM EANDEM CANIS.] Ita dicit: ut, *Vetus & vulgata cantio.* Donatus. CANTILENAM EANDEM CANIS.] Τὸ αὐτὸ ἄδεις ἄσμα. Dictum affine alteri: *Eadem oberras chorda.* Plaut. Trin. II. 2. 10.

Haec dies noctesque tibi canto, *ut caveas.*

Vide Heaut. II. 3. 19. Cicero Att. I. 19. *Ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus* cantilenam *illam suam.*

Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Dicitur autem *cantilena*, quod crebris sermonibus cantatur. Unde & pro *convicio* ponitur. Festus: Occentassint *antiqui dicebant*, *quod nunc* convicium fecerint *dicimus*, *quod id clare*, *& cum quodam canore fit.* — *Inde* Cantilenam *dici*, *quia illam non cantus jucunditatem puto.* (Adde) Horat. A. P. 356. *Vesterhov.* Postrema verba Festi in mendo cubant: inde adeo nihil certi, de sensu vocis *Cantilena*, concludi potest. Sed neque locus Horatii satis huc est aptus, agitur enim ibi de eodem errore saepius repetito. Minellio annotante, *Cantilenam eandem canis*, proverbium est in eos, qui molesti sunt, saepius eadem inculcantes: Sumtum a cantoribus; qui, si quando diutius eandem occinant cantionem, taedium afferunt auribus.

20. Nunc ridiculus adolescens ad humiles descendit blanditias: & credo eum ad ultimum TU additurum fuisse, *Deus*, nisi leno inter-

Ph. Adeon' [22] ingenio esse duro te atque inexorabili,
Ut neque misericordia *, neque precibus [23] molliri queas?

Do.

ferrupisset sermonem. * Sic Plaut. Capt. II. 3. 84.
tu mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater.
Guyetus ultimum TU expungens expedire se versum dicit, legendo, TU MIHI COGNATUS, PARENS TU, AMICUS TU. Sed vel ideo melior lectio vulgata, quod leno plura etiam dicere parantem Phaedriam obturbat. Sic Adelph. III. 4. 55. Laudat Pareus e Ms. Pal. TU MIHI PARENS, TU MIHI LOCO FRATRIS. E Ms. Lovaniensi citat Pulmannus: TU MIHI AMICUS, TU MIHI. *Vesterhov.* TU PARENS, TU AMICUS, TU.] Secunda ἀποσιώπησις. *Donatus.*

21. GARRI MODO.] Eun. II. 3. 86. Heaut. III. 2. 25. IV. 6. 19. Supra I. 4. 33. Amplius quid dicere videtur leno, quam ante, respondendo, *Fabulae, Logi, Somnia.* Quum igitur Phaedria toties repeteret illud TU, facetè respondet leno, GARRI MODO. Codd. quidam, GARRIS MODO. Est vero noctuarum speciatim, *Tutubare*, ex sono, quem edunt, *tu, tu*, vel potius, *tou, tou.* Sic Plaut. Menaechm. IV. 2. 90.

Me. *Egon' dedi?* Pe. Tu, tu istic, *inquam. vin' afferri noctuam*
Quae, Tu, Tu, *usque dicat tibi?*

Martialis III. 93. 8. ad ranas transtulit:

Meliusne ranae garriant Ravennates. Vesterhov.

22. Sub. *Credibile est;* aut ejusmodi quid. Verbis temperans, DURO, dixit, pro, *saevo, atroci.*

* Scil. ultrò, ex meae miseriae consideratione, nondum admotis precibus.

23. MOLLIRI.] propriè de ingenio duro. Infra IV. 3. 27. Plaut. Truc. Argum. versu 5.

Vi magna servos est ac trucibus moribus,
Lupae ne rapiant domini parsimoniam;
Et is tamen mollitur. *Vest.*

Do. Adeon' te esse incogitantem, atque impudentem, Phaedria,
Ut [24] phaleratis dictis ducas me, [25] & meam ductes gratiis? 15

An.

24. PHALERATIS DICTIS.] Honestis atque ornatis: quia dixit, TU MIHI COGNATUS, TU PARENS. Et quasi leno, irridet honestatem, ac despicit. *Donatus.* UT PHALERATIS DICTIS DUCAS ME.] H. e. Verbis in speciem honestis me differas. A *phaleris*, equorum & equitum ornamentis. Persius Sat. III. 30.

Ad populum phaleras. *ego te intus, & in cute novi.*

Vide Barth. Advers. XXIV. 3. & Car. Andr. Dukerum V. Cl. ad Flor. I. 5. 6. Gr. φάλαρα. And. IV. 1. 20. Caes. B. C. I. 61. 3. *Bellum in hyemem* ducere *cogitabant.* (Idem, B. G. I. 16. 4. *Diem ex die ducere Aedui; conferri, comportari* (frumentum), *adesse, dicere. Ubi se diutius* duci (Caesar) *intellexit*, &c. Hic *Duci* est, vanis promissis trahi.) Sed & *ducere* est fallere. pro quo usitatius *circumducere*. Plaut. Mostell. III. 2. 26.

reperi, qui senem ducerem.

Capt. IV. 2. 7.

Hic ille est senex ductus, *quoi verba data sunt.* Vesterhov.

DUCAS, ducere putes, mihi verba dare tibi persuadeas. *Minell.* Decipere coneris. *Paraphrastes Delph.*

25. MEAM, sub. ancillam. * MEAM DUCTES GRATIIS.] Qui *Abducas* interpretantur, non cogitant, lenonium esse verbum, & turpiculum. Plaut. Asin. I. 3. 17.

Quid modi 'st? ductando, *amando, numquamne expleri potes?*

Et V. 2. 12.

qui quidem cum filio
Potet una, atque una amicam ductet, *decrepitus senex.*

Poen. IV. 2. 46.

Neque triobolum ullum amicae das, & ductas gratiis.

Menaechm. IV. 3. 20.

Nisi feres argentum, frustra me ductare *non potes.*

Lego & distinguo, *frustra es*, ductare *me non potes.* (Immo nihil est mutandum, *frustra* enim gratis significare

An. [26] Miseritum 'st. *Ph.* [27] Hei! veris vincor.
Ge. [28] Quam uterque est similis sui!
Ph. [29] Neque, Antipho alia quum occupatus esset sollicitudine,

Tum

care potest, quemadmodum τὸ *gratis* frustra.) Muretus ad Plaut. Mostell. III. 2. 161. translatum existimat ab Imperatore exercitus. Uti enim *exercitum ductat* is, cui exercitus paret, ita & *ductare mulierem* dicitur, cui illa obtemperat, & morigera est, in rebus omnibus. Adde Rivium. Cod. Bemb. DUCIS GRATIS. sed GRATIIS trochaici carminis ratio exigit. *Vesterbov.* GRATIIS, sine mercede, gratuitò.

26. Antipho cum Geta semoti stantes lenonis & Phaedriae sermones captaverant. Antipho igitur intellecta lenonis pertinacia in neganda Phaedriae amica, MISERITUM 'ST, inquit. q. d. *Miseret me Phaedriae.* Sic Heaut. III. 1. 54. *Vesterbov.* Donato per ironiam dictum videtur.

27. HEI! VERIS VINCOR.] Hoc sibi dicit adolescens. *Donatus.* Q. d. Vera praedicat leno, neque enim more fit, ut quis gratis ductet amicam ab avaro lenone; mihi vero, quod dem, nihil est. Sic Plaut. Mostell. I. 2. 12.
Profecto ita esse, ut praedico,
vero vincam. *Vesterbov.*

28. Haec Geta ad Antiphonem. q. d. Quam parum alter alterum movet, dum pertinaciter avarus est Dorio, nec quidquam flectitur precibus, impatientissimè autem amans Phaedria, qui, quanto minus spei est, tanto amat magis. Cic. Att. XVI. 3. *Nec dubito, quin suo more uterque.* Idem Famil. XI. 20. *Labeo Segulius, homo* sui simillimus. *Vesterbov.*

29. NEQUE, ANTIPHO ALIA &c.] Hoc dolet Phaedria, quod in eadem re laboraverit Antipho, id est in amore. — ALIA, Minore aliqua sollicitudine quam haec est, quam nunc gerit. *levi quapiam, non hac de nuptiis, quae est gravissima.* An ALIA, praeter hanc, quam de me gerit?

Do-

Tum hoc esse [30] mihi objectum malum! *An.* [31] Ah! quid istuc autem est, Phaedria?
Ph. [32] O fortunatissime Antipho! *An.* Egone? *Ph.* Cui, [33] quod amas, domi est:

* Nec

Donatus. Ordo verborum ex trajectione rariori ita restituendus est: *Neque tum hoc malum mihi objectum esse, quum Antipho alia* (i. e. leviore) *occupatus esset sollicitudine!* Illud NEQUE non habet, unde pendeat. Sed in orationibus παθητικαῖς, ubi perturbatus est animus, ad cogitata saepe referri solent, quae ex abrupto offeruntur. quasi si non voce expressum, certè animo hoc agitasset: *Hoccine malum nunc mihi tempore tam alieno objici*; *neque tum, quum animus Antiphonis propria aegritudine liber mihi auxiliari potuisset, objectum esse!* Boeclerus. Queritur, sibi nihil praesidii esse in Antiphone, qui in eadem laboret Charybdi. q. d. *Nunc mihi hoc malum esse objectum, quum Antipho ipse rerum suarum satagit, nec me quidquam consilio vel auxilio adjuvat!* Dixit autem OCCUPATUS SOLLICITUDINE uti And. V. 1. 9. *Homini adolescentulo In alio occupato amore.* Plaut. Mostell. IV. 3. 16. *nisi quid magis Es occupatus.* Vesterhov. OCCUPATUS ESSET, detineretur, impeditus esset. laboraret.

30. ESSE OBJECTUM, obtigisse, accidisse. * Adelph. IV. 4. 1. *Vesterhov.*

31. His (malo, *hic*) demum Antipho, Phaedriae, a quo nondum conspectus erat, propior factus, familiari allocutione, AH QUID ISTUC EST AUTEM, inquit, PHAEDRIA? de quo conquereris tantopere, & in quo auxilium meum desideras. *Boeclerus.* AUTEM hic est particula intensiva, ardori sciscitantis apta. Vesterhovius mallet τὸ AH tribuere Phaedriae, interrogatione ante posita, si per Codd. liceret.

32. Conversus jam ad Antiphonem Phaedria hoc respondet, (q. d.) *quamquam maxima itidem sollicitu-*

* Nec cum hujusmodi [34] umquam usus venit, ut
conflictares malo. 20

An. Mihin' domi 'st? immo, id quod ajunt, [35] *auribus teneo lupum.*

[36] Nam

tudine occupatus sis, uti modo dictum erat, fortunatissimus es tamen, si mecum compareris. nimirum suae cuique calamitates maximae videntur. *Boeclerus.*

33. Eleganter, pro, *Quam amas.* Eun. II. 3. 16.
aliquid inveni
Modò, quod ames.
Plaut. Epid. V. 1. 46.
Tibi quidem, quod ames,
domi praesto est. Vesterh.
Ita supra, I. 3. 10.

* NEC CUM HUJUSMODI — CONFLICTARES MALO.] And. I. 1. 66. Intelligit autem amorem difficillimum, quem sine summa molestia conficere non poterat ab impurissimo lenone. *Vesterhov.* Verbum *Conflictari* cum ablativo sine praepositione construitur a Nepote, Timol. I. 2. Caesare B. G. V. 35. 5. B. C. I. 52. 3. & Hirtio, B. Af. 24. 2. Vesterhovius laudat Ciceronem, Fam. VI. 13. (aliis 14.) 4. Sed enim ibi verbum hoc est ambiguae significationis.

34. USUS VENIT.] Opus aut necesse fuit. *Don.*

35. AURIBUS TENEO LUPUM.] Graecum proverbium, τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. *Donatus.* Sueton. in Tiberio Cap. 25. *Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum, ut saepe* lupum se auribus tenere *diceret.* Locum Terentii imitatus est Hieronymus, Epistolâ ad Pammachium, advers. errores Joh. Hierosolym. *Nunc vero* auribus lupum apprehenderis, *nec tenere potes, nec audes dimittere.* Lindenbrog. Dicitur in eos, qui ejusmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere fit integrum, neque tamen tolerari possit. Videtur inde ortum, quod lupus ob aurium brevitatem, neque teneri commodè possit, neque citra summum periculum e manibus dimitti, bellua tam mordax. *Minellius.* Duplici incommodo laboro.

Vide

[36] Nam neque quomodo a me amittam, invenio: neque, uti retineam, scio.

Do. [37] Ipsum istuc mihi in hoc est. *An.* [38] Eia! ne parum leno sies.

[39] Num-

Vide Erasmum in Adag. *Vesterhov.*

36. NAM NEQUE &c.] Supra I. 3. 24. Ex Caecilio citat Gellius XV. 9.

Nam hi sunt inimici pessumi, fronte hilaro,
Corde tristi, quos neque ut apprendas, neque ut mittas, scias.

Codd. quidam, QUO AMITTAM. Alii, QUO PACTO. *Vesterhov.*

37. IPSUM ISTUC MIHI IN HOC EST.] Δεικτικῶς de Phaedria haec dicit leno. q. d. Hic mihi lupus est, quem neque ferre diutius, quia nihil numerat, neque absolvere possum, quia improbè blandus est, & multa pollicendo me obtundit. Guyetus versum hunc ineptum & insititium vocat. *Vesterhov.*

38. EJA! NE PARUM LENO SIES.] Ἔλλειψις. deest enim, *Vereris.* Donatus. Laudat haec verba Asconius Pedianus, ad Cic. Verr. I. 38. Habent autem correctionem ironicam verborum lenonis. q. d. Dicis, tibi ita rem esse cum Phaedria, ut videaris lupum tenere auribus, quia metuis ne parum sis leno, i. e. ne minus sis flagitiosus quam vulgus lenonum solet, non satis magno pretio vendens puellam. Sumitur autem persona ipsa pro moribus. Plaut. Pers. IV. 6. 4.

Ne non satis esses leno, *id metuebas miser.*

Coelius Ciceroni Att. X. 9. *Ne, dum pudet te*, parum optimatem *esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas.* Ovid. Metam. XII. 29.

pietatem publica causa,
Rexque patrem *vicit.* Vesterhov.

Cave ne parum te lenonem praestes. *Paraphrast. Delph.* Ita nulla Ellipsis: exhortatio autem per ironiam est, dehortationi. aequipollens. q. d. Noli tam leno esse, tam lenoniè agere.

³⁹ Numquid hic confecit? *Ph.* Hiccine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meam vendidit. *Ge.* Quid? vendidit? *An.* Ain'? vendidit? 25
Ph. Vendidit. *Do.* ⁴⁰ Quam indignum facinus! ancillam aere emtam * suo.
Ph. Nequeo exorare, ut me maneat, & ⁴¹ cum illo ut mutet fidem,

⁴² Tri-

39. Absolvitur interrogatio ante coepta, *Ab quid istuc est autem Phaedria?* nunquid flagitii est, quod hic confecit leno? *Boeclerus.* Sic Plaut. Mostell. II. 2. 98. *Quid ego hodie negotii confeci malum!*
Infra V. 2. 5.
dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Malim autem: NAM QUID HIC CONFECIT? uti ediderunt Aldus, Muretus, Heinsius. quod valet, *Quidnam.* Vesterhov.

40. QUAM INDIGNUM FACINUS! ANCILLAM &c.] Haec leno ad spectatores conversus sarcasticè dicit, Phaedriae PHAMPHILAM MEAM, & toties repetitum VENDIDIT salse retundens. Quam igitur Phaedria tanto amore commotus *suam Pamphilam* dixerat, leno contemtim ANCILLAM vocat suam; quam ille *venditam* querebatur, hic EMTAM SUO AERE nihil mirum dicit, si rursus vendiderit. Juvat elegantiam, quod SUO AERE potius dixit, quam MEO. Sic Horat. Serm. II. 3. 129.
servosque tuo quos aere pararis.
Mss. Mark. EMTAM MEO. Mss. Boend. & Edit. Anon. ANCILLAM MEAM EMTAM AERE MEO. *Vesterhov.* Ita cogitandum est haec ad spectatores dici, ut tamen audiant Phaedria & Antipho, sic enim amarior erit sarcasmus & insultatio. INDIGNUM, foedum, nefarium.

* Bene SUO, quasi de tertia persona. *Donatus.* Imo SUO, quia respondet ad antecedens, VENDIDIT.

41. CUM ILLO UT MU-

42 Triduum hoc: dum id, quod est promissum, ab amicis argentum * aufero

43 Si tum non dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies.

Do.

MUTET FIDEM.] Haec Guyeto nec Oedipus intelligit, legenti: NEQUEO EXORARE UT ME MANEAT; EO CUM UT NE MUTET FIDEM TRIDUUM HOC. Quando EO CUM UT NE MUTET FIDEM notant, *ea conditione, ut stet promissis*. Addit autem in Glossis ineditis; Phrasin illam, CUM EO, pro, *ea conditione*, vulgo ignotam, mutationis caussam fuisse. Ita (*certè locuti sunt*) Cicero, Livius, Columella, Celsus, Quinctilianus. Vide Fabri Thesaur. Latin. voce CUM. Et sane rarior est locutio, ubi *mutare fidem cum aliquo* notat fidem alteri datam fallere: Sic *mutare dictum*, *mutare factum*, Plautina sunt & Terentiana. Illud vero ἄκυρον videri possit, quod CUM ILLO — FIDEM dixit, pro, *fidem illi datam*. Sed & ita Plautus Pseud. I. 3. 142. ubi leno itidem in simili negotio:

Si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim fidem.

Idem, Curc. I. 2. 49.

si fidem servas mecum.

(ubi *Mecum* valet *mihi, erga me*.) Merc. III. 1. 33.

Si mecum servatur fides.

Prope ad nostrum accedit illud Mil. IV. 1. 36.

ne istanc amittam, & haec mutet fidem.

Ubi itidem poterat dixisse, *haec mecum mutet fidem*. Fr. Fabricius, ILLO CUM UT &c. ut sit ἀναστροφὴ, ne versus claudicet. *Vesterhov*. CUM ILLO UT FIDEM MUTET, resignet militi pactionem. *Minell.*

42. Hoc refertur ad τὸ MANEAT ME versu priori.

* Accipio, adipiscor. AFFERO ex Mss. Lipf. Witt. Boend. citat Vesterhovius.

43. Haec lenoni sigillatim dicit. DEDERO, numeravero tibi. * Videtur leno risu vel simili gestu ex-

Do. [44] Obtundis. *An.* Haud longum [45] est id, quod orat, Dorio: exoret, sine. 30

Idem [46] hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Do. [47] Verba istaec sunt. *An.* [48] Pamphilamne hac urbe privari sines?

Ss 2 Tum

cepisse verba Phaedriae. Unde is ad eum conversus haec dicit. *Vesterhov.*

44. OBTUNDIS.] And. II. 2. 11. Editio 1469. & quaedam aliae vetustae, OBTUNDE. Idem ex Codd. Victor. & Basilic. laudat Faërnus. *Vesterhov.* Quod si ita legeretur, haberet ironiam ut supra, *ne parum leno sis*. Est autem *Obtundere*, aures alicujus fatigare, & quasi surdas reddere, idem identidem inculcando.

45. Sub. *Tempus*, *spatium*. sic versu 10. supra.

46. Duplo majorem pro hoc beneficio tibi referet gratiam. * Explicat *Antipho*, quod versu 8. dixerat *Phaedria*:

Foeneratum istuc tibi pulchre dices.

Ciceronianum est, *Cumulatè reddere*, *cumulatissime referre gratiam*, *beneficium*. Vesterhov. CONDUPLICAVERIT.] Conjunctivum pro indicativo, id est, *Conduplicabit*. Donatus.

47. Ad similem promissionem supra versu 8. dixerat, LOGI. Plaut. Pseud. I. 3. 27. in re simili leno juveni:

mortua re, verba nunc facis. Vesterhov.

VERBA, sc. mera, & inania, sine re.

48. Videntur potius esse verba Phaedriae, mox de se, tamquam de tertio quodam loquente. AB HAC URBE. Mſ. Boend. Mallet Guyetus, PAMPHILANE HANC URBEM PRIVARI SINES. *Vesterhov.* PRIVARI, excludi. *Minell.* Si puella redemta esset a Phaedria, futura erat civis: caeteroquin a milite pro concubina abducenda. Lepida est conjectura Guyeti, ex qua Philumena spectatur ut urbis ornamentum. PAMPHILAM cum emphasi est pro-

Tum praeterea horunc' amorem [49] distrahi [50] poterin' pati?

Do. Neque ego, neque tu [51]. *Ge.* [52] Di tibi omnes id, quod es dignus, duint!

Do. [53] Ego te complures, advorsum ingenium meum, menses tuli, 35

[54] Pollicitantem, [55] nihil ferentem, flentem: [56] nunc contra omnia haec;

Rep-

pronuntiandum: q. d. tam eximiam puellam.

49. Aptè DISTRAHI dixit de amore firmissime cohaerente. Potest & dixisse HORUNC' AMOREM, pro *hosce amantes*.

50. Ms. Mark. POTERO. *Vesterbov.* Cui lectioni favet responsum lenonis, NEQUE TU.

51. Sc. *Poterimus pati eorum amorem distrahi.* Quod Antipho de separatione seriò dixerat, id leno repetit, voce quidem ad miserationem composita, sed ut irridere illum appareat: Unde & Getae indignatio subsequitur: DII TIBI &c. *Minell.*

52. Ms. Mark. *Pb.* DI TIBI Mss. Witt. Graev. DI TIBI — QUOD EST DIGNUM &c. Sed QUOD ES DIGNUS magis figuratum vocat Faërnus. *Vesterbov.* Imprecatio per Charientismum.

53. Haec Phaedriae dicit leno.

54. Multa & praeclara pollicentem.

55. NIHIL FERENTEM FLENTEM.] Ὁμοιον τῷ γένει, usitatum veteribus. *Donatus.* Editio Veneta anni 1490. rectius, ὁμοιοτέλευτον. *Vesterbov.* FERENTEM, afferentem, dantem.

56. Cl. Wielingius distinguit, NUNC, CONTRA, OMNIA HAEC REPPERI. Mss. variè, NUNC OMNIA CONTRA REPPERI. NUNC CONTRA OMNIA REPPERI. NUNC CONTRA, OMNIA REPPERI. Videtur autem praestare lectio vulgata: nam & ita Adelph. I. 1. 19. itidem absolutè;

ille

Repperi, qui det, neque lacrumet: [57] da locum melioribus.

An. Certe hercle, si [58] satis commemini, [59] tibi quidem est olim [60] dies,

S s 3 Quam

ille contra, haec omnia. Valet autem, ἀντὶ ἡττῶν πάντων. *Vesterhov.* Ex opposito horum omnium. *Minell.*

57. Cede plus dantibus. τοῖς κρείττοσι. Videtur desumtum e solenni lictorum formula, Consule adventante. Sic Plaut. Aul. III. 1. 2.

Date viam, *qua fugere liceat, facite totae plateae pateant.*

Curc. II. 3. 1.

Date viam *mihi noti atque ignoti.* Vesterhov. MELIORIBUS, illis, qui plus possunt, quam tu. *Paraphrastes Delph.* Potentioribus, ditioribus. Loquitur autem in plurali, exaggerandi causa, cum solum militem intelligat.

58. Recte recordor. Rarum verbum COMMEMINI, neque extans in Fabri Thesauro Cellariano. aut Falsteri, viri doctissimi, ad hunc observationibus.

59. Haec Phaedriae loquitur, non lenoni, ut exponit Paraphrastes Delphini; quamquam parum intersit. * Hic, OLIM futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adolescente pecunia diem constituerat: & inventa meliori conditione, anticipaverat tempus cum adolescente praescriptum. *Donatus.* Sequentia Phaedriae & lenonis responsa suadent, ut OLIM de praeterito tempore capiamus, contra Grammatici sententiam.

60. DIES, QUAM AD DARES HUIC, PRAESTITUTA.] Mſ. Boend. PRAECONSTITUTA. Plaut. Pseud. I. 1. 56.

ei rei dies
Haec praestituta *est.*

Et II. 2. 28.

argento haec dies
Praestituta *est*, *quoad referret nobis.*

Quo respiciens Guyetus, QUOAD DARES legit. *Vesterhov.* QUAM AD, pro, ad quam, quâ. ἀναστροφή. QUOAD, *ad quod tempus*, reddit Minellius. malim, intra quod tempus. Licet pa-

Quam ad dares huic, praestituta. *Ph.* Factum. *Do.*
[61] Num ego istuc nego?
An. Jam ea praeteriit? *Do.*. [62] Non: verum haec
ei antecessit. *An.* [63] Non pudet 40
Va-

parum laborandum sit de sensu hujus lectionis, natae scilicet in Guyeti cerebro. DARES, numerares lenoni pecuniam; Non enim, *traderes Pamphilam Phaedriae*, ut reddit Delphini Paraphrastes.

61. Codd. quidam: NON EGO &c. *Vesterhov.*

62. NON: VERUM EI HAEC ANTECESSIT.] Urbanè leno, HAEC ANTECESSIT: ut alii putant, meretrix vendita (Sc. *Militi cessit puella ante praestitutam tibi diem*): ut alii, dies, qua lenoni constitutum fuit (Forsan, *a milite, ut solveretur argentum, & puella traderetur.*) An apertè perfidus leno mentitur? unde sequitur, NON PUDET VANITATIS. *Donatus*. NON: VERUM HAEC EI ANTECESSIT.] I. e. Cras aderit. in crastinum finis constituti inter nos temporis incidit. Donatus nihil hic extricat. *Boeclerus*. NON: VERUM HAEC &c.] Ridicula responsio, quâ rationem anticipatae diei reddere velle videtur, nec tamen ullam reddit, nisi quod prior dies (quod nemo dubitat) posteriori antecesserit. quare apertè agnoscit perfidiam suam leno, ut lenone dignum erat, cui nullus pudoris, nullus honesti sensus. Sed & in verborum ambiguitate festive ludit Poëta, ita enim intelligi etiam possunt, ut hanc diem priorem ac potiorem, pretio scilicet oblato & parato, merito sibi fuisse pronuntiet. Possis & de virgine intelligere, ut ante praestitutam diem haec aliis cessisse dicatur. *Mer. Casaubonus*. Varie haec tentat Donatus; sed nihil expedit. Simplicior sensus est, *Haec dies proxima est ante praestitutam*. Vesterhov. Si divisim legatur, ANTE CESSIT, prima Donati sententia satis commoda erit, cui & Mer. Casaubonus adstipulatur in ultima nota sua.

63. NON PUDET VANI-

Vanitatis? *Do.* Minime, [64] dum ob rem. *Ge.*
[65] Sterquilinium. *Ph.* Dorio,
Itane [66] tandem facere oportet? *Do.* [67] Sic sum:
si placeo, utere.
An. Siccine hunc decipis? *Do.* Immo enim vero,
Antipho, hic me decipit.

Ss 4 Nam

NITATIS?] Apparet, supra lenonem de perfidia anticipati diei esse confessum. *Donatus.* Antipho lenonem vanitatis insimulat ob fraudem & perfidiam, & quod ante diem Phaedriae praestitutam, militi vendiderat Pamphilam. *Vesterbov.* VANITATIS mollius dixit, quam *perfidiae.* & temperat verbis, ne nimium irritet lenonem.

64. Hoc ipso probat se non parum lenonem esse, cui nihil praeter pretium dulce est. *Vesterbov.* REM, lucrum. *Quocunque modo* rem: ut * ille nescio quis. *Mer. Casaubon.* * De quo Horatius, Epist. I. 1. 65.
Isne tibi melius suadet, qui
rem *facias*; rem,
Si possis recte; si non, quocunque modo rem.
Huc quadrat illud Sallustii Jug. 86. 3. *Omnia cum pretio honesta.* DUM, dummodo; & subauditur ex priori, *vanus sim.*

65. Stercorum receptaculum. *Paraphrastes Delph.* I. e. sordidissime homuncio, quem nihil pudet, dummodo lucellum facias. * Plautus in Mil. II. 1. 11. (de milite.)
gloriosus, impudens
Stercoreus, *plenus perjurii*,
& adulterii.
Et in Pseud. I. 3. 132.
Fraudulente, *Ca.* Impure
leno. *Ph.* Coenum.
Sic Graecis in usu est, κόπριος ἀνήρ. Suidas. *Lindenbrog.* Plaut. Cas. I. 1. 26.
Ex sterquilinio effosse.
Pers. III. 3. 2.
lutum lenonium,
Commictum coenum, sterquilinium *publicum.* *Vesterb.*

66. TANDEM ex abundanti insertum est, ad vehementiam interrogationi, seu expostulationi, addendam.

67. SIC SUM.] Εἰμὶ τοῖος, οἷος ὁρᾷς. Vide ad And

Nam hic me hujusmodi [68] esse sciebat: ego hunc
esse aliter [69] credidi. [45
Iste me fefellit: ego [70] isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed [71] utut haec sunt; tamen hoc [72] faciam: cras
mane argentum mihi
Miles [73] dare se dixit: si mihi prior tu adtuleris,
Phaedria,
[74] Mea lege utar; ut [75] potior sit, qui [76] prior ad
dandum 'st. Vale.

And. V. 4. 16. *Vesterhov.* τὸ SI non est in editione Minellii: & ita gravior fit Sarcasmus. UTERE, sub. *me amico.*

68. Sc. perjurum & perniciem adolescentium. *Vesterhov.* Sordidè avarum, & perfidum.

69. Fide dignum, & promissis stantem. *Vesterhov.* Opulentum nempe, & prodigum.

70. I. e. erga eum. QUAM FUI, sc. anteà, erga alios. Q. d. *Talem illi me praestiti, qualem me esse sciebat; nempe, lenonem; itaque non decepi.* Argutatio tali personâ digna.

71. Sc. utcunque nos gesserimus (ego & Phaedria) erga nos invicem.

72. Facere constitui. *Paraphrastes Delph.* Aut FACIAM, sinam: aut certe τὸ HOC respicit verba, MEA LEGE UTAR.

73. Pro, *Daturum*, per Enallagen temporis. Possit & videri praesenti tempore uti ad exprimendam certitudinem repraesentandae a milite pecuniae.

74. MEA LEGE UTAR. Lenonia: in qua semper commodum est prius, quam fides. *Donatus.* An consuetudinem lucrum ducendi ante fidem, an conditionem emtioni adjectam intelligit? Posterius Cl. Wielingio placet. *Vesterh.* Magis autem Comicum est, priori sensu cum Donato accipere.

75. POTIOR SIT, plus possit, praeferatur. Minellius allegat Dictum vulgare: *Qui prior est tempore, potior est jure.*

76. Alterum solvendo praevenit.

AC-

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Ph. [1] QUID faciam? unde ego nunc tam [2] subito [3] huic argentum [4] inveniam miser,
Cui [5] minus nihilo est? [6] quod, si hic potuisset nunc exorarier

Ss 5 [7] Tri-

1. QUID FACIAM?] Οἰκονομία *ad futurum exitum Comoediae.* Donatus.

2. Citò. * Cras manè. Supra III. 2. 46. *Vesterhov.*

3. HUIC, Lenoni. Guyetus, approbante Vesterhovio, conjiciebat, HOC ARGENTUM, ɔ: tantum argenti, scilicet triginta minas. Praeterea Vesterhovium offendit HUIC & mox HIC, at nescit quomodo. Aures mihi tam delicatae non sunt.

4. Comicum est *invenire argentum*, pro conficere, Terentio & Plauto familiare. *Vesterhov.*

5. MINUS NIHILO.] Ὑπερβολή. *Donatus.* Minellio etiam videtur, rectè de eo dici posse, qui debet plus quam habet.

6. QUOD, SI HIC POTUISSET &c.] Mss. Leidenses quatuor Lips. Witt. Graev. QUOD HIC SI POTUISSET. Quando τὸ QUOD fuerit relativum, hoc sensu & ordine, QUOD (argentum) PROMISSUM FUERAT, SI HIC POTUISSET &c. Eundem sensum dat Lectio Faërni, QUOD, HIC SI POTE FUISSET EXORARIER (* At ea videtur minus latina, nisi τὸ HIC abjiciatur, & POTE FUISSET ad *Triduum* referatur, non ad *hominem*, EXORARIER vero significet *Impetrari.*) A Ms. Bodl. abest τὸ HIC. *Vesterhov.*

[7] Triduum hoc: [8] promissum fuerat. *An.* Itane hunc patiemur, Geta,
[9] Fieri miserum, qui me [10] dudum, ut dixti, [11] adjuverit [12] comiter?
Quin, quum [13] opus est, [14] beneficium rursum ei experimur reddere? 5
Ge. Scio quidem hoc esse [15] aequom. *An.* Age ergo, solus [16] servare hunc potes.
Ge. [17] Quid faciam? *An.* Invenias argentum. *Ge.* Cupio: sed id [18] unde, edoce.

An.

7. Moram, vel dilationem tridui. ita melius est accipere, quam cum quibusdam supplere, *ut exspectaret.*

8. Antecedens pro consequente, valetque, *Dinumerari potuerat*, quia nimirum fuerat promissum. *Vesterhov.*

9. Perire. *Minell.* Eò miseriae redigi. *Paraphrastes Delph.*

10. DUDUM, modò. UT DIXTI, supra III. I. II.

11. ADJUVERIT.] Secundum U pronuntiari debet. *Donatus. Non debet*, legit Guyetus in Scholiis MSS. Laudat porro Ennianum illud: *O Tite, si quid ego* adjuero, *curamve levasse.* Ubi vulgò *adjuro.* Notatque Columna, ita Terentium dixisse ADJURIT pro ADJUVERIT. *Vesterh.* Ex verbis Donati liquet, secundum U, scriptum non fuisse, alioqui supervacuum fuisset de ejus pronuntiatione praecipere. *Faernus. Adjuverit*, Enallage modi, pro adjuvit. *Minell.*

12. COMITER, veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος. *Donatus. Pulchrè, lepidè*, ex mente Grammatici: aliàs *benignè.*

13. Necessitas exigit. *Minell.*

14. Parem referre gratiam, beneficium beneficio compensare. *Minell.* RURSUM, vicissim,

15. AEQUOM.] Codices quidam. VERUM. *Vesterhov.* Eodem sensu.

16. Ex periculo eripere. & plus dicit quam *Opitulari.*

17. QUID FACIAM?] Co-

An. [19] Pater adest hic. *Ge.* Scio! sed quid tum?
An. [20] Ah! *dictum sapienti sat est.*
Ge. Itane [22]? *An.* Ita. *Ge.* Sane hercle [23] pulchre suades. [24] etiam tu hinc abis?
[25] Non triumpho, ex nuptiis tuis si nihil [26] nanciscor mali: 10
Ni

Comiter (Vesterhovius aptè restituit, *Comice*). quamvis uterque intelligat, quid alteruter dicat, dissimulant tamen. *Donatus.*

18. Ubi, apud quem. Sub. *inveniam.*

19. Verecundè ait *adesse patrem*, non autem, *argento esse emungendum*, quae tamen ejus mens est.

20. Ostendit ingemiscifcendo, molestum sibi esse Getam, qui ita dissimulet, repetitisque sciscitationibus cogat se verecundiae fines transgredi.

21. Sensus est: Vel unicum dictum fat est sapienti homini, ad intelligentiam reliquorum. Galli dicunt, *A bon entendeur ne faut qu'une demie parole.* Intelligit autem patrem argento esse emungendum; quod sentiens mox Geta respondet, ITANE? Idemque testatur de Phormione infra IV. 2. seqq. Usus est eodem dicto, iisdemque verbis Plautus, Pers. IV. 7. 19. *Vesterhov.*

22. Sub. *Vis, ut a patre argentum hoc extorqueam.*

23. Praeclare, egregiè. Ironia.

24. Quin hinc te facessis cum dementi tuo consilio? * HINC ABIS.] *In malam crucem* (ut supra II. 3.) vel *rem*, volebat indignabundus dicere, sed repressit se. *Mer. Casaubonus.* Alii sic: An etiam hinc abis, ne me sc. ad hoc, quod fieri vis, adjuvare possis. *Minell.* At hic sensus non ita placet.

25. NON TRIUMPHO.] Maximum mihi gaudium est, si de tuis nuptiis nihil patior mali, & adhuc me cogis, uti in malo (*constitutus* sc.) aliud malum quaeram. *Eugraphius.* Metaphora sumta est a duce copiarum, qui si in receptu milites servarit, id profecto praestiterit quod inter praecipuas laudes summi Impera-

Ni etiam nunc me hujus causa [27] quaerere in malo jubeas crucem?

An. * Verum hic dicit. *Ph.* Quid? ego vobis, [28] Geta, alienus sum? *Ge.* Haud puto [29].

Sed

ratoris positum est. *Tanaquill. Faber.* NON TRIUMPHO.] Simili fere sensu dixit Heaut. IV. 2. 5. Quum vero varie hunc locum capiant Interpretes, simplicior (imo, *impeditior*) sensus esse videtur: *Non satis me is perditum, si maxime nihil mali ex nuptiis tuis nanciscor, nisi jubeas me hujus tui cognati causa malum in cruce quaerere.* Vesterhov. Malim ita exponere, *Nonne tantum mibi & tam certum malum ex nuptiis tuis imminet, ut pro triumpho habere (me beatum vere praedicare) possim: si id effugiam: nisi etiam jubeas me* &c. Aut; *Nonne sat mibi mali ex nupt. t. immin. quod si non nanciscor, triumpho: nisi etiam jubeas* &c.

26. NIHIL NANCISCOR MALI.] Sic And. V. 6. 3. *Vesterhov.*

27. QUAERERE IN MALO JUBEAS CRUCEM.] Quasi dicat, *In malo aliud malum.* Donatus. Ajunt, sensum esse, *In parvo malo magnum malum quaerere;* atque *parvum* illud *malum* intelligunt de nuptiis Antiphonis. Sed contrariatur, quod modò dixerat servus, EX NUPTIIS TUIS SI NIHIL NANCISCOR MALI. (*Imo non contrariatur, nam hoc malum etiam impendet.*) Malim igitur per ὑπαλλαγὴν dictum accipere, pro, QUAERERE MALUM IN CRUCE. *Vesterhov.*

* Haec Antipho dicit ad Phaedriam conversus. *Vesterhov.* Vide an prorsus hic locus similis sit praeced. Sc. vers. 16. *heu veris vincor.* quod ideo annotandum duxi ut ἦθος utrobique idem cognoscatur. *Boeclerus.*

28. Benè Getam nominatim compellat, in quo omnis auxilii spes erat. ALIENUS, extraneus, nulla junctus necessitudine, cujus res nihil ad vos pertineant, nullique adeo curae vobis esse debeant.

Sed parumne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut [30] nullus locus relinquatur preci?
Ph. [31] Alius ab oculis meis illam in [32] ignotum hinc abducet locum? hem! 15
[33] Tum igitur, dum licet, dumque adſum, [34] loquimini mecum, Antipho:
Contemplamini me. *Ge.* Quamobrem [35]? aut quidnam facturus, cedo?

Ph.

29. Sub. *Te eſſe alienum nobis.*

30. Ut preces non admittantur apud eum, ſed contemtui habeantur, id eſt, ne poſthac ulla ratione placari poſſit. *Minell.* Benè, PRECI (*potius quam*, veniae.) *Donatus.* Sic And. III. 4. 22. *Veſterhov.*

31. ALIUS — ABDUCET?] Pro, *aliine licebit abducere?* ſeu, *Egone ſinam, vosne ſinetis, ut alius eam abducat?* AB OCULIS MEIS.] E conſpectu meo. * Vide ad Adelph. IV. 5. 35. *Veſterhov.*

32. IGNOTUM LOCUM, Obſcurum aliquem & ignobilem terrarum angulum. HINC, ab Athenis, urbe nobiliſſima.

33. TUM IGITUR.] Servius ad Virgil. Aeneid. IX. 484. ita citat integrum verſum: QUIN IGITUR, DUM LICET, LOQUIMINI MECUM, ANTIPHO. Editio anni 1469. DUM IGITUR LICET. DUMQUE ADSUM, Ita loquitur, quia mox dicturus erat, ſe perſecuturum amicam eſſe. *Veſterhov.*

34. LOQUIMINI MECUM — CONTEMPLAMINI ME. Tanquam ultimum allocuturi, & viſuri. *Minell.* Antiphonem nominatim appellat, nam ſcit eum magis affici ſenſu infortunii ſui, quam Getam. CONTEMPLAMINI ME, i. e. vultum meum miſerabilem, & haud dubiè deſperatum. Caeterum τὸ CONTEMPLAMINI poteſt eſſe Indicativus modus: q. d. *Me in-*

Ph. [36] Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est [37] persequi,
Aut perire. *Ge.* [38] Dî bene vortant, quod agas! [39] pedetentim tamen.
An. Vide, si quid opis potes adferre huic. *Ge.* [40] Si quid! quid? *An.* [41] Quaere, obsecro, 20

[42] Ne

intuemini, *& verbum non dicitis.*

35. Sub. *Te contemplabimur?* Minell. aut, *haec dicis?*

36. QUOQUO — ASPORTABITUR — CERTUM EST PESEQUI.] Sic Plautus, Merc. V. 2. 16. *certa re 'st*
Me usque quaerere illam, quoquò hinc abducta est gentium.
Valet autem ASPORTABITUR, *Absportabitur.* Nepos Themist. 2. *Omnia, quae moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem* asportant. Eadem ratione *Aspellere* est, Abspellere. *Vesterhov.* CERTUM EST, firmiter decretum mihi. sub. *Consilium.*

37. PERSEQUI.] Mss. Mark. PROSEQUI. Est vero in voce PERSEQUI sollicitudo quaedam cum festinatione. Phaed. I. 28. 5. de vulpe catulos suos repetente ab aquila:
Hanc persequuta mater, orare incipit. Vesterhov.

38. DI BENE VORTANT, QUOD AGAS!] Benè precandi formula, qua utebantur initio rei gerendae. *Minell.* Iisdem verbis legitur Hec. I. 2. 121. Ubi, sicuti & hic, salsam sapit ironiam.

39. PEDETENTIM.] Cautè. a *pedibus* & *tentando.* Donatus. PEDETENTIM.] Subaudi, *Persequare.* q. d. σπεῦδε βραδέως (*Festina lente.*) Vesterhov. Potest intelligi de utroque proposito adolescentis, & persequendi amicam, & pereundi.

40. Roc repetit cum stomacho.

41. Aliquam rationem indaga, excogita.

[42] Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.

Ge. Quaero. [43] salvos est, ut opinor: verum [44] enim metuo malum.

An. Noli metuere: [45] una tecum bona, mala, tolerabimus.

Ge

42. NE QUID PLUS MINUSVE FAXIT.] Interpretatur Mericus Casaubonus, *Ne quid omnino faciat.* Parum accuratè. Subauditur enim, *Quam aequum sit.* Sic Plaut. Capt. V. 3 18.

Eheu! cur ego plus minusque feci, *quam aequom fuit*

Menaechm. IV. 2. 25.

aut plus

Aut minus, *quam opus erat multo, dixeram.*

Noster, Hecyra V. 1. 4.

Aut ne quid faciam plus, *quod post me* minus *fecisse satius sit.*

Suet. Aug. 84. *Ne* plus minusve *loqueretur ex tempore.* Vesterhov. Ne quid malè faciat. *Paraphrastes Delph.* Non malè, nam quod supra vel infra modum est, eatenus est malum. *Plus aequo* fecisset adolescens, si persecutus esset amicam, aut mortem sibi conscivisset: *Minus aequo* fecisset, si tranquillo & otioso animo eam abduci passus esset.

43. Conservatus est, liberatus est a periculo. Et hoc magnificè dicit servus.

44. Edit. anni 1469. ENIMVERO. *Vesterhov.*

45. UNA TECUM BONA, MALA, TOLERABIMUS.] Adelph. III. 4. 50. Ad eundem modum Virgil. Aen. II. 709.

Quo res cumque cadent, unum & commune periclum,

Una salus ambobus erit.

Cicero Att. VIII. 3. *Ut mibi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna conjungenda esse videatur.* Vesterhov. *Bona* non propriè dicuntur *tolerari:* estque hic adeo Figura Zeugma, ubi Verbum ad posterius Nomen refertur & significatione & constructione, ad prius autem constructione tantum. Sensus est, Omnem sortem, prosperam & adversam tecum participabimus.

Ge. Quantum tibi opus est argenti? loquere. *Ph.* [46] Solae triginta minae

Ge. Triginta! [47] hui, percara est, Phaedria. *Ph.* [48] Istaec vero vilis est. 25

Ge. [49] Age, age, inventas reddam. *Ph.* O [50] lepidum caput!

Ge. Aufer te hinc. *Ph.* [51] Jám opus est. *Ge.* Jam feres:

Sed opus est, mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem [52] dari

An. [53] Praesto est: audacissimè [54] oneris quidvis impone, & feret:

[55] So-

mus. BONA MALAQUE citat Faber in Thesauro, v. *Tolero;* at copula venustius omittitur.

46. SOLAE TRIGINTA MINAE.] Ita Lucil. IX.

Tu milli nummûm potes uno *quaerere centum.* Vesterh.

SOLAE, pro, *solummodo.* Antimeria. Callidè extenuat hoc verbo summam argenti.

47. HUI, Iuterjectio admirantis simul & amarum ridentis.

48. ISTAEC VERO VILIS EST.] Amatorie. *Donatus.* Mſ. Bodl. & Edit. 1469. ISTA. Malim ISTOC, subaudi, pretio. *Vesterhov.* ISTAEC, cum emphasi. q. d. puella, tam praeclarâ indole, & formâ.

49. AGE, AGE.] Bono sis animo. *Paraphrastes Delph.*

50. LEPIDUM CAPUT.] And. II. 2. 34. *Vesterhov.*

51. Vis omnis est in τῷ JAM. Sic And. IV. 1. 59. *Vesterhov.* JAM, statim. OPUS EST, sub. *mihi istis triginta minis.* FERES, accipies.

52. DARI, *Adjungi*, vel simpliciter, *fieri.*

53. Certus & paratus adjutor tibi est.

54. ONERIS, gravis & ardui negotii. Translatio a jumentis, quibus onera imponuntur. IMPONE, injunge. FERET, exsequetur. Paraphrastes Delph. expo-

55 Solus est homo amico amicus. 56 *Ge.* Eamus ergo ad eum ocius. 30

An.

ponit; *Suscipiet faciendum.* Vesterhovius confert And. V. 3. 26. & adducit ex Editione anni 1469. QUID VIS ONERES, IMPONE, FERAT. qua lectione carere poteramus.

55. SOLUS EST HOMO AMICO AMICUS.] Apollodorus, Μόνος φιλεῖν γὰρ ἦς φίλους ἐπίσταται. *Donatus.* Ita restituit Guyetus, quum antea legeretur, Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν φίλους. *Vesterhov.* Sic Plaut Bacchid. I. 2. 3.

Homini amico, qui est amicus, *ita uti nomen possidet,*
Nisi Deos, ei nihil praestare.

Mil. III. 1. 65.

non invenies alterum.
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.

Ex Aristophane apud Athenaeum citat Erasmus,

ἀλλ᾽ οὐδὲν μέλει
Τῶν σκομμάτων μοι. τῶν φίλων γὰρ ὢν φίλος
Ἔργοισι χρηστος, οὐ λόγοις ἔφυ μόνος.

at nihil moror dicteria.
Amico amicus cum siem factis, neque
Verbis modo prodesse propositum mihi, sed re simul factisque. Vesterhov.

Sic Petronius quoque locutus est; Edit. Colon. Latin. & Gall. pag. 222. *Frater ejus fortis fuit*, amicus amico. Et 227. *Piper non homo, — sed rectus, sed certus*, amicus amico, *cum quo audacter posses in tenebris micare.* Eâdem phrasi paulo aliter utuntur populares mei; dicunt nempe de eo, qui cum paucis quidem contrahit amicitias, at erga eos fidelem se praestat, & officiosum, Han er Vinr Vina sinna. HOMO per Enallagen numeri & casus, pro, *hominum*, v. *inter homines*; Nisi fortè SOLUS hic ponitur, pro, *unicus*, *singularis*, *egregius*.

55. Mss. Mark. Lips. Witt. Boend. cum edit. 1469. addunt: PH. ABI, DIC, PRAESTO UT SIT DOMI. Sed in Ms. Graev. est. GE. ABI, DIC, PRAESTO

An. [57] Numquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit? *Ge.* [58] Nihil. verum abi domum,
Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe [59] exanimatam metu,
Conſolare. ceſſas? *An.* Nihil eſt, aeque quod faciam lubens [60].
Ph. [61] Qua via iſtuc facies? *Ge.* Dicam in itinere: modo [62] te hinc amove.

STO &c. omiſſis illis, EAMUS ERGO &c. *Veſterhov.* Paraphraſtes Delph. ABI VERO: DIC, PRAESTO &c. ex perſona Phaedriae, unô ſeorſum verſu, poſt verba Getae infert.

57. NUMQUID EST.] Sic And. I. 1. 4. *Veſterhov.* QUOD, ad quod, quamobrem.

58. Mſ. Witt. NIHIL-VERO. ABI &c. *Veſterhov.*

59. Extremè perturbatam.

60. Ex priori ſupplendum, *atque eam conſoler.*

61. QUA VIA.] Heaut. I. 1. 49. *Veſterhov.* Ratione, modo. *Minell.*

62. TE HINC AMOVE.] And. IV. 2. 24. *Veſterhov.* Et aptè dicitur abire ceſſanti.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

DEMIPHO. CHREMES.

De. [1] QUID? qua profectus cauſa hinc es [2] Lemnum, Chremes?

[2] Ad-

1. QUID? QUA PROFECTUS CAUSA.] *Haec eſt narratio ſimplex.* Donatus. Legendum fortè eſt, *Oratio:* aut haec notula perti-

[3] Adduxtin' tecum filiam? *Ch.* Non. *De.* [4] Quid ita non?

Ch. Postquam videt me [5] ejus mater esse hic diutius,

[6] Simul autem non [7] manebat aetas virginis

Tt 2 Meam

tinet ad versum 3. & seqq. * QUID? QUA PROFECTUS CAUSA — ? ADDUXTIN' TECUM FILIAM?] Notabilem ἰδιωτισμὸν veterum rectè vocat J. Fr. Gronovius ad Plaut. Bacchid. II. 3. 15.

Ni. *Quid hoc? qua causa eum hinc in Ephesum miseram,*

Accepitne aurum ab hospite Archidemide? Vesterhov. Ordo est, *Quid? Adduxtine tecum filiam, Chremes? qua causa profectus* &c. Scio tamen sensum esse posse, *Cur profectus es Lemnum?* Sed hoc non ita placet; non est verisimile Demiphonem ignorasse caussam profectionis. Nisi quis velit hanc interrogationem pro reprehensione accipere: q. d. *Quid tibi voluisti itinere in Lemnum, quando filiam inde non adduxisti?* Si penes me esset, tollerem interrogationem post τὸ CHREMES, cum Edit. Hackiana: in qua etiam, ut & in Edit. Delph. legitur CHREME.

2. Unum (Corr. *Unam.*) e novem Cycladibus, in Mari Aegeo. Sic Nep. Milt. 2. *Vesterhov.* Omisit praepositionem *In*, quae ordinariè praefigitur nominibus provinciarum, & insularum, quò itur. Similiter autem Nepos, loco, quem citat Vesterhovius. Plura exempla suppeditat vir eruditus Thomas Bangius Observ. Philolog. pag. 1066. — 67.

3. Codd. quidam, ABDUXTIN'. *Vesterhov.*

4. Repetit odiosè & cum stomacho verba Chremetis. *Minell.*

5. Sc. Uxor Lemnia. ESSE, morari. DIUTIUS, aliquantum diu, diusculè. noaet længe. Paraphrastes Delph. supplet, *quam solerem.* quod non placet.

6. SIMUL.] Adhaec, praeterea. *Vesterhov.* Obiter excusat mulierem, & culpam in se transfert.

7. MANEBAT.] Exspectare poterat. Supra III. 2. 4. & 27. Val. Flacc. II. 138. manet

Meam negligentiam: [8] ipsam cum omni familia 5
[9] Ad me profectam esse ajebant. *De.* Quid illic tam diu,
Quaeso, igitur commorabare, ubi id audiveras?
Ch. Pol me detinuit morbus. *De.* Unde [10]? aut qui? *Ch.* Rogas?
[11] *Senectus ipsa est morbus.* sed venisse eas
Salvas, audivi ex [12] nauta, qui illas [13] vexerat. 10
De.

manet *illa virum.* Vest. Minellius ineptè adducit Horat. Carm. I. 28. 15. *Omnes una manet nox.*

8. AETAS VIRGINIS, sc. jam nubilis filiae. * MEAM NEGLIGENTIAM, longiorem moram, cessationem. *Minell.* Me tam negligentem, seu, cessantem. aut, adventum mei, tam cunctantis.

9. IPSAM — AD ME PROFECTAM ESSE AJEBANT.] Ἀνακόλουθον, pro, *Ad me profecta esse dicebatur.* Ms. Graev. AJEBAT (sc. *populus Lemnius.*) *Vesterhov.* IPSAM CUM O. FAMIL.] Matrem, cum filia & famulis. *Minell.*

10. Sub. *is morbus ortus est.*

11. SENECTUS IPSA EST MORBUS.] Apollodorus, Τὸ γῆράς ἐστιν αὐτὸ νόσημα. *Donatus.* Aristotel. Τὴν μὲν νόσον εἶναι γῆρας ἐπίκτητον, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικήν. (*Morbum quidem esse senectutem adventitiam, Senectutem autem morbum naturalem.*) Galen. Ὑγιεινῶν. Lib. 1. Τὸ γῆρας νόσον ἤδη λέγουσιν ἔνιοι. *Lindenbrog.* Bion, teste Diogene Laërtio, in ejus vita, Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν. (*Senectutem malorum omnium portum esse asserebat.*) Plura παράλληλα habet Erasmus in Adag. Adde Senecam, Epist. 108. Incertus Poëta: Ἐπὰν γέροντα γηράσκ' ἴδῃς, ἢ γραῦν γυναῖκα, ἴσθ' εὐτυχῶς, ὅτι κακῶς ἔχει. *Vesterhov.*

12. h. l. pro *nauclero.*

De. Quid gnato meo [14] obtigerit, me abſente, audiſtin' Chreme?

Ch. [15] Quod quidem me factum conſilii incertum facit.

Nam [16] hanc conditionem ſi cui tulero [17] extrario;

 [18] Quo

13. Mſſ. & Edd. quid. poſt ann. 1469. ADVEXERAT. *Veſterhov.*

14. OBTIGERIT. In utramque partem *Obtingendi* verbo utuntur. Vide And. V. 6. 2. *Veſterhov.* Nunc apparet ſenem haud parum erga filium eſſe mitigatum; nuptias enim non ad culpam filii, ſed ad caſum infelicem refert.

15. Sub. *Audivi;* quod reſpondere Chremeti non vacat, adeo properat ad aperiendum fratri ſuum periculum, & ſollicitudinem. * FACTUM, facinus. *Paraphraſtes Delph.* Malim, *qui caſus*, exponere.

16. HANC CONDITIONEM SI CUI TULERO.] H. e. filiae meae matrimonium obtulero. Hec. II. 1. 44. Eſt vero antecedens pro conſequente. notat enim propriè *conditio* tractatum, ſeu pactionem, qua contrahitur matrimonium. Nepos Cim. I. [3. 4. Qui tamen locus huc prorſus non convenit.] Unde paſſim pro nuptiis licitis, ſeu illicitis uſurpatur. Juſtin. XI. 7. *Tam pulchra conditio primo regni felicitas videbatur.* Sueton. Aug. 69. Conditiones *quaeſitas per amicos, qui matresfamilias & adultas aetate virgines denudarent, atque perſpicerent, tanquam Thoranio mangone vendente.* Intelligit autem h. l. nuptias puellae clam ſuſceptae ex uxore Lemnia. Plaut. Trin. II. 4. 87.

Nunc conditionem *hanc, quam ego fero, & quam abs te peto,*
Dare atque accipere, Lesbonice, te volo. Veſt.

Conditionem *filiae quaerere*, ex Livio, III. citat Minellius. adde Sueton. Aug. 63.

17. Feſtus *Extrarium* exponit, *qui extra focum, jusque noſtrum ac ſacramentum eſt.* Certè ita Suet. Veſp. 5. *Prandente eo quondam, canis extrarius e trivio manum* hu-

[18] Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum ordine est.
[19] Te mihi fidelem esse aeque, atque egomet sum mihi, 15
Scibam: [20] ille, si me alienus adfinem volet,
[21] Tacebit, [22] dum intercedet familiaritas:
Sin [23] spreverit me, plus, quam [24] opus est scito, sciet.

Vere-

humanam intulit, mensaeque subjecit. Apulej. Apolog. *Praeterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturum.* Erit igitur *Extrarius*, non domesticus, non ex eadem familia. Dicitur autem *Extraneus* & *Extrarius*, uti *Praesentaneus* & *Praesentarius*: *Proletaneus* & *Proletarius*. Pauci MSS. EXTRANEO. Porro, *Extrarius*, seu *Extraneus* consangvineis [Quae significatio hujus loci est] & domesticis opponitur. Vide Suet. Claud. 4. & 9. *Vesterhov.*

18. I. e. Quali ex connubio, ingenuane an spuria, & qua ex matre, haec filia mihi sit.

19. TE MIHI FIDELEM ESSE AEQUE &c.] Mirè admixtum ante completam sententiam de extraneo: TE MIHI FIDELEM ESSE. *Donatus.* Apparet hominem perturbatum, & trepidantem, loqui. Videtur autem post τὸ SCIBAM deesse, *Ideo te praeter ceteros affinem mihi exoptabam.* vel, *Ideo non verebar hoc secretum tecum communicare.*

20. Si quisquam extraneus, nulla mihi propinquitate conjunctus, animum induxerit hanc filiam ducere. Dubitat enim Chremes, an virum inventurus sit filiae, si ejus ortum exposuerit. Q. d. *Si quis alienus me socerum dignetur.*

21. Silentium servabit de hoc arcano.

22. H. e. Quamdiu florebit amicitia, atque affinitas, nostra, recensque erit & calida.

23. Sin aliquid intervenerit, cur mihi sit offensus.

Mer-

Vereorque ne uxor aliquâ [25] hoc resciscat mea.
Quod si [26] fit, [27] ut me excutiam, atque egrediar domo, 20

 Id

Mer. Casaubon. Donatus dubitat quando proditum iri se dicat, ante, an post nuptias. Minellius & Delphini Paraphrastes intelligunt de repudio, quod fit post nuptias; atque adeo de renuntiatione affinitatis. Mihi non dubium est, quin ante nuptias intelligendum sit: h. sensu; *Si noluerit, dedignetur, me affinem.* & erit oppositio ad illud, SI ME ADFINEM VOLET.

24. I. e. Mihi expedit eum scire.

25. Sub. *ratione.* Aliquô modô. HOC Sc. Secretum meum. Connubium cum Lemnia muliere.

26. Mss. & edd. quid. post ann. 1469. SCIT. *Vesterhov.*

27. UT ME EXCUTIAM.] Legitur &, EXCUTIAT. Donatus. Quod quidam probant, & valet, *foras quatiat.* Sic Cic. Philipp. II. 22. *Consules ex Italia excussos. Vesterhov.* UT ME EXCUTIAM. Videtur tangere morem eorum virorum, qui matrimonio mulctati a suis uxoribus, & egredientes foras, excutere vestimenta jubebantur, ut constaret, nihil sub ipsis latere, quod clam auferre possent. [Unde hoc probatur? ego quidem, parvae lectionis, & paucorum librorum homo, fateor me dictum morem ignorare.] Hoc enim sensu & homo, & vestis *excuti* proprie dicitur. Plaut. Aul. IV. 4. 19. Phaed. V. 5. 18. Suet. Claud. 35. [Quae loca de *excussione vestium*, non *hominum*, agunt.] Quando sensus erit, q. d. Gallice, *Je n'ay qu'à vuider la maison, sans rien emporter.* [i. e. Nihil mihi restat, nisi ut domum relinquam, nullam rem mecum auferens, omnibus fortunis exutus.] Dacieria morem Graecorum, aliorumque ex Oriente populorum respici existimat, vestes excutientium ad fores aedium, unde egrediebantur. Sic in Evang. Matth. X. 14. Ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας, ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κο-

Id restat. [28] nam ego meorum solus sum meus.

De.

κονιοςἶον τῶν ποδῶν ὑμῶν. Fabrini ita cepit, quasi sensus sit, *Me abigam.* Vesterhov. Huic ultimae, non sanè contemnendae, explicationi suffragatur Paraphr. Delph. qui, *me extrudam*, interpretatur. Neque diversa Lectio, quam Donatus citat, quicquam habet incommodi. Nihil autem ineptius est, quam explicatio Mer. Casauboni, meritò explosa Vesterhovio. nempe; *Si quid in me opis aut ingenii sit, id adhibeam, ut mihi de futuro prospiciam.* Mihi tantisper, dum alius melior invenitur, sensus hic est; *Ut me omnibus bonis ultrò exuam*, seu, *ultrò me deturbem de omnium facultatum possessione, ultro decedam bonis quae in possessione habeo, omniumque rerum egenus domo exeam.* Cum hac explicatione facit versus sequens; si rectè capiatur.

28. MEORUM SOLUS SUM MEUS.] Apollodorus, Ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος. *Donatus.* Ante Guyetum, qui ita ex metri ratione rescripsit, legebatur, Ἐγὼ γάρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. *Vesterhov.* An is sensus est: *Nihil eorum quae domi meae sunt, meum est* [*praeter meam personam solam.* *verum omnia ex uxoris dote a me possidentur.*] *atque adeo vacuo mihi exeundum erit* [Hunc unicè verum horum verborum sensum esse puto: atque sic bene cohaerent cum superioribus: minus autem bene si aliter accipias.] EGO MEORUM SOLUS SUM MEUS.] *Nostri* dicuntur, qui nobis favent. Sic And. V. 6. 12. Id igitur vult Chremes, neminem familiarium sibi favere, neque adeo culpam deprecaturum apud uxorem. [quasi vero nullum deprecatorem nisi ex domesticis habere possit! Imo potest uti vel Demiphone, quod & faciet infra.] Eodem modo *habere* dicimus eos, qui pro nobis sentiunt. Cic. Fam. XIV. 1. *Si omnes tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosum, quam videtur, si vero etiam Pompejum & Caesarem, non est desperandum.* Utrumque junxit Fam. XII. 12. *Crede mihi, hunc exercitum,*

De. Scio ita esse: & [29] istaec mihi res sollicitudini
est:
[30] Neque adeo defetiscar umquam experirier,
Donec [31] tibi id, [32] quod pollicitus sum, [33] effecero.

citum, quem habeo; *senatus atque optimi cujusque esse, maximeque* tuum. Sed *Suus* esse dicitur, qui sui est arbitrii. Plaut. Menaechm. V. 7. 54.
dicam, ut a me abeat liber, quo volet:
Ne tum, quando suus *factus sit, a me argentum* petat
Persius, V. 88.
Vindicta, postquam meus *a recessi.* Vesterhov.

29. Editio anni 1469. IDEO ISTAEC RES MIHI SOLLICITUDINEM. *Vesterhov.* Sub. *creat*, seu *affert*. ISTAEC RES, periculum in quo versaris, si hoc secretum palam fiat. Minellius nuptias clandestinas filii Demiphonis cum filia Chremetis intelligit.

30. Haec Libri Bembini lectio est; quae variè exhibetur in Mss. aliis. Leidens. quinque, Traject. Graev. NEQUE DEFETISCAR UMQUAM EGO EXPER. Mss. Bodl. NEQUE DEFETISCAR IDEO INQUAM EGO &c. Ms. Witt. NEC DEFETISCAR NUNQUAM ADEO EXPER. Rivius, NEQUE DEFETISCAR USQUE ADEO EXPER. Quomodo citat Priscianus Lib. X. & XVIII. exponens ὅτε ἐξαπονήσοιμι ἄν. Edd. Junt. Ald. DEFECISCAR. Edit. Anonyma, DEFICISCAR. Codd. quidam. DEFATISCAR. *Vesterhov.* ADEO, eò usque. At suspectum est Vesterhovio vel ob inconstantem sedem. DEFETISCAR, defatigabor, deficiam. EXPERIRIER, conari, adniti. * V. C. EXPERIER. *Lindenbrog.*

31. TIBI, pro te, in tuam gratiam. non enim audiendi Delphini Paraphrastes & Vesterhovius, qui TIBI cum POLLICITUS jungunt.

32. Intelligit filii sui cum filia fratris nuptias. *Vesterh.*

33. DONEC — EFFECERO.] *Virgilius.* [Aen. II. 719.]
donec me flumine vivo.
Abluero. *Donatus.*

ACTUS QUARTI
SCENA SECUNDA.
GETA.

EGO hominem [1] callidiorem vidi neminem
Quam Phormionem. [2] venio ad hominem, ut dicerem,
[3] Argento opus esse, & id quo pacto [4] fieret.
[5] Vixdum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat: me laudabat [6]: [7] quaerebat senem: 5
Dis gratias agebat, [8] [9] tempus sibi dari,

[9] Ubi

1. Sagaciorem, cordatiorem. Hoc ita intelligendum esse, ex versu 4. apparet.

2. Venustè repetitum, HOMINEM. *Donatus*. pro, *illum*.

3. Codd. quid. Mss. & Impr. ARGENTUM &c. *Vesterhov*. In accusativo casu, si Faërno credimus, sed unde is hoc sciebat? ait antiquos junxisse, τὸ *Opus esse*, etiam cum accusativo. probare debuerat.

4. I. e. confieret, seu, conficeretur. Boeclerus Guyeti correctionem citat, ET IS QUO PACTO FIERET: quae sanequam egregia est, ad impediendam orationem.

5. In Phormione igitur verum, quod supra dicebat Antipho, III. 3. 8. *Dictum sapienti sat est*. Ms. Boend. & Edit. Anonyma: VIX DIMIDIUM DIXERAM DUM. *Vesterhov*.

6. Nempe ob tam callidum inventum.

7. Quaerebat, ubinam esset Demipho. *Paraphrast. Delph*. Fortè *Optabat senem sibi e vestigio dari ad ludificandum*: vel, *statim abire volebat ad quaerendum senem*. Fateor me sensum non satis perspicere. Vesterhovius sicco pede praeterit.

8. Occasionem sibi evenire.

[9] Ubi Phadriae se ostenderet nihilo minus
[10] Amicum esse, quam Antiphoni. hominem [11] ad forum
Jussi operiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum [12]. [13] quis est ulterior? [14] atat! Phaedriae 10
Pater

9. UBI, quo tempore, qua occasione. Potest quoque commodè exponi per, *ut*.

10. AMICUM ESSE.] Impletur, quod ante dictum erat: *solus est homo amico amicus*. quamquam enim in fallendis aliis quae datur opera, amicitiae tribui nequeat, nomina tamen & formulas obsequiosae amicitiae imitatur; commonetque homines quid in veris officiis inter amicos facere par sit. quam est enim egregia hic descriptio prompti animi, & in quovis loco parati? *Boeclerus*.

11. I. e. in foro. Coelius ad Ciceron. Fam. VIII. 4. 9. *Senatus habitus est* ad Apollinis. pro, *ad aedem Apollinis*; h. e. *in aede*. Ita Noster dixit, *Apud forum*. And. I. 5. 19. & IV. 4. 6. * Plaut. Pseud. IV. 7. 138. *Si gradereris tantum, quantum loqueris, jam esses* ad forum.

Cic. Philipp. XIV. 12. Ad inferos *poenas parricidii luent*. [pro, apud inferos.] *Vesterhov*.

12. Senem Demiphonem, quem pollicitus eram adducere ad Phormionem.

13. QUIS EST ULTERIOR?] Nimis argutatur Guyetus, legens, QUIS EST INTERIOR? h. e. dignior; & inde conficiens, Chremetem Demiphone majorem natu fuisse. Quasi vero hic de honore agatur, & non de numero advenientium. *Vesterhov*. Ex cujus adeo sententia, ULTERIOR dictum est, pro *alter*, *praeter eum*. Videtur Geta ex obliquo conspexisse senes adventantes, & *ulteriorem* dicere, qui ab ulteriore parte, seu remotior, ambulabat; non autem ab eo latere Demiphonis, quod Getam spectabat.

14. Interjectio re subitâ & necopinata conterriti.

Pater venit. sed quid pertimui [15] autem, [16] bellua?
[17] An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi
[18] dati?
[19] Commodius esse opinor [20] duplici spe utier.

[21] Petam

15. AUTEM, apta particula increpanti.

16. BELLUA?] Convicium in se ipsum. Plaut. Trin. IV. 2. 110.

nae tu me, edepol, arbitrare belluam.

Vesterhov. BELLUA, pro eo quod sequiores Latini dicunt *brutum.* Dan. Jeg dumme Beest.

17. Irridet se ipsum, id metuentem, quod maxime erat optandum.

18. Traditi. *Paraphrast. Delph.* à fortuna sc. quasi in meam potestatem.

19. Hunc versum expungit Guyetus [quod Boeclerus nollet factum.] Est vero appositissimus & Latinissimus. Unde & Priscianus Instit. Grammat. Lib. VII. eum laudat. Mf. Graev. COMMODIUS EST. *Vesterhov.*

20. Duabus niti anchoris; ac duplicem habere spem fallendi hunc & illum, ut saltem ab alterutro pecunia extorqueatur. *Minell.*

DUPLICI SPE UTIER.] Sic Plaut. Truc. IV. 4. 15.

Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam.
Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.

Ovid. Remed. Amor. 449.

Qui sibi jam pridem solatia bina *paravit.*

Id Gallis est, *Avoir deux cordes à son arc.* [Duabus chordis in plectro suo uti.] Pindarus, Olymp. VI. fin. Ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ' ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δύ' ἄγκυραι. *Utiles autem sunt in tempestuosa nocte celeri ex navi dependere ad firmandum duae anchorae.* Citat Weitzius e Stobaeo, Sermon. CCLXI. verba Aristonymi: Οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον. *Neque navem una sola anchora, neque vitam una spe muniri oportet.* Vesterhov.

[21] Petam hinc, unde [22] a primo inſtitui. is ſi dat, [23] ſat eſt:
Si ab eo nihil [24] fiet, [25] tum [26] hunc adoriar hoſpitem. 15

21. Quaeram, auferre conabor argentum. *HINC, ab hoc ſene Demiphone. Δεικτικῶς: hoc enim dicens Geta Demiphonem digito monſtrat. *Minell.*

22. A PRIMO.] Ita integrè, pro, *primo.* ut *ad primum*, pro, *primum.* Sic infra IV. 3. 37. & 45. Plaut. Moſtell. III. 2. 139. *multum improbiores ſunt, quam* a primo *credidi.* Veſterhov.

INSTITUI, conſtitui, decrevi.

23. Bene eſt. *Minell.*

24. FIET, parabitur, conficietur, obtinebitur. AB EO, apud eum.

25. TUM.] Edit. Anonyma. TAMEN. *Veſterhov.*

26. HUNC ADORIAR HOSPITEM.] Aſtutè HOSPITEM, de eo qui ſupervenit: nomen aptum imprudentis rerum, atque alieno ab earum ſcientia. *Salluſtius*, [Catil. 2. Legitur & *tranſiere. Veſterh.*] *Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere*, &c. Donatus.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

An. [1] EXSPECTO, [2] quam mox recipiat [3] huc ſeſe Geta.

Sed

1. EXSPECTO, &c.] *Ad errorem cumulandum, perſona Antiphonis interponitur: ut ei adaucto metu amittendae uxoris, major vis fiat repentinae laetitiae.* Donat.

2. QUAM MOX.] Sic Eun.

Sed patruum video cum patre [4] adſtantem. hei mihi!
[5] Quam timeo, adventus hujus [6] quo impellat patrem.
Ge. Adibo hoſce. [7] O noſter Chremes! *Ch.* Salve, Geta.
Ge. Venire ſalvom [8] volup' eſt. *Ch.* [9] Credo. *Ge.* [10] Quid agitur? 5
Ch.

Eun. IV. 7. 18. *Veſterhov.* I. e. cum impatientia exſpecto reditum Getae.

[3]. Mſſ. Bodl. Graev. Witt. c. edit. an. 1469. omittunt HUC. obſervante Veſterhovio.

4. Hoc in loco ſtantem. non enim, *colloquentem*, quod Minellio viſum eſt.

5. QUAM TIMEO.] Sic ſupra III. 1. 18. *Veſterbov.* QUAM, quantoperè.

6. QUO, in quam ſententiam vel partem. IMPELLAT, inducat. *Minell.* ADVENTUS HUJUS, pro, hic adveniens, pulchrè. Haec omnia ſpectatoribus loquitur adoleſcens, ita ut ſenes non exaudiant.

7. O nunc interjectio exultantis. NOSTER per blandimentum addidit. q. d. *mi dulciſſime.* * Codd. quid. O SALVE, NOSTER CHREME. *Veſterbov.*

8. *Hoc* VOLUP nomen eſt, ut *hoc Facul:* ſic enim veteres per ἀποκοπὴν loquebantur. *Donatus.* Sic Ennius, Annal. VII.

Qui cum multa volup, *ac gaudia clamque palamque.*

Plautus paſſim. Adde Non. Marcellum. Mſſ. Bodl. & Graev. VOLUPTAS EST. Gr. καθ' ἡδονήν. *Veſterb.*

9. Et *Credo* & *creditur*, ſaepe uſurpari videas, ubi alterius gratulationem accipimus, & gratias agimus; quod non omnes interpretes animadverterunt. *Tanaquill. Faber.* Quem ſecuta eſt filia Dacieria: cujus notam Gallicam adfert Veſterhovius, at hic locum habere non putat. Vide ad Hec. III. 5. 7.

10. Quomodo tibi negotia procedunt? omniane recte, & ex ſententia? Sic Eun II. 2. 40. III. 2. 3. Adelph. III. 3. 19. V. 7. 3.

Ch. Multa advenienti, [11] ut fit, [12] nova hic, * compluria

Ge. [13] Ita. [14] de Antiphone audiſtin' quae facta? *Ch.* Omnia.

Ge. [15] Tun' dixeras huic? [16] facinus indignum, Chreme,

Sic

11. Ut in hac vita uſu venire ſolet. *Paraphraſtes Delph.*

12. NOVA HIC, COMPLURIA.] Ita diſtinguendum. Neque enim pleonaſmus eſt, MULTA COMPLURIA. Sed quaſi binae ſententiae ſunt. Ubi enim dixiſſet, MULTA ADVENIENTI — NOVA HIC, ſubaudi, *narrantur*, ſubjicit quaſi aucturus, quod dixerat, admirabundus, COMPLURIA. *Veſterhov.* Paraphraſtes Delphini ad MULTA ſubaudit *occurrunt.* quod non diſplicet.

* Secundum regulam locutus eſt. nam *hoc complure*, & *haec* COMPURIA. — Sic veteres, quod noſtri demta ſyllaba COMPLURA dicunt. Sic Cato Originum ſecundo; *Fana hoc loco compluria*, Cicero in Protagora, *Confirmandi genera compluria.* Credo quia veteres *hoc plure*, non *hoc plus* dicebant. *Donatus.* Plaut. Caeco, ſi. Paedonibus: [Meum exemplar habet *Praedonibus.*] Plure *altero tanto, quanto ejus fundus eſt, velim.* Veſterhov.

13. ITA.] Modò admirantis particula.

14. Quae Antiphoni acciderunt. Plurali utitur odioſè, & ad exaggerationem.

15. Haec Geta ad Demiphonem converſus. Guyetus: *Nonne praedixeras huic* [Antiphoni] *deceptum iri a lenonibus.* Quae Boeclero *nimium exquiſita interpretatio* dicitur. Credo, Guyeto in animo fuiſſe locum Adelph. I. 2. 3. ubi *Dixin'* valet, *praedixine.* Veſterhov.

16. Mihi incertum eſt, an loquatur de facto Phormionis decipientis; an de culpa Antiphonis decipi ſe patientis. Verborum conſtructio poſteriorem ſenſum ſuadet. Interpretes ſilentiô praetereunt.

Sic [17] circumiri. *De.* Id hoc cum [18] agebam commodum.
Ge. [19] Nam hercle ego quoque ad quidem agitans mecum sedulò, 10
[20] Inveni, opinor, remedium huic rei. *De.* Quid, Geta?
Quod remedium? *Ge.* Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. *Ch.* Qui Phormio? *Ge.* [21] Is, qui istam. *Ch.* Scio.

Ge.

17. CIRCUMIRI.] h. e. decipi. antecedens pro consequente. Plaut. Pseud. III. 2. 109.
eum circumire in hunc diem Ut me, si posset, muliere intervorteret.
Est igitur *Circumire* propriè captare. *Vesterhov.*

18. AGEBAM, loquebar. * COMMODUM.] Commoda aestimatio est temporis. COMMODUM.] *Tantum quod.* Lucilius: *Quod mihi commodum est, aut uda vestimenta deposueram.* Donatus. Sic Eun. II. 3. 51. Plaut. Rud. II. 6. 35.
easque res agebam commodum.
Idem, Cas. III. 4. 3. Merc. I. 2. 106. Valet igitur COMMODUM, opportunè admodum, jam jam, eo ipso tempore. *Vesterhov.*

19. NAM, pro, sed. AGITANS MECUM, cum animo meo volutans, versans, i. e. cogitans, considerans.

20. INVENI — REMEDIUM.] Phaed. V. Prol. 2. 5.
Qui pretium operibus majus inveniunt
Ad quae verba Schefferus: *Eleganter, ad notandam callidam excogitationem doli ac commenti.* Vesterhov. REMEDIUM HUIC REI, Consilium ad dissolvendas nuptias Antiphonis.

21. IS, QUI ISTAM.] Ἀποσιώπησις tertia. deest *Obtrusit nobis*, aut, *defendit*, aut quid tale. *Donatus.* Dictum vultuosè, & ut subblandiretur fastidio Demipho-

Ge. [22] Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.
[23] Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio, 15
* Vides, inter vos [24] sic haec [25] potius cum bona
Ut componantur gratia, quam [26] cum mala?

Herus

phonis. cui rei apta est ἔλλειψις. *Vesterb.* ISTAM, Phanium sc.

22. Commodum esse judicavi, ut explorarem quid sentiret. *Minell.* UT EJUS TENTAREM SENTENTIAM. Sic And. III. 4. 9. Editio 1469. PERTENTAREM. *Vesterbov.*

23. PRENDO HOMINEM.] And. II. 2. 16. *Vesterbov.* I. e. prehendo, & seorsum duco. scitâ brevitate.

* Provides, das operam. *Minell.* INTER VOS.] Bona Mss. pars, INTER NOS. quomodo & Eugraphius legit. *Vesterbov.*

24. SIC.] Abest a Mss. Bodl. & Witt. sed Mss. Graev. & Boend. SI. *Vesterbov.* Si Terentius scripserit SIC, aut jungendum erit cum τῷ VIDES; aut intelligendum, quasi proferatur cum gestu aliquo, & signis consensionis atque amicitiae. Nihil hic ab Interpretibus meis observatum.

25. POTIUS CUM BONA UT COMPONANTUR GRATIA, QUAM CUM MALA. Quemadmodum *fides*, *dolus*, & quaedam alia, Sic GRATIA seu BONA, seu MALA dicitur. Lites autem *componi* dicuntur. Virgil. Ecl III. 108.
Non nostrum, inter vos tantas componere lites. *Vest.*
CUM BONA GRATIA, cum amicitia & concordia, sine litibus. *Minell.* I. e. amicabiliter, ut nunc loquuntur, lubenti animo, sponte. Med det Gode. Noster And. II. 5. 11.
Quum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.
Id Plautus, in Milite, *Voluntate*, & *per gratiam bonam*, dixit. IV. 3. 31.
Quin si voluntate *nolet*, *vi extrudam foris*
Pa. Istuc cave faxis: quin potius per gratiam
Bonam *abeat abs te.*

26. CUM MALA, sc. *gratia*, id est, cum simultate

Herus [27] liberalis eſt, & [28] fugitans litium.
Nam caeteri quidem hercle amici omnes modò
[29] Uno ore [30] auctores fuere, ut [31] praecipitem hanc daret. 20
An. Quid hic [32] coeptat? aut quò evadet hodie? *Ge.* [33] An legibus
Daturum poenas dices, ſi illam ejecerit?

Jam

tate & diſcordia, vi & ingratiis, ut apud Plautum ſaepius. *Minell.* Med det Onde.

27. Ingenuus ac benignus. *Minell.* Malim, *generoſae indolis*, af en ædel Lanſemnade, raiſonabel.

28. FUGITANS LITIUM.] Genitivo caſui vim nominis habet FUGITANS junctum: accuſativo, vim tantum participii. FUGITANS LITIUM.] Quaſi quod vult in domino facere, id jam in eo eſſe dicit: praeparans hominem ad contemtum pecuniae, quae poſcetur ſtatim. *Donatus.* En Fiende af Proceſſer.

29. UNO ORE.] Vide ad And. I. 1. 69. *Veſterhov.* Gr. μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς ϛόματος. Cic. Philipp. III. 4. *Atque ut vos* una mente unaque voce *dubitare vos negatis.* Eodem ad locum citatum annotante.

30. I. e. ſuaſores, impulſores.

31. PRAECIPITEM HANC DARET.] H. e. domo ejiceret. Phaed. V. 7. 39.
Ab univerſis capite eſt protruſus foras.
Senec. Benef. VI. 1. *Alia detinebo diutius, alia expellam, & capite agam.* Gr. ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλήν. *Veſterhov.*

32. COEPTAT, molitur. EVADET, perveniet. HODIE ſtomachoſè adjectum.

33. Pergit in Mimeſi colloquii ſui cum Phormione. LEGIBUS, per leges, ſecundum leges, lege. * DATURUM. Mſ. Mark. LATURUM. *Veſterhov.*

Jam [34] id exploratum est. [35] heia! [36] sudabis satis
Si cum illo inceptas homine: [37] ea eloquentia est.
Verum, [38] pone esse victum eum: at tandem tamen 25
[39] Non capitis ejus res agitur, sed pecuniae.

34. H. e. Satis constat, Phanium tutò posse ejici ex aedibus, & sine mulcta legum. *Vesterhov.*

35. Interjectio est concedentis, cum quadam illusione. *Minell.*

36. SUDABIS SATIS.] H. e. Satis laborabis. Cic. Fam. III. 12. [8.] *Vides sudare me, jamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda sunt, & te non offendam.* Senec. Epist. IV. *Parabile est, quod natura desiderat, & appositum, ad supervacua* sudatur. Unde *Opus sudatum* Poëtis valet magno labore paratum [Fortè scripsit *paratum.*] Idem est *exsudare.* Horat. Sat. I. 10. 28.
Cum Pedius caussas exsudet. H. e. magno labore & cura agat. *Vesterhov.* INCEPTAS, sub. litem.

37. Laudat Geta Demiphonis eloquentiam, ne Phormio sua etiam eloquentia nixus, pacisci detrectet. De Eloquentiae porrò in judiciis vi consule Nepotem in Vita Aristidis. *Vesterhov.*

38. PONO legit Faërnus, in Cod. Bemb. & exponit, *concedo.* At Boeclerus consensum librorum, & consuetudinem loquendi sequendum putat. * PONE, fac, finge, τίθει. quod vulgo *Posito* dicunt. Lucian. Prometh. Τίθει δὲ, ὦ Ἑρμῆ τὸ χαλιπότερον. Ulpianus, D. De Injuriis & Famosis Libellis. Ponamus *enim, studiorum causa Romae agere.* Cic. Oratore, 4. Positum sit *igitur in primis, sine philosophia non posse effici sapientem.* Observat Cl. Burmannus ad Petron. cap. 101. locutionem desumtam a calculis, qui ponuntur, & finguntur valere, quod ratiocinator velit. *Vesterhov.*

39. NON CAPITIS EJUS RES AGITUR, SED PECUNIAE.] Sic Heaut. III 1. 67. Horat. Epist. I. 18. 84.

Postquam [40] hominem his verbis sentio [41] mollirier:
Soli sumus nunc hic, inquam; [42] eho! dic, [43] quid velis dari
Tibi in manum? ut herus [44] his desistat litibus:
[45] Haec hinc facessat, tu molestus ne sies. 30

Si

Nam tua res agitur, *paries cum proximus ardet.* Vest. I. e. Si ceciderit lite, vita ejus aut fama (existimatio) in nullum adducitur discrimen, verum pecunia tantum.

40. Magnificè dicit HOMINEM, & cum contemtu Phormionis.

41. MOLLIRIER.] Supra III. 2. 13. Virgil. Aen. I. 60.

mollit*que animos, & temperat iras.*

MS. Witt. EMOLLIRIER. Vesterhov. Pro *molliri*, per Paragogen, id est, mitigari, placidum reddi. *Minell.*

42. Admonendi vel excitandi particula. *Minell.*

43. Faërnus ex Cod. Bemb. QUID VIS DARI. A Donato seorsim sentit Eugraphius, exponens, *Quantam pecuniam in praesenti accipere vis.* Affine est illud And. I. 5. 62. Sed *dare prae manu* Germani vocant *zum voraus geben.* Batavi, *voorschieten.* [Dan. giøre Forskud.] Adelph. V. 9. 23. *Vesterhov.* DARI TIBI IN MANUM.] Datur ei in manum, qui furtim accipit sine arbitris, aut interprete. ut praevaricator, aut judex corruptus. *Donatus.* Meô sensu, haec interpretatio multum praestat alteri.

44. I. e. mittat hanc litem. * Virgil. Aen. I. 41.

mene incepto desistere *victam?*

Salluft. Jug. 25. *Minae graves denuntiabantur*, *quod* oppugnatione *non* desisterent. Idem, Fragm. Hist. II. *Ut actione desisteret.* Vesterhov.

45. HAEC HINC FACESSAT.] Pro, *Hinc se faciat*, id est, abeat: *Huc se faciat*, huc accedat, significat. — FACCESSAT.] Pro *Cedat*, alias *Faciat*. Ergo duas res significat hoc unum verbum. *Donatus.* HAEC, Phanium. HINC, a nobis, è nostra domo.

An. [46] Satin' illi Dî sunt propitii? *Ge.* Nam sat
scio,
Si tu [47] aliquam partem aequi bonique dixeris,
[48] Ut est ille, bonus vir, [49] tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. *De.* [50] Quis te istaec jussit loqui?

46. SATIN' ILLI DII SUNT PROPITII.] Geta senes argento emuncturus erat, quo Phaedriae amica emeretur. Fingit igitur, sese illud argentum, si tulisset, Phormioni dinumeraturum, ea conditione, ut Phanium rursus abduceret ab Antiphone, quod volebat Demipho. Antipho igitur ignarus consilii Getae, & metuens ne seriò id ageret, ut Phanium abstraheretur abs se, perturbatus inquit, SATIN &c.? q. d. *An Dii irati mentem ei ademerunt?* Sic Plaut. Mil. III. 1. 107. *Dii tibi propitii sunt.* H. e. sapis. Hinc quibus sanam mentem optabant, iis Deos optabant propitios. Senec. Epist. CX. init. *Ex Nomentano meo te saluto, & jubeo te habere mentem bonam*, hoc est, propitios Deos omnes: &c. Contrarium est And. IV. 1. 40. & supra I. 2. 24. *Vesterhov.* Horat. Epist. II. 1. 68. Jove *judicat* aequo. H. e. rectè, & sana mente, judicat,

47. ALIQUAM PARTEM.] Etsi non totum, vel [i. e. saltem] ALIQUAM PARTEM. *Donatus.* Si aequa tantula ex parte poposceris. *Paraphrastes Delph.*

48. UT EST ILLE, BONUS VIR.] Elegantiorem, puto, facit sententiam distinctio per κόμματος signum. And. V. 4. 12. *Vesterhov.*

49. TRIA NON COMMUTABITIS VERBA &c.] Sic dicebant, jurgium significantes. Proprie *verba commutare* est, quod *altercari* dicimus. *Donatus.* Sic And. II. 4. 7. *Vesterhov.* HODIE videtur hic, pro *umquam*, positum.

50. Interrogatio haec vim habet improbationis.

Ch. [51] Immo non potuit melius pervenirier
Eò, quò volumus. *An.* Occidi. *Ch.* Perge eloqui.
Ge. [52] A primo homo [53] insanibat. *Ch.* * Cedo, quid postulat?
Ge. [54] Quid? nimium. quantum libuit. *Ch.* Dic.
Ge. [55] Si quis daret

Ta-

51. Chremes arripit consilium, quod fuit commodissimum, ut exclusâ istâ possit filiam suam Demiphonis filio collocare. *Eugraphius.* MELIUS, commodius. PERVENIRIER EO, id obtineri, quod &c. Cic. Fam. XIII. 14. 3. *Ut quam commodissima conditione — negotium conficiat*, ad nummosque perveniat. * Vide ad Eun. I. 2. 44. *Vest.*

52. A PRIMO, proba lectio est, censente Vesterhovio: qui tamen non dissimulat, in multis Mss. & Edd. esse, AT PRIMO.

53. Ms. Boend. & Editio an. 1469. INSANIEBAT. Stomachabatur, debacchabatur. Adelph. IV. 2. 22. & IV. 7. 9. Cic. Mil. 17. *Insanissima concio.* Vesterhov. Forte sensus est, *insanam summam postulabat*; i. e. immanem, incredibilem, inusitatè magnam.

* Ms. Witt. CREDO. *Vest.*

54. QUID? NIMIUM. QUANTUM LIBUIT.] Apud quosdam diversae personae cum verbis singulis. *Donatus.* Ita distinxi, ut ἐμφατικώτερον, Ludovicus Carrio legit: C. QUID? Ge. NIMIUM QUANTUM. C. QUANTUM? DIC. Ge. SI QUIS DARET. Vide ejus Antiq. Lect. Commentar. II. cap. 13. quomodo & Lipsio placuisse scribit. Ms. Witt. Ge. QUID? NIMIUM. De. QUANTUM LIBUIT. quomodo e Charisio citat Muretus. Si junctim, NIMIUM QUANTUM legas, valebit simpliciter, NIMIUM, vel, PERNIMIUM. Eodem porro sensu dicitur, *immane quantum*, *mirum quantum*, & *immensum quantum*, *infinitum quantum.* Graec. πλεῖστον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον, οὐράνιον ὅσον

Talentum magnum. *De.* [56] Immo malum, hercle: ut nihil pudet!
Ge. [57] Quod dixi adeo ei: [58] quaeso, quid si filiam 40

ὅτου. Vesterhov. QUANTUM LIBUIT, Non quantum aequum erat, sed quantum libuit, postulavit. Dixit summam, quantum ei libido sua, non aequitas suasit.

55. Vafrè QUIS, suppresso nomine Demiphonis. * Mimesis verborum Phormionis. De *Talento magno*, seu Attico, quod constabat sexaginta minis [600 coronatis.] seu sex millibus drachmarum Atticarum, vide J. Fr. Gronovium, de Sestert. III. 4. *Vesterhov.* Duo *talenta Attica* faciunt Mer. Casaubonus, & Paraphrastes Delphini; nempe *magnum & parvum:* illud 80. minis, hoc 60. constitisse affirmantes. Ad hunc versum Plauti in Mostell. III. 1. 114

Talentis magnis *totidem*, *quot ego & tu sumus.*

Observat Petitus, Talentum Atticum fuisse 60. minarum. Verum ut sciamus, quare *Talentum* alipuod *magnum* dicatur, advertendum ait; *talentum* aliud fuisse *auri*, aliud argenti; quorum illud (*auri*) appellatum fuerit *βραχύ τι τάλαντον*, *talentum paululum quiddam*, vel *minimum quiddam*, vel *breve quiddam*: hoc vero *Talentum magnum*, oppositè ad talentum *auri*, non autem ad ipsa inter se argenti *talenta*.

56. IMMO MALUM, HERCLE.] Demiphoni haec tribuenda: Chremes enim hac ipsa Scena facilem se praebet, & ut absolvatur Phormio, de suo daturus est Demiphoni. Editio anni 1469. & Mss. Graev. Boend. Witt. & Mark. rectè Demiphoni tribuunt. *Vesterhov.* Tantis adeo auctoritatibus nixus, nomen Demiphonis, pro Chremetis, praefixi. AD MALUM subaudiendum est ex priori, *magnum daret.* Daceria reddit per imprecationem: *Six cens Diables à son cou.* i. e. *sexcenta mala capiti illius.*

57. QUOD, pro, id quod,

Suam unicam locaret? [59] parvi retulit
[60] Non fuscepisse: inventa est, quae dotem [61] petat.
[62] Ad

quod, idem ADEO, etiam. Nempe fingit se respondisse Phormioni idem, quod nunc dixit senex; UT NIHIL PUDET, seu, *quam impudens es.*

58. QUAESO, rogo te, dic mihi. * Pergit Geta narrare verba sua ad Phormionem, quorum vis non satis intelligitur, nisi quid dixerit ante Phormio, cogites. Ita ergo ille: SI QUIS DARET TALENT. MAGN. ubi illud SI falsè repetit Geta, respondens, QUID SI FILIAM SUAM UNICAM LOCARET? Quorum verborum hic sensus est: *Ne credas, Demiphonem locare filiam suam unicam, ut necesse ei sit, tantum dotis dare.* Eadem venustas est Heaut. IV. 3. 41. *Vesterhov.* Malim simpliciter capere; *Quid (quantum) dare deberet senex, si filiam unicam in matrimonium collocaret; a quo nunc tam immensam summam in puellae alienae dotem postulas?* Vel, *quid plus dare possit filiae unicae si eam locaret?*

59. PARVI RETULIT.] Nihil interfuit: vel parum interfuit. id est, nihil profuit. *Donatus.* PARVI RETULIT, NON SUSCEPISSE.] Sensus est, *Poterat tanta dote vel filia unica nuptum locari, si suscepta fuisset.* Si igitur *Talenti magni* summam spectes parvi refert herum non suscepisse filiam. And. III. 2. 16. Plaut. Epid. I. 2. 30.

quid retulit
Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?
Vesterhov.

Veteres in lucro videntur posuisse, non habere filias. Ideo ille Heaut. IV. 1. 14. de filia sublata; *ergo herus* damno auctus est. qui locus ex hoc illustratur. NON, i. e. nullam. SUSCEPISSE, procreâsse. consequens pro antecedente; nam levabant a terra recens natos infantes, quos alere volebant. Minellius hic somniat nescio quam *aliam filiam praeter unicam.*

60. NON SUSCEPISSE: INVENTA EST, QUAE &c.] In Graeca Fabula senex hoc dicit, *Quid interest me non suscepisse filiam,*

[62] Ad pauca ut redeam, ac mittam illius ineptias,
Haec denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, jam a principio amici filiam,
Ita ut aequom fuerat, [63] volui uxorem ducere.
Nam mihi veniebat in mentem ejus [64] incommodum,
In servitutem pauperem ad ditem dari:
[65] Sed mihi opus erat, ut aperte tibi [66] nunc fabuler

U u 5 Ali-

am, si modò dos dabitur alienae? Donatus.

61. PETAT, postulet; i. e. quae dotanda sit.

62. Ut ad pauca verba redigatur oratio mea. *Paraphrastes Delph.*

63. VOLUI UXOREM DUCERE.] Figmentum merum Getae, ex persona Phormionis. *Vesterhov.*

64. INCOMMODUM, IN SERVITUTEM AD DITEM DARI.] Invidiose dixit SERVITUTEM, quum de conjugio sermo sit. Sic ille apud Plautum Asin. I. 1. 74.

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Porro autem locus hic expressus videtur ex Plauti Aulul. II. 2. 49.

Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem,
Factiosum; me item hominem pauperum pauperrimum.
Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit,
Te bovem esse, & me esse asellum; ubi tecum conjunctus siem,
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto:
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi numquam siem. Vesterhov.

DARI, tradi, dedi, quasi in potestatem. Plaut. Asin. III. 3. 119.

Postea ad pistores dabo.

Citante Vesterhovio.

65. SED MIHI.] Παρένθεσις prima. [Quam claudere videtur verbum DEBEO, versu 51.] SED MIHI OPUS ERAT.] Indictio (Wielingius malebat, *Inductio.*) doli est. nam antequam petit: petendi caussam ingerit. *Donatus.*

66. NUNC ita addit, quasi antea tectè & dissimulatè

Aliquantulum [67] quae adferret, qui dissolverem 50
Quae debeo: [68] & etiam nunc, si vult Demipho
Dare, quantum [69] ab hac accipio, quae sponsa 'st mihi:
Nullam mihi malim, quam isthanc uxorem dari.
An. [70] Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia
[71] Dicam: scientem, an imprudentem: incertus sum.
De. [72] Quid, si animam debet? *Ge.* [73] Ager oppositus est pignori 55
Ob

latè cum Geta egerit. FABULER, eloquar. Plaut. Rud. II. 3. 8.
Verum omnes sapientes decet conferre & fabulari.

67. Sc. argenti. ADFERRET, secum ferret, inferret in domum. QUI, unde. DISSOLVEREM, solverem creditoribus meis. Estque Ciceronianum hoc sensu. probante Antonio Schoro. * QUAE ADFERRET, QUI DISSOLVEREM.] Quis, si opum causa habendarum dotatam quaereret, minor esset necessitas captandae opulentioris. Aes alienum addidit, cui rei nihil opponi potest. *Donatus.*

68. Mss. Bodl. & Witt. omittunt ET. observante Vesterhovio.

69. AB HAC ACCIPIO, QUAE SPONSA 'ST MIHI.] Mirè ACCIPIO: non *Accepturus sum.* Et definitivum modum ponit, ne de summa dotis superstit disputatio, *Donatus.* SPONSA, Desponsa. Est enim Participium hoc loco, non Nomen. *Minell.*

70. UTRUM &c.] Παρέλκον tertium. hoc idem enim valet UTRUM, quod *An.* Donatus.

71. DICAM, putem. consequens pro antecedente. * SCIENTEM, AN IMPRUDENTEM.] Ἀντίθετον secundum. nam Scienti IMPRUDENTEM reddidit. *Donatus.*

72. QUID, SI ANIMAM DEBET?] Graecum proverbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει. *Donatus.* Explicat Erasmus in Adagiis. *Vesterhov.* I. e. si se ipsum debet; ita ut credi-

Ob decem minas, inquit. *De.* Age, age; jam ducat: dabo.

Ge. Aediculae item sunt ob decem alias. *De.* [74] Oi! hui!

Nimium est. *Ch.* Ne clama: [75] petito hasce a me decem.

Ge. Uxori emunda ancillula 'st: [76] tum pluscula 60

Supellectile [77] opus est: opus est sumtu ad nuptias:

[78] His

ditoribus in compedes & servitutem tradendus sit: *Egone illi dem, quò tantum debitum solvat?*

73. AGER OPPOSITUS &c.] Astutè non protinus *Triginta minas* dixit, sed paullatim colligit, ut partibus congestis in summa senex minus gravetur. nam si semel diceret, deterreret parcissimum senem. *Donatus.* OPPOSITUS — PIGN. OB DECEM MINAS. Plaut. Pseud. I. 1. 85. *si me opponam pignori.* Valet autem OB h. l. *Pro.* Gell. XI. 10. *Tragoedus gloriae sibi ducebat, talentum magnum* ob unam fabulam *datum esse.* Plautus passim. Vide Parei Lex. Plaut. v. *Ob.* Vesterhov.

74. Exclamationes indignantis, atque admirantis. OI abest a Mss. Bodl. Boend. Graev. Witt. aliis. Vesterhovio teste. Faërnus in Libro Bembino legit, OI, EI.

75. I. e. accipiat ille. Antecedens pro consequente.

76 Mss. Lips. Bodl. Graev. Boend. & Witt. cum edit. 1469. TUM AUTEM PLUSCULA. Quomodo Faërnus in nullo esse Libro scripto ait. *l. ejusd. dict.* PLUSCULA, aliquanto majore SUPELLECTILE.] rebus sc. mobilibus ad domum instruendam & ornandam. Hoerfab, Meubler.

77. OPUS, EST.] Manifestè pro *necesse est*, posuit, licet hoc ab illo differat ex sententia Catonis apud Senecam, Epist. XCIV. *Emas, non quod opus est, sed quod est necesse.* Cic. Parad. VI. 1. *Filiam quis habet? pecunia est opus. duas? majore. Plures? majore etiam.* Et

[78] His rebus [79] pone sane, inquit, decem minas.
De. [80] Sexcentas proinde scribito jam mihi dicas.
Nihil do. [81] impuratus me ille ut etiam irrideat?
Ch. * Quaeso, ego dabo, quiesce. tu modo filius 65

Fac

Et si, ut ajunt, Danai quinquaginta sint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam. Vesterhov.

78. HIS REBUS.] E-mundae ancillae, & supellectili; item ad sumtum nuptiarum.

79. PONE SANE &c.] Bene, SANE: quasi plus quiddam exigat, sed hoc contentus sit. *Donatus.* PONE, destina. *Vesterhov.* Supputa. *Minell.* Impendantur. *Paraphrastes Delph.* Primum placet. SANE, ad minimum. ex Donati sententia.

80. SEXCENTAS PROINDE &c.] Perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis. nam *Apollodorus* μυρίας dixit, pro multis. Et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos *Sexcenta* dicere pro multis, usitatum est. *Cicero* [Verr. I. 47.], *Sexcenta possum decreta proferre.* Donatus. PROINDE, propterea. Pro quo MSS. Bodl. Boend. & Graev. habent PERINDE. Edit. 1469. POTIUS. notante Vesterhovio.

81. IMPURATUS Proprie de lenone, IMPURUS & IMPURATUS. dicuntur autem, ut *Sordidus* & *sordidatus.* Heaut. II. 3. 56. *Vesterhov.* Non agitur hic de lenone; ergo cum Delph. Paraphrasta exponendum est, *Sceleratus.* ETIAM, insuper. Oven- i Rioðet. vel, ETIAM ME, non modo filium.

* QUAESO, EGO DABO. QUIESCE.] Semper Poëta morum ὑπερβολὴν comparatione moderatioris instituti temperat: iracundo, placidum; timido constantem componens. idque, non tantum varietatis caussa, sed etiam ad argumentum & exitum Fabulae aptando ista, quasi ita necesse foret, aut certe peropportunum. Demipho & Chremes hic conferuntur, ut in Andria Simo & Chremes. *Beeclerus.*

Fac ut illam ducat, [82] nos quam volumus. *An.* Hei mihi!
Geta, occidisti me tuis [83] fallaciis.
Ch. Mea causa [84] ejicitur: me hoc est aequom [85] amittere.
Ge. [86] Quantum potes, me certiorem, inquit, face:
Si [87] illam dant, [88] hanc ut mittam; ne incertus siem. 70
Nam [89] illi mihi dotem jam constituerunt dare.
Ch. Jam accipiat: [90] illis [91] repudium renuntiet:

Hanc

82. NOS QUAM VOLUMUS.] Intelligit filiam suam, clam in Lemno susceptam. *Vesterhov.* At ob praesentiam Getae, quae sit, non audet exprimere.

83. Technis & inventis. *Paraphrastes Delph.*

84. EJICITUR.] Matrimonio mulcatur. Supra II. 3. 90. Infra, IV. 5. 13. *Vesterhov.*

85. Majorem vim hoc habet, quam si diceret, DARE.

86. QUANTUM POTES &c.] Festinat Geta: scit enim dixisse lenonem, *Mea lege utar; ut potior sit, qui prior addandum est.* Donatus. QUANTUM, id est celerrime, quamprimum. *Mer. Casaubon.* Libri quidam, QUANTUM POTEST, sub. *fieri.* Vesterh.

87. ILLAM.] Phanium. *Vesterhov.* DANT, Nescio cur hic loquatur in plurali, cum tantum sermo sit de Demiphone: forsan Antiphonem etiam intelligit.

88. HANC, sponsam. de qua supra versu 52. * MITTAM.] Mss. Bodl. Graev. Witt. & edit. 1469. AMITTAM. Ms. Boend. OMITTAM.

89. ILLI, sponsae cognati. * JAM CONSTITUERUNT. Vis omnis est in τῷ JAM. Unde adeo respondet Chremes, JAM ACCIPIAT. *Vesterhov.* JAM, statim.

90. ILLIS.] Sponsae sc. & qui dotem dare Phormioni constituerant. quasi non filiam tantum, sed omnem familiam aspernaretur. Infra IV. 5. 5. *Vesterhov.*

Hanc ducat. *De.* [92] Quae quidem illi res vortat male!

Ch. Opportunè [93] adeo nunc [94] argentum mecum adtuli,

[95] Fructum, [95] quem Lemni [96] uxoris reddunt praedia: 75

[97] Id

91. REPUDIUM RENUNTIET.] Infra V. 7. 35. Plaut. Aul. IV. 10. 53.
Is me nunc renuntiare repudium *jussit tibi.*
Proprie REPUDIUM dixit. *Divortium* enim inter virum & uxorem fieri, *Repudium* sponsae remitti ait Modestinus l. 101. §. 2. de Verb. Signif. *Vesterhov.*

92. QUAE QUIDEM ILLI RES VORTAT MALE!] Non desinit Poeta ostendere avaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia sic commodum ei est. *Virgilius* [Ecl. XI. 6.], *Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus haedos.* Donatus.
Livore actus Demipho invertit sollennem bene precandi formulam. Sic Adelph. II. 1. 37. Plaut. Aul. IV. 10. 57.
quae res tibi & gnatae tuae Bene feliciterque vortat.
Trin. II. 4. 132.
Neque umquam quisquam est, quoius ille ager fuit,
Quin pessume ei res vorterit. *Vesterhov.*

93. ADEO, ad eam rem. Paraphrastes Delph. per *etiam;* Minellius, per *valde*, exponunt.

94. ARGENTUM MECUM ATTULI.] Comicum. argentum praesto. Et caussa additur cur praesto, & unde sit. simul iracundiae uxoris, & jurgio praeparatur locus. *Donatus.* Punctum posui post *Comicum:* ne quis cum Lindenbrogio putet Grammaticum loqui de *argento Comico. Quod argentum praesto sit, id dicit esse Comicum;* i: ad Oeconomiam Fabulae valde accommodatum.

[95] FRUCTUM, QUEM — REDDUNT UXORIS PRAEDIA.] Gall. *Le revenu.* Neque enim quae terra nascuntur, *Fructus* tantum vocantur, sed quivis reditus,

97 Id ſumam: 98 uxori, tibi opus eſſe, dixero.

tus, & quaecunque ſeu fructibus, ſeu aliis rebus vendundis pecunia redigitur. Cic. Parad. VI. 1. *Multi ex te audientur, neminem eſſe divitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus: quod populus Romanus tantis vectigalibus jampridem vix poteſt.* Catull. Carm. CXL.

Firmano ſaltu non falſò Mentula dives
Fertur, qui tot res in ſe habet egregias.
Aucupia omne genus, piſces, prata, arva ferasque.
Nequicquam. fructus *ſumtibus exſuperas.*

Sed & quaecunque commoda *Fructus* vocantur. Sic Adelph. V. 4. 16. Et *rei familiaris fructum* [pro, lucrum, acceſſionem] dixit Nepos Att. VI. *Veſterhov.*

95. QUEM LEMNI.] Et LEMNI & LEMNO legitur. *Donatus.* LEMNI, in Lemno. rariore loquendi modo. Caeſ. B. C. III. 106. 1. *Caeſar — cum audiſſet Pompejum* Cypri *viſum.* Nepos, Miltiade. II. 8. *Se domum* Cherſoneſi *habere.*

96. UXORIS, ſc. Nauſiſtratae: non Lemniae. * REDDUNT PRAEDIA.] Σχῆμα ἐπεξηγήσις. Et proprie de fructu, REDDUNT. *Donatus.* Ovid. de Ponto I. Eleg. VI. 56.

Hanc meſſem ſatis eſt ſi mea reddat humus.

Horat. Epod. Od. XVI. 43.

Reddit *ubi Cererem tellus inarata quotannis.*

Veſterhov.

97. ID SUMAM.] Non FRUCTUM, ſed ARGENTUM. ID SUMAM.] Impendam, unde & *Sumtus* dictus. *Donatus.*

98. UXORI, T. O. ESSE, DIXERO.] Bene ESSE, non *Fuiſſe*: ne jam repetendum videretur. DIXERO.] Adjunctivum, pro pronuntiativo. ut in Eunucho [II. 3. 87.], *Perculeris jam tu me.* Donatus. Nempe modô potentiali, pro, *dicere potero.*

AC-

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.

ANTIPHO. GETA.

An. GETA! *Ge.* Hem! *An.* [1] Quid egisti? *Ge.* [2] Emunxi argento senes.

An. [3] Satin' id est? *Ge.* [4] Nescio hercle: tantum jussus sum.

An.

1. Magis hoc Objurgantis est, quam interrogantis. Nec obstat, quod interrogativè accipit Geta, nam in ea re est elegantiu comica.

2. EMUNXI ARGENTO SENES.] Mirè. quum e contrario dicatur *Emunctus homo*, elegans & facetus: ut *Horatius* [Serm. I. 4. 8.] de *Lucilio*, *Emunctae naris*, inquit. *Donatus*. Plaut. Epidic. III. 4. 58. *
Qui me emunxisti *mucidum*.
Bacchid. IV. 4. 50.
Emungam *hercle hominem probè hodie*.
Mostell. V. 1. 59.
probè
Me emunxti.
Horat. Arte, 238.
Pythias emuncto *lucrata Simone talentum*.
Hesychius: Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾶν, γυμνεύειν. *Vesterbov.* * Ad quem Plauti locum haec annotat vir doctus Dionysius Lambinus: *Metaphora servilis & jocosa. Graecis ἀπομύττειν. Me, tanquam puerulum, cujus nasus mucoris plenus, omnisque consilii expers est, delusum argento spoliasti.* Ibidem adfert Nostrum hunc locum. De metaphora a puerulis deducta Lambino consentiunt Baxter & Gesner ad locum Horatii citatum. Eodem sensu Dan. at snyde.

3. SATIN' ID EST?] Hoc est, idne tibi satis videtur ad miserias meas? An quasi εἰρωνικῶς dicit, ut dicere solemus, *Bene habet nunc:* aut *Fecisti certè quod debuisti.* Ideo autem subambigue [MI. Boend. & Edit.

Ano-

An. [5] Eho! [6] verbero, aliud mihi respondes, ac rogo.

Ge. Quid ergo narras? *An.* Quid ego narrem! opera tua

[7] Ad restim mihi quidem res rediit planissume. 5

[8] Ut

Anonyma. Tarvis. &c. *Sub ambiguo.* Vest.] locutus est, ut nequaquam posset aliter interpretari a Geta, qui respondebit, *Notum* &c. Donatus. SATIN' ID EST?] Formula objurgandi. q. d. *Satin' id tibi placet.* Vesterh.

4. Ita respondet Geta, quasi Antipho rogasset, an tanto argento emunxerit senes, quanto satis sit. Ubi vero addit, TANTUM JUSSUS SUM, intelligit triginta minas. *Vesterhov.* Facete ludit in ambiguitate interrogationis. TANTUM, sub. *argentum invenire.*

5. Interjectio admonentis, & excandescentis. *Minell.*

6. Appellatio contumeliosa servorum, & hominum nequam. AC, quam.

7. AD RESTIM MIHI QUIDEM RES REDIIT PLANISSUME.] Formula desperationis. Ita Caecilius, Synephebis.

Ad restim res redit: *immo collus, non res. nam ille argentum habet.*
Plaut Pseud. I. 1. 86.
Ca. *Restim volo*
Mihi emere. Ps. *Quamobrem?*
Ca. *Qui me faciam pensilem.*
Poen. I. 2. 184.
Capias restim, ac te suspendas, cum hero & vostra familia.
Pers. V. 2. 34.
Restim tu tibi cape crassam, ac suspende te.
Unde qui alteri mala optarent, scribebant in Tabulis Testamenti, *se restim ei relinquere.* Martial. IV. 69. 1.
Nihil Ammiano, praeter aridam restem
Moriens reliquit ultimis *pater* ceris. *Vesterhov.*
I. e. eò redacta est haec res, vel, eò redactae sunt spes & fortunae meae, ut nihil mihi aliud restet, quam chordam capere, & me suspendere.

[8] Ut te quidem omnes Di, Deaeque, Superi, Inferi,
[9] Malis exemplis perdant! hem! [10] si quid velis,
Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis.
[11] Qui te ad scopulum e tranquillo [12] inferat.
Quid minus [13] utibile fuit, quam hoc [14] ulcus tangere, 10
Aut

8. Execratio. cui similis extat Heaut. IV. 6. 7. UT, utinam. QUIDEM asseverandi particula ex abundanti addita.

9. Gravissimis poenis. Donat. ad Eun. V. 7. 21. *Vesterhov.*

10. Si quis velit aliquid recte factum sive curatum esse, [huic mandet.] Ironia. *Minell.* HUIC MANDES &c.] Repetitus versus ex Adelph. III. 3. 18: *Vesterhov.*

11. Sensus est, *Qui te,* [se] *ex expedito faciat impeditissimum.* Translatio à re nautica, quia quae ad scopulum alliduntur naves exitio proximae sunt. Lucret. II. 1170.
Nec tenet, omnia paullatim tabescere, & ire
Ad scopulum *spatio aetatis defessa vetusto.*
Sed & inde in certum periculum rem adducere, *Rationes ad scopulos appellere* dixerunt. Cic. pro Rabir. 9. Eodem sensu Antonius *scopulus securitatis publicae*, Pompejus *scopulus piratarum*, L. Cassius, seuerus judex, *scopulus reorum*, dicti. Vide Freinshemii Ind. in Flor. v. *Scopulus.* In aliis legitur: HUIC MANDES, QUI TE AD SCOPULUM &c. *Vesterhov.*

12. I. e. impellat. *Minell.* Codd. quid. AUFERAT. *Vesterhov.* q. d. *Abripiat.*

13. UTIBILE dicitur, uti *vincibilis*, *conducibilis*, *vendibilis*. Plaut. Menaechm. V. 6. 22.
Servi, qui culpa carent, & metuunt; ii
Solent esse heris utibiles. Vesterhov.

14. ULCUS TANGERE.] Proverbiale: non εἰρωνικῶς dixit. *Donatus.* Affine est, *Camarina non est movenda.* Cic. pro Domo 5. *Tu, in hoc ulcere, tamquam unguis, exsisteres.* Et Nat. Deor. I. 37. *Quid-quid*

Aut nominare uxorem? [15] injecta est spes patri,
Posse illam [16] extrudi. cedo nunc porro, Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum:
Quid fiet? *Ge.* * Non enim ducet. *An.* [17] Novi
caeterum

Xx 2 Quum

quid enim horum attigeris, ulcus est. Pacuvius, Niptris:

Operite, atque abscedite, jam jam
Mittite. Nam attrectatu & quassu
Saevum hunc amplificati' dolorem.

Est autem *tangere ulcus*, mentionem facere rei, quae alteri, qui audit, ingrata sit; translatione ab homine vomica & ulceribus obsito, quibus propter dolorem tangendis abstinendum est. Plaut. Pers. II. 5. 11.

To. *Quod hoc hic in collo tibi tumet?* Sa. *Vomica 'st, pressare parce.*
Nam ubi qui mala tetigit manu, dolores cooriuntur. Vesterhov.

15. INJECTA EST SPES PATRI.] Cic. Att. XVI. 5. *Bruto cum saepe* spem injecissem de ὁμοπλοίᾳ. Quamquam Victorii auctoritate τὸ *Spem* vulgo abest. *Vesterh.* Rarè dicitur *Injicere* bono sensu, pro, afferre, facere, excitare. Caes. B. G. I. 46. ultim. *multo major* alacritas studiumque *pugnandi majus exercitui* injectum *est*. Haud multum abludit Vellej. II. 126. 2. *Recte faciendi omnibus* — incussa voluntas. Cic. pro Caec. laudante Antonio Schoro: *Sperarunt, se* injecturos vobis causam deliberandi, *&* judicandi justam moram *& religionem.*

16. Excludi, vel separari a me. *Minell.* Plaut. Poen. V. 4. 49.

si sim Juppiter,
Jam hercle ego illam uxorem ducam; & Junonem extrudam *foras.* Vesterhov.

* Οὐ μὲν ἄξει. Fr. Fabritius, ENIM NON DUCET. Sic Hec. II. 1. 41. *Vesterhov.*

17. Modò NOVI est simulatè concedentis. q. d. fac ita esse.

Quum [18] argentum repetent, [19] nostra causa, scilicet! 15

In

18. Cum senes repetent ab eo dotem Phanii repudiatae.

19. NOSTRA CAUSA, propter nos. *Minell.* Non peccabit, si quis cum Scaligero, Nannio & aliis velit accipere εἰρωνικῶς: NOSTRA CAUSA SCILICET IN NERVUM POTIUS IBIT, i. e. in vincula se duci potius patietur [Phormio sc.], quam nos prodet. i. e. cum repetent argentum, potius nos prodet, quam in nervum compingi se, quod iis qui solvendo non erant, usu veniebat, patietur. *Boeclerus.* IN NERVOM POTIUS IBIT.] Decipiet. a proverbio tracto a sagittariis: quum vis conatusque tendentis arcum, non in volatum teli, sed in ruptionem nervi *expetatur.* *Donatus.* Sensus est, Phormio neque scapulas perdere volet, neque in NERVUM, id est, vincula ire, ut nobis fidelis sit, sed potius causam nostram deserens perire eum [Sc. Phaedriam. An *eam* legendum sc. *causam*? ita puto.] finet. Mirum vero de causa tamqnam de homine loqui Antiphonem. Vide supra II. 2. 11. atque ibi laudata Legis XII. Tabb. verba, ad quae h. l. manifestò respicitur. Postea tamen qui solvendo non erant, operas pro pecunia dabant, sublata illa legis saevitia. Postremo etiam Sulla dictatore dissoluti sunt, qui nexi erant, si bonam copiam ejurarent. *Vesterhov.* Apparet Virum ex Boecleri & Donati interpretationibus unam facere voluisse, quod prorsus non procedit. Mihi plausibilior videtur Boecleri interpretatio, ita tamen ut Donati non asperner, quippe quae lepidam phrasin suppeditat, & quodammodo convenit cum illo supra II. 2. 11. *Vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat denique.* Videndum est in verbis Grammatici quid τὸ *Expetatur* significet: an *exeat*, *evadat*, quomodo Plautus Amph. I. 1. 20. *Expetere* utitur, pro *accidere*: an vero significat, *extendatur*

In nervom potius ibit. *Ge.* [20] *Nihil est*, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier.
[21] Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contra jam: si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais: concedo tibi. 20
Spatium quidem [22] tandem adparandis nuptiis,

Xx 3 [23] Vo-

tur, *explicetur*, *exferatur*, a Gr. πέ]άω?

20. NIHIL EST, — QUIN MALE NARRANDO POSSIT DEPRAVARIER.] Nimirum, teste Epicteto cap. 65. duo sunt rerum λαβαί. Contra Cicero Parad. I. *Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tamquam excolatur.* Vesterhov. MALE NARRANDO, male verbis exprimendo. *Paraphrastes Delph.* Sive, male explicando: nam qui narrat, rem explicat.

21. TU ID, QUOD BONI EST, EXCERPIS.] Honeste EXCERPIS dixit. Et attende, quemadmodum dicat, *Excerpi bona*, quibus non utatur. *Donatus.* Hoc est quod Epictetus Enchirid. c. 65. egregiè docet, rem quamque duas habere ansas: alteram φορητὴν, quae facit ut nihil non tolerabile videatur; alteram ἀφόρητον, qua quicquid accidit praeter mentem fit intolerabile. EXCERPIS autem hic pro *demis*, *aufers*. quod non sine causa notari vult Donatus, cum Graeci in hac ipsa re τῷ ἐκλογίζεσαι [forte ἐκλέγεσαι.] plane aliter utantur. *Mer. Casaubon.* Mirè de bono EXCERPIS dicit, i. e. demis, rejicis. Accius, Myrmidonibus:

Tu addis, quod vitio est, demis, quod laudi datur.

Cic. de Legib. III. 10. *Sed est iniqua, in omni re accusanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio.* Vesterhov.

22. TANDEM.] H. e. Saltem; ad minimum. Sic Eun. V. 9. 25. *Vesterhov.*

[23] Vocandi, [24] facruficandi dabitur [25] paululum
Interea amici, quod polliciti funt, [26] dabunt.
Id [27] ille iftis reddet. *An.* Quamobrem? aut [28] quid dicet? *Ge.* Rogas?
[29] Quot res? poftilla, monftra evenerunt mihi! 25

[30] In-

23. Invitandi ad nuptias propinquos & amicos.

24. SACRUFICANDI.] Vide ad Adelph. IV. 5. 65. *Vefterhov* Interpres Ariftophanis in Scholiis ad Thefmophor. Ἥραν δὲ τὴν Τελείαν.] Ἥρα Τελεία καὶ Ζεὺς τέλειος ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις, ὡς Πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων. Σουΐδας. καὶ τέλος ὁ γάμος, καὶ προτέλεια θυσία, ἡ πρὸ τῶν γάμων γινομένη. Itaque Plautus Aulul. III. 6. 43. in nuptiis Megadori:

Ego, nifi quid me vis, eo lavatum, ut facruficem.

Puta, uti re divina facta Di Gamelii placarentur; omenque de fucceffu matrimonii captaretur, cui rei aufpices quoque olim adhibiti fuere. Val. Max. Lib. II. Cap. I. 1. *Apud antiquos non folum publicè, fed etiam privatim nihil gerebatur, nifi aufpicio prius fumto: quo ex more nuptiis etiamnum aufpices interponuntur: qui quamvis aufpicia petere defierint, ipfo tamen nomine veteris confuetudinis veftigia ufurpant.* Lucan. Lib. II.

Junguntur taciti contentique aufpice Bruto.

Ubi Vetus Scholiaftes: *Aufpex dicitur qui nuptiis intereft, divinationem quaerens.* Lindenbrog.

25. PAULULUM.] Refertur ad SPATIUM. Sic Adelph. V. 9. 23. *Aliquid paululum.* Vefterhov.

26. Numerabunt argentum Phaedriae.

27. Phormio fenibus.

28. Quam caufam, cur reddat, poterit dicere? *Paraphraftes Delph.* QUAMOBREM, (ante) quo nomine, quo praetextu?

29. QUOT RES? POSTILLA, MONSTRA EVENERUNT MIHI!] Ita diftinxi, ut ad QUOT RES? fubaudiatur, *dicere* po-

• Introiit in aedes [31] ater alienus canis:

poterit. POSTILLA valet, *ex illo tempore, quo dote data Phanium mihi desponsa est.* And. V. 4. 33. Porro autem multa erant, unde aut bona, aut mala ominabantur; atque in illis sternutatio & tinnitus aurium. Hic autem incipit μίμησις verborum Phormionis. *Vesterhov.* MONSTRA.] Omina, prodigia.

30. INTROIIT IN AEDES.] Varia admodum ac multigeneris fuit τῆς μαντικῆς doctrina. sed de qua hic agitur ea propriè οἰκοσκοπικὴ dicebatur. Suidas [De Xenocrate]: Οὗτος συνεγράψατο τὸ οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, οἷον ὅτι εἰ ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, τὸ δὲ τί σημαίνει. Dio Cassius Lib. LVIII. de Sejano: Προϊόντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οἰκίας γαλῆ διὰ μέσων σφῶν διῆξεν. Quinimo superstitiosos etiam de muribus augurari solitos, Jamblichus notat in Amorib. apud Photium Biblioth. pag. 133. Καὶ τὰ μυστήρια ἀπὸ τῶν μυῶν. πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν. *Lindenbrog.*

31. Canem atrum aedes alienas introire infaustum erat: hunc interpretabantur homines superstitiosi significare adulterum, qui lectum connubialem conspurcaret. *Minell.* Multa de Canibus prodigia recenset Julius Obsequens. — ATER color infaustus est habitus. *Vesterhov.* Haec est quam Plautus *caninam scaevam* vocat in Casina, V. 4. 4. Nec sic tantum canis ominosus erat; verum etiam si vianti occurrisset infaustum omne iter putabatur. Tzetzes Chiliad. XIII. Hist. 474.

Κἀκ τούτων σύμπαν μάντευμα καταχρηστικοτέρως
Κληδὼν, πταρμὸς, συνάντημα κυνῶν &c.

Horatius Carm. III. Oda 27.

Impios parrae recinentis omen
Ducat, & praegnans canis,
&c.

Ideo-

Anguis [32] per impluvium decidit de tegulis:
[33] Gallina cecinit: [34] interdixit hariolus:

[35] Ha-

Ideoque etiam animalia haec θηρία δυσκλυδάνιστα vocabantur, quae ne nominari quidem sine malo omine poterant. *Lindenbrog.*

32. De *Impluvio* vide Eun. III. 5. 41. *Vesterhov.* IMPLUVIUM inquit Varro *est locus sub caelo in medio aedium relictus, unde lumen deorsum caperent: ita dictus, quod eò implueret.* Festus vero causam notationis sic refert: Impluvium *quo aqua impluit collecta de tecto.* Paraphrastes Delph.

33. Observatum est, in qua domo *gallina canat*, * superiorem marito esse uxorem. *Donatus.* * Ms. Boend. cum edd. plerisque ante Rob. Stephanum, *Superstitem.* Barlandus, *Superstitem fore.* Vesterhov. Et in Apulejo par portentum narratur, Miles. Lib. IX. *Una de cetera coborte gallina, per mediam cursitans aream, clangore genuino, velut ovum parere gestiens, personabat.* Clemens Alexandr. Stromat. Lib. 7. Ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος, ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας ᾄσῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖόν τινος. Et nunc quoque anilibus deliramentis infatuatirentur, si gallus tristem sonum ediderit, vel gallina cantarit, id mortem alicui ex familia, aut rixas significare. *Lindenbrog.* Rustici nostri dicunt, *La poulle a chante le cocq.* Idque cum acсidit, extemplo misella illa gallina

Crudeli ferro meritas jugulata sub umbras
Mittitur . . . . .

Idque ad averruncandum malum eventum praesens remedium est. *Tanaquill. Faber.*

34. Hujusmodi monstra cum evenirent, qui superstitiosiores erant, statim ad hariolos abire solebant, atque ab illis consilium expetere. Theophrast. Περὶ δεισιδαιμ. Ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾷν, τί χρὴ ποιεῖν. Ideoque addit Terentius, INTERDIXIT HARIOLUS. Sic & in Plauti Sticho III.

[35] Haruſpex vetuit [36] ante brumam [37] aliquid novi

2. 1. Gelaſimus paraſitus in re ſimili haruſpicum libros ſe conſuluiſſe dicit: *Libros inſpexi, tam confido, quam poteſt.* Lindenbrog. HARIOLUS eſt, qui divina mente vaticinatur. Dictus HARIOLUS, quaſi *fariolus*, a fatis & a fando. quum *F* pro *H*, & item *H* pro *F*, in multis locutionibus ponatur. An quod imitatur aſpirationem [Sc. literam *H*, & ejus ſonum] in exhalando? nam halitu ſolent excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant. unde & vocem ejuſmodi dabant, quae eſt *. OE: quod OE ſonus exhalandi vim praeſtat. *Donat.* * Quod ſuſpicabatur Scioppius ſcribendum eſſe *Oh* vel *Ho*, id Libri quid. vett. exhibent. Malim tamen *Ha.* Veſterhov. *Haruſpex* & *Hariolus* hoc differunt, quod *Hariolus* divinat de humanis, *Haruſpex* de divinis. *Eugraph.*

35. HARUSPEX ab *haruga* nominatur. nam *haruga* dicitur hoſtia, ab *hara* in qua concluditur & ſervatur. *hara* autem eſt, in qua pecora includuntur. Plautus, *Ruſticus*, *hircus*, *hara*; Moſtellaria (I. 1. 39.) *Donatus.* Bene monet Donatus, HARUSPEX dici ab *Haruga*, quae notet *hoſtiam*; ſed in eo errat quod *Harugam* ab *hara* dictam exiſtimat. Alias derivationes dant Janus Rutgerſius, Var. Lect. III. 9. & Voſſius in Etymolog. Verum ἔτυμον eſt Donati *Haruga*. Rem confecit Jac. Perizonius, V. Cl. ad Aelian. Var. Hiſt. III. 31 cujus juvat adſcribere verba: „ Denique Dionys. quoque Halicarn. Lib. II. Romanorum Haruſpices a ſuis, h. e. a Graecis dici ait ἱεροσκόπους, in eo tamen graviter errans, quod tradit, Romanos vocabulum Ἁρούσπικα formaſſe ex illo Graeco ἱερόσκοπον, *exiguum quid illius primitivae vocis ſervantes.* Nam revera *Haruſpices* ab Hetruſco *Haruga*, eaque *ſpecienda*, ſunt dicti, ut monet Donatus ad Terentii Phorm. *Haruga* autem eſt hoſtia, vocabulum non ab *Hara formatum*, ut idem Donatus putabat, ſed ex Oriente, & lin-

Negoti incipere. quae [38] causa est justissima. 30
[39] Haec fient. *An.* [40] Ut modo fiant. *Ge.* Fient:
[41] me vide.
Pater exit. abi, dic, [42] esse argentum, Phaedriae.

lingua Orientali, cujus multa reperiuntur apud Etruscos ex Asia ortos vestigia, translatum. Ibi enim *Haruga* significat *Caesam*, scil. victimam, genere feminino, quia antiquissimis temporibus femellae maxime ad sacrificia adhibebantur., De ortu Haruspicinae vide Ciceronem, Divin. II. 23. *Vesterhov.*

36. ANTE BRUMAM.] Arte irrisit homines *Terentius*, quibus religio sit aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus. ANTE BRUMAM.] Quod ante brumam dies decrescere incipiant. *Donatus.* BRUMA dicitur illa pars hyemis in qua dies sunt breviores. Ovid. I. Fast.

Bruma *novi prima est, veterisque novissima solis,*
Principium capiunt Phaebus & annus idem.
Minell.

37. Mſ. Bodl. AUTEM (pro ALIQUID): quod & in Impress. quibusd. est: defenditque Faërnus ex antiquissimis Libris. quando τὸ INCIPERE erit nominis loco, pro, *Inceptio novi negotii.* Vesterhov.

38. Excusatio. * Sic supra I. 4. 49. & And. I. 1. 114. & V. 4. 46. Heaut. Prol. 41. *Vesterhov.*

39. HAEC FIENT.] Respondet his verbis Geta ad ea, quae versu 14. dixerat Antipho, QUID FIET? habentque emphasin, postquam tot res enumerasset, dicendo demum, HAEC FIENT. *Vesterhov.*

40. Pro, *dummodo.* atque est diffidentis.

41. ME VIDE.] Respice, id est, vultus mei fiduciam gere: siquidem nullum periculum est. Sic Graeci, nam aliter Latini. ME VIDE.] Quia [forte, *Qui*] in jure promittit, & interponit suam fidem [Sub. *ita solet dicere*]: quod nos dicimus, *Me habes.* VIDE.] Respice. *Donatus.* Sic And. II. 2. 14. *Vesterhov.*

42. Paratum esse. *Paraphrast. Delph.*

AC-

ACTUS QUARTI

SCENA QUINTA.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

De. [1] QUIETUS esto, inquam: ego curabo, ne quid verborum [2] duint:
[3] Hoc temere numquam [4] amittam ego a me, [5] quin mihi testes adhibeam.

Cui

1. I. e. securus. *Donat.*

2. Codd. quid. DUIT. quasi de solo Phormione dictum. Quidni autem sermo sit de Geta & Phormione simul? Edit. Anonyma, & Venet. an. 1490. NE QUID ISTI VERBORUM DUINT. H. e. ne quid fallant me, & argento accepto, Phanium apud Antiphonem maneat. *Vesterhov.*

3. HOC.] Δεικτικῶς. Ostendit enim marsupium cum argento. *Vesterhov.* TEMERE, imprudenter, incautè.

4. Dimittam e manibus meis. *Minell.*

5. QUIN — ADHIBEAM. CUI DEM, &c.] Ita distinxi. Vulgo, ADHIBEAM, CUI DEM. Id enim publicè sciri intererat, triginta minas datas esse Phormioni, & dotis nomine esse datas, ut Phanium ei nuberet. Continent autem haec verba [CUI DEM, ET QUAMOBREM DEM.] quasi formulam cautionis in numeranda pecunia. Cic. Fam. V. 20. *Ni ista pecunia gravissimis esset certissimisque monumentis testata, cui data, quo SCto, quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset.* Mss. Graev. Witt. Boend. cum edit. Anonyma, & quibusd. al. vetustis, CUM DEM. *Vesterhov.* QUIN, ut non. MIHI, mecum. ADHIBEAM, habeam, adducam.

Cui dem, & [6] quamobrem dem, commemorabo.
Ge. [7] Ut cautus eſt, ubi nihil opus eſt!
Ch. Atque ita [8] facto opus eſt. at matura, dum [9] libido eadem haec manet.
Nam ſi [10] altera illa magis inſtabit, forſitan [11] nos rejiciat. 5

Ge.

6. Quo nomine, quem in finem. COMMEMORABO, expreſſis verbis dicam, coram teſtibus. Poteſt & eſſe, *Simul dicam.*

7. UT CAUTUS EST, UBI NIHIL &c.] Conſulit, inquit, quemadmodum detur, ubi omnino dare non debuerit. *Donatus.* Deridet ſenis prudentiam non temere, cum non ſit in loco. Et non in loco ſapere eſt deſipere. *Minell.* Mſ. Witt. UT CAUTUS, UBI NIHIL EST OPUS. Mſ. Graev. UT CATUS EST. [i. e. callidus.] *Veſterhov.* UT, quam.

8. Facere oportet. * AT MATURA.] Faërnus, ET MATURA. *Veſterhov.* MATURA, Accelera. *Eugraph.*

9. Bene *Libidinem* poſuit pro voluntate hominis incerti ac levis. *Donatus.* Dum ſe Phanium ducturum eſſe dicit Phormio. Contrarium eſt And. III. 3. 24. *V.*

10. ALTERA ILLA.] Quae fingebatur ſponſa Phormioni. Supra IV. 3. 53. *Veſterhov.* INSTABIT, ſc. *Phormioni*, ut conficiat ſecum nuptias. non autem, *urgebit per amicos apud Antiphonem*, quod Minellio viſum eſt.

11. NOS REJICIAT.] Mulierem ſcilicet. An verè NOS, id eſt, negotium noſtrum & conditionem? *Donatus.* Ita ſupra IV. 3. 72. *Repudium illis renuntiet.* REJICIAT, rejicere poſſit. * NOS REJICIAT. H. e. Phanium ſibi a nobis deſtinatam. Phaed. II. [2. 4.]
Et improbum rejecit.
[Scheffero interprete: Negavit ei, quod petierat cum contemtu & aſpernatione.] Ovid. Metam. IX. 512.
Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem.
Plaut. Bacchid. IV. 3. 18. *Veſterhov.*

Ge. [12] Rem ipsam putasti. *De.* Duc me ad eum ergo. *Ge.* [13] Non moror. *Ch.* [14] Ubi hoc egeris;
Transito ad uxorem meam, ut conveniat [15] hanc, prius quam [16] hinc abeat:
[17] Dicat, nos dare eam Phormioni nuptum, ne succenseat;
[18] Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior:

[19] Nos

12. REM IPSAM PUTASTI.] Sic Plaut. Epid. II. 2. 100. Rem, *berle*, loquere. Rud. V. 2. 19. *tetigisti acu.* Vesterhov. PUTASTI.] Pro disputasti modo. *Donatus.* i. e. dixisti. recte conjectasti, divinasti. Et dicitur citra Ironiam, contrà quam Minellio videtur.

13. Nulla in me mora est, paratus sum, eamus. *Paraphrast. Delph.* Mſ. Graev. & Edit. 1469. NUM MOROR? *Vesterhov.*

14. UBI, postquam. TRANSITO, abito. Ita infra V. 7. 28. *Sed transi, sodes, ad forum.* an significat, *in transitu (obiter) conveni?* TRANSITO — UT CONVENIAT, scitissimâ brevitate, pro, *transiens agito cum uxore, rogato illam, ut convenias* &c. Hoc non animadverterunt Interpretes.

15. Phanium, Antiphonis uxorem.

16. HINC, ab aedibus tuis. * ABEAT.] Govennus, Faërnus, & Guyetus, ABIT. *Vesterhov.*

17 Ordo & sensus est, DICAT (uxor.) NE SUCCENSEAT (Phanium) NOS DARE [*quod nos demus.*] EAM PHORMIONI NUPTUM. *Vesterhov.*

18. Optimum hunc versum, qui inservit persuadendae Phanio, ut Antiphone relicto, nubat Phormioni, expungit tamen Guyetus. *Vesterhov.* MAGIS ESSE — IDONEUM, magis illi convenire [Sc. maritum]. QUI, ut qui [quoniam]. FAMILIARIOR, usu familiaritatis notior.

[19] Nos nostro officio nihil digressos esse: quantum
is voluerit, 10
Datum esse dotis. *De.* [20] Quid tua, malum! id refert? *Ch.* Magni, Demipho.
[21] *De.* Non satis est, tuum te officium fecisse, si
non id fama adprobat?

Ch.

tior. *Paraphrastes Delph.* Ita vulgò dicunt populares mei. Kunnigit bytagt best, *Optimum commercium inter nostros; Optimè convenit notis*,

19. NOS — OFFICIO NIHIL DIGRESSOS ESSE.] A Mf. Bodl. abest τὸ ESSE. Mff. Graev. Witt. Boend. cum edd. 1469. & Anonyma, EGRESSOS. Sic *esse in officio*, *deserere officium*, *discedere ab officio*, Cicero dixit. *Vesterhov.* Intelligit dotis numerationem, quae ex lege debebatur cognatae.

20. MALUM! Interjectio. MAGNI DEMIPHO.] Nota, responsum contra QUID REFERT? non ad QUID relatum. Et quaere quomodo dicatur, *Quid mea? quid tua?* An deest *ad*: ut sit, *Ad mea*, aut *ad tua? Donatus.* Ex Donati verbis videre licet, existimare eum in accusativo casu efferri posse hanc dictionem. *Faernus.* Rem expedivit Cl. Perizonius ad Sanct. Min. III. V. 3. Vide infra V. 7. 47. *Vesterhov.* ID, nempe hoc dici & persuaderi Phanio.

21. Melius erit versum hunc [sine interrogatione] tribuere Chremeti; observante Palmerio. Atque ita Guyetus, addens in Scholiis Mff. τὸ NON SATIS EST OFFICIUM FECISSE, γνωμικῶς *enunciari placet.* Haec ille. Cic. Off. I. 28. *Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Vesterhov.* Non displicet haec tribui Chremeti, & pro sententia proverbiali accipi. Sed enim Demiphoni recte tribui puto, homini rigido & severo, suique cerebri ac moris. Latet quoque in verbis praeclara sententia philosophica, dum sic accipias: *Satis est tuum te officium fecisse, etiamsi fama id non adprobat.*

Ver-

Ch. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se ejectam [22] praedicet.

De. Idem ego istuc facere possum. *Ch.* [23] Mulier mulieri magis congruit.

De. Rogabo [24]. *Ch.* Ubi illas [25] ego nunc reperire possim, cogito. 15

Verbô, si Chremeti tribuatur, erit sententia politica; si Demiphoni, philosophica. Seneca, citante Mer. Casaubono: *Nunquam volui populo placere. Nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio.* & mox: *quis enim placere potest populo, cui placeat virtus?* TE, hominem quemcunque. FAMA, Opinio & sermo populi.

22. PRÆDICET.] Non sollicitanda haec vox, nec mutanda in PUTET. quid enim ad famae approbationem, si tantum *putaret, se ejectam*, & non publicè *praedicaret* Phanium? *Vesterhov.*

23. MULIER MULIERI MAGIS CONGRUIT.] Flor. III. 23. 3. *Viro cum viris facile convenit.* Weitzius e Plutarcho laudat: γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει, παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ προσφορὰν γυνή. [*Senex seni linguam suavissimam habet, puer puero, & mulier convenientem mulieri*]. Vesterhov. Femina feminae magis poterit persuadere. Partes enim virorum viros, feminarum feminas, ut docet Horatius, aegre [corr. agere.] convenit. *Eugraph.* Pro CONGRUIT, Mf. Witt. & edit. 1469. CONGRUET. Cod. Bemb. CONVENIT. Vesterhovio & Faërno testibus.

24. Nausistratam uxorem, ut conveniat Phanium. *Vesterhov.*

25. ILLAS.] Filiam & uxorem [Lemniam]. *Donat.* COGITO, Sollicitus sum. *Paraphrastes Delph.* Quod non fuerat opus. Accipe simpliciter ut Adelph. IV. 2. 30. *Ubi illum quaeram*, cogito.

AC-

ACTUS QUINTI
SCENA PRIMA. *

SOPHRONA. CHREMES.

So. Quid agam? quem mihi amicum inveniam misera! aut [1] quò consilia haec referam?
Aut unde mihi auxilium petam?
Nam vereor, [2] hera ne ob meum suasum [3] indignè injuria adficiatur:
[4] Ita patrem adolescentis facta haec tolerare audio violenter.

Ch.

* Donatus hanc Scenam refert ad Actum IV. observante Georgio Fabricio. *Vesterhov.*

1. QUO CONSILIA HAEC REFERAM?] Cum quo communicabo commentum meum de nuptiis Phanii & Antiphonis? Plaut. Curc. II. 2. 4.
Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.
Cic. Div. II. 65. Defert ad conjectorem, *quidam, somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.* Et cap. 70. *Parere quaedam matrona cupiens, dubitans, essetne praegnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam.* Retulit. Mſ. Witt. QUOI. *Vesterhov.* CONSILIA HAEC; has Antiphonis & Phanii nuptias nostro consilio contractas. *Minell.*

2. HERA.] Intelligit Phanium, heram minorem. Mſ. Graev. NAM VEREOR HERAM, NE. Comice. *Vesterhov.*

3. Inhoneste, turpiter. INDIGNA, in Cod. Bemb. & aliis invenit Faërnus; quod referri potest ad *Injuriam.*

4. ITA, siquidem, eo quod. * VIOLENTER, Quod Graeci dicunt δεινῶς. *Donatus.* TOLERARE — VIOLENTER. Sic Eun. V. 5. 12. *Vesterhov.* Graviter, indigne.

Ch. [5] Nam quae haec anus est exanimata, [6] a fratre quae egressa 'st meo? 5

So. [7] Quod ut facerem, [8] egestas me impulit: [9] quum scirem infirmas nuptias

[10] Hasce esse, ut id [11] consulerem, [12] interea vita ut in tuto foret.

Ch.

5. NAM QUAE &c.] Ἀναστροφή, ut, [Virgil. Georg. IV. 445.]
Nam quis *te juvenum confidentissime.*
Sed figura haec apta commotis est aliqua re nova. *Donatus.*

6. Pro, A domo fratris. ut, [Virgil. Aen. II. 311.[
jam proximus ardet Ucalegon. Donatus.

7. Quam rem ut facerem, Sc. ut funderem Phanio eas fieri nuptias. *M.nell.* vel, FACEREM, finerem fieri.

8. EGESTAS ME IMPULIT.] Sic And. I. 5. 40. Plaut. Asin. III. 3. 81.
Quidvis egestas imperat.
Horat. Carm. III. 24. 42.
Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere & pati. Vesterhov.

9. QUUM, quamvis. *Paraphrastes Delph.*

10. Dum versum hunc expungit Guyetus; simul sensum commodum praecedentis tollit. *Vesterh.*

11. CONSULEREM, providerem, curarem. Adelph. I. 2. 47. *Vesterhov.*

12. Totius sermonis Sophronae hic sensus est: *Egestas me impulit, ut id facerem, qui Phanium nuberet Antiphoni, juveni nobili & divini, ut ita, si maxime infirmae hae essent nuptiae, tamen egestati prospicerem, nostramque vitam in tuto collocarem;* seu, *ne de victu essemus sollicitae, dote scilicet data.* Quem sensum non ceperunt Interpretes. Sic supra II. 3. 16.
Pauper, cui opera vita erat.
Clarius autem patebit id voluisse Sophronam, si distinguas, UT ID CONSULEREM INTEREA, VITA UT IN TUTO FORET. Sic mox V. 2. 5.
Ut sit, qui vivat, Vesterh.

Ch. Certe aedepol, [13] nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi,
Meae nutricem gnatae video. *So.* Neque ille [14] investigatur. *Ch.* Quid agam?
So. [15] Qui est ejus pater. *Ch.* [16] Adeo, an maneo, dum ea, quae loquitur magis [17] cognosco? 10

So.

Cetera rectè; nisi quod non video, cur VITA hic pro *victu* debeat accipi.

13. NISI ME ANIMUS FALLIT, AUT PARUM PROSPICIUNT OCULI.] Doctè *Terentius.* nam visa, vel corporis, vel animi sunt: hoc est, rationis, vel sensus. *Donatus.* PARUM PROSPICIUNT OCULI.] Plaut. Epid. V. I. 28.
Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum? Vesterhov.
I. e. an visus mihi satis suppetit? & patet Vesterhovium τὸ PROSPICIUNT capere, pro *vident* simpliciter. Ita Plaut. Curc. II. 3. 38. ex persona parasiti, simulantis sibi oculos ab inedia caligare:
Perii! prospicio parum.
Minellius exponit, PROSPICIUNT OCULI, per *de longe video.* Atque is usus verbi est proprius: Virgil. Aen. VII. 29.
Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum Prospicit.

14. INVESTIGATUR.] Sic Eun. II. 3. 3. Heaut. IV. 2. 8. *Vesterhov.* Sedulo inquirendo inveniri potest. *Paraphrastes Delph.*

15. QUI EST &c.] Continuatio superioris, *Ille investigatur.* EJUS, Phanii.

16. Adire mulierem, an hic consistere debeo? & nota locutionem. * MſT. Graev. & Witt. cum edd. praestantiſſ. ADEON', vel, ADEONE. Sic ante QUID AGO? legit Faërnus & alii, cum uno MſT. Leidens. *Vesterhov.*

17. Intelligo. *Paraphrastes Delph.* MſT. Bodl Graev. & Witt. COGNOSCAM. *Vesterhov.*

So. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est,
quod verear. *Ch.* Ea 'st ipsa.
[18] Conloquar. *So.* Quis hic loquitur? *Ch.* Sophrona. *So.* [19] Et meum nomen nominat?
Ch. Respice ad me. *So.* [20] Di, obsecro vos! estne hic Stilpho? *Ch.* Non. *So.* Negas?
Ch. [21] Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes, Sophrona.
[22] Ne me istoc posthac nomine [23] appellassis. *So.* Quid? non, obsecro, es,

 Quem

18. Alloquar, compellabo.

19. Pergit sibi loqui, a sene aversa. Et ideo is subjicit, RESPICE AD ME, I. e. Visum retro ad me converte: propriè. Sunt tamen, qui, pro *adspice me*, capiant. quod & satis commode fieri potest.

20. DI, OBSECRO VOS! Modò admirantis formula.

21. Discede. Veretur Chremes, ne prae laetitia nimis apertè voce loquentem uxor audiat, & facinus suum prodatur [Sc. furtivum cum Lemnia connubium.] Ideo submisse hoc loquitur, & a foribus domus eam seducit. *Minell.*

PAULULUM ISTORSUM.] Nunc ISTORSUM [Mſ. Boend. & edd. plerique ante Rob. Stephanum, PAULULUM *adverbium est.* Suspicatur Faërnus legisse & scripsisse Donatum, ISTOC, sed & PAULLUM. *Vest.*] adverbium est loci: alias nomen. *Donatus.* ISTORSUM, in istam partem, istum locum versus.

22. Plaut. Amph. II. 2. 181.
Ne me appella falsò falso nomine.
Mſ. Bodl. NEC ME. Mſ. Graev. NEC ME — APPELLARIS. *Vesterhov.*

23. Appellaveris. Vetustè ab *appellasso*, Futuro Subjunctivi, verbi *appello*: ut a *levo*, *levasso*. Minell.

Quem semper te [24] esse dictitasti? *Ch.* [25] St! *So.* Quid has metuis fores?
Ch. [26] Conclusam hic habeo uxorem saevam. [27] verum istoc de nomine,
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes [28] foris

[29] Ef-

24. ESSE pro *nominari*, antiquorum more dixit. *Donatus.*

25. In plusculis Codd. EST legitur, quod defendit Rivius. And. IV. 1. 59. Heaut. III. 3. 36. *Vesterhov.*

26. CONCLUSAM &c.] Illaturus SAEVAM, bene CONCLUSAM praetulit [i. e. *praemisit*]: ut si diceret, *feram.* Donatus. CONCLUSAM.] And. II. 3. 12. Ovid. Amor. I. 4. 61.

Nocte vir includet. Vesterh.

27. ISTOC DE NOMINE.] Non assentior Faërno, Heinsio, Guyeto, Dacieriae, Hoogstratano, Unius Victoriani libri auctoritate legentibus: VERUM ISTOC ME NOMINE EO PERPERAM &c. Scilicet, duo rogaverat Sophrona Chremetem, — Ad postremum prius respondet, CONCLUSAM &c. Quod cum dixisset, pergit, VERUM ISTOC DE NOMINE, id est, *Quod ad nomen illud Stilphonis attinet, quò me in Lemno dictitavi, ideo perperam olim dixi, ne* &c. Si aliter legas, vocula VERUM omnem vim perdit. dicendum enim fuerat, *Tum, porro autem.* [Non video hanc rationem.] Elegans autem usus est particulae DE, pro, *quod attinet ad.* Plaut. Rud. IV. 7. 2.

de *illo vidulo,*
Si sapias, sapias.

Cicero passim [Vide Gottl. Cortii Indicem in ejus Epist. Fam. v. *De.*] Firmant lectionem meam Mss. Leid. quinque, cum Mss. Traject. Lips. Boend. Graev. Witt. sed & edit. vetustissimis & Optimis, Anon. Junt. Rob. Stephani. Ald. Tarvis. Venet. Argent. aliis. *Vesterh.* PERPERAM, falsò.

28. Extra aedes. *Minell.* i. e. apud extraneos, inter populum, in publico, in propatulo.

[29] Effutiretis: atque [30] id porro aliqua uxor mea
rescisceret.

So. Hem! [31] istoc pol nos te hic invenire miserae
numquam potuimus. 20

Ch. Eho! dic mihi, quid rei tibi est cum familia
hac, [32] unde exis?

[33] Ubi illae sunt? *So.* Miseram me! *Ch.* [34] Hem!
quid est? vivuntne? *So.* Vivit gnata:

Matrem [35] ipsam [36] ex aegritudine miseram mors
[37] consecuta est.

29. EFFUTIRETIS.] Eloqueremini, evacuaretis, exinaniretis. EFFUTIRETIS, ab eo quod est effundere. Translatum est a vase, *Futili* nomine: quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet. Unde *Futilis* dicitur ejusmodi, ut nihil intra se contineat, & semper inanis sit. *Donatus.* Vetus Scholiastes ad Statii Theb. VIII. 297. Futile *vas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua in sacris Vestae in terra non ponitur, quod si fiat piaculum est. Ideo excogitatum est vas, quod stare non posset, sed si positum, statim funderetur. Unde & homo commissa non retinens* Futilis *dicitur, contra* Non futilis, *bonus in consiliis.* Vesterhov. ad And. III. 5. 3.

30. ID, meum clandestinum cum Lemnia consortium. ALIQUA, sub. *via*, *ratione*

31. Sub. *nomine*. Sed & potest esse, *ob istboc*, ideo.

32. A qua, ɔ: ex cujus aedibus.

33. UBI ILLAE &c.] Muretus & Heinsius, AUT UBI ILLAE &c. quomodo & Mss. plerique cum Impress. vett. Faërnus τὸ AUT recidit. Ms. Witt. AUT UBI ILLAE? omisso SUNT. *Vesterhov.* Intelligit conjugem Lemniam, & gnatam.

34. Modò est consternati.

35. IPSAM, abundat: nisi forte hoc posuit pro *beram.*

Ch. [38] Male factum! *So.* Ego autem, [39] quae essem anus [40] deserta, egens, ignota,

Ut

36. EX AEGRITUDINE MISERAM MORS &c.] Bene moderatus est [i. e. *disposuit Poeta.*] ut neque nimis aegre ferat, neque rursum ἀπαθὴς sit. [*Manifestum est*, *Grammaticum haec notâsse ad responsum Chremetis.*] Et haec est οἰκονομία, ne in eadem urbe duae uxores, plus mali ex sollicitudine afferant Chremeti, quam ex alterius morte tristitiae. Neque in Comoedia possunt nimis miserabiles mortes esse; ne res in Tragoediam transeat. EX AEGRITUDINE.] Infirmitate ac morbo. *Donatus.* Guyetus in ἀνεκδότοις suspicatur scripsisse Donatum, *Non infirmitate aut morbo.* qui sane est sensus Terentii. Valet enim AEGRITUDINE idem quod *tristitia*, *maerore*, ex non invento marito. *Vesterbov.* Guyeti suspicionem hic nihil morabor, sed stabo auctoritate Donati, quem melius Latine scîsse puto. Faber in Thesauro *Aegritudinem* h. l. utroque sensu sumit; quem vide.

37. MATREM — MORS CONSECUTA.] Lucret. Libr. III.

Frigida quem *semel est* vitai pausa sequuta. *Vesterbov.* Curt. IV. 14. 25. *Effugit* mortem *quisquis contempserit: timidissimum* quemque consequitur. Sc. mors. *Consequi* proprie dicitur de persequentibus, qui fugientes deprehendunt: hic bellè ad *mortem* transtulit; & id videtur velle, *mulierem ex morbo diuturno tandem decessisse.* Paraphrastes Delph. haec omnia sic exponit: *Matrem ejus tristitia, & animi anxietate oppressam nuper mors rapuit.*

38. MALE FACTUM!] Formula dolentis & indignantis. Plaut. Mostell. II. 2. 27.

Male, hercle, factum.

Laetitiae Formula est, O *bene factum!* Sic And. I. 1. 78. Hec. V. 4. 17. *Vesterbov.*

39. Pulchrius hoc, quam *Quae eram*, vel, *Cum essem.*

40. DESERTA, EGENS, IGNOTA.] Singula pronun-

Ut potui [41], nuptum virginem locavi huic adolescenti, 25

[42] Harum qui est dominus aedium. *Ch.* Antiphonine? *So.* Hem! illi ipsi.

Ch. Quid! duasne is uxores habet? *So.* [43] Au! obsecro: unam ille [44] quidem hanc solam.

Ch. Quid [45] illa altera, quae dicitur cognata? *So.* Haec [46] ergo est. *Ch.* Quid ais?

So. [47] Composito factum est, [48] quomodo hanc amans habere posset

Yy 4 Sine

nuntianda sunt. *Donatus.* I. e. sigillatim; & pausa inter singula interposita.

41. Sub. *Feci*, v. *consului.*

42. HARUM QUI EST DOMINUS AEDIUM.] Cornelius van Bynckershoek, super hoc loco a me consultus, ita rescribebat: *Rectè filius, vivo patre*, DOMINUS AEDIUM dictus. *in eandem sententiam Paulus dixit in L. 11. ff. de Liber. & Postum. hered. instit. Liberos vivo patre quodammodo dominos existimari.* Vesterhov.

43. Interjectio consternatae. * OBSECRO: Sub. *Deos.* Quod a Sophrona dicitur mali ominis avertendi causa. *Minell.* Quasi dicat; *Di meliora; Di prohibeant!* aut, *Bona verba, quaeso.*

44. Equidem, certe. *Minell.*

45. QUID, sub. *est.* ILLAM ALTERAM, legunt quidam, observante Minellio; sc. *Nonne habet uxorem?*

46. Indignandi vim habet in repetitione τὸ ERGO. Sic And. V. 2. 9. Plaut. Epid. III. 4. 40.
Quas tu mihi tenebras cudis? quin tu fidicinam
Produci intus jubes? Pe. Haec ergo est fidicina. *Vesterb.*

47. COMPOSITO.] Sic veteres: nos, *Ex composito.* ut [Virg. Aen. II. 129.], Composito *rumpit vocem, & me destinat arae.* Donat. Συντεταγμένως. Idem *Ex composito, De composito, Composita fraude, Compacto, De compacto*, dixerunt. *Vesterhov.* Met opzet Raad.

Sine dote. *Ch.* [49] Dî vostram fidem! [50] quam saepe forte temere
Eveniunt, quae non [51] audeas optare! offendi [52] adveniens, 30
[53] Qui cum volebam, atque [54] ut volebam, collocatam filiam.

Quod

48. QUOMODO, hoc plenè posuit, pro simplici, *Qua*, i. e. *ut*. HABERE, modò pro *ducere*. SINE DOTE, cum non esset dotata.

49. Admirantis formula hoc loco.

50. Frequenter obtinentur per casum atque fortunam [Malim, *Fortunam atque casum*], quae vix exoptare quis audeat. *Engraph.* QUAM SAEPE FORTE TEMERE EVENIUNT, &c.] Tò TEMERE abest ab Edit. 1469. Eaedem autem voces saepius junguntur Livio. Plaut. Mostell. I. 3. 40.

Insperata accidunt magis saepe, quam quae speres.

Pindarus, Olymp. XII.

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμην ἔπεσεν.

Multa vero hominibus praeter opinionem accidunt. Vesterhov. FORTE, casu, fortunâ. & est ablativus. Sallust. Jugurth. init. Forte *potius, quam virtute regatur.* TEMERE, sine ratione (Sc. cognitâ), sine consilio, & provisu. FORTE TEMERE, af een Slumpe Lyfte.

51. AUDEAS OPTARE.] Pro, *Audeat quis.* ut, *Facile ut pro eunucho probes.* Donatus.

52. ADVENIENS.] Pro, *Quum advenissem.* ut, [Virg. Georg. I. 16. Sed in fine legendum, *Saltusque Lycaei.* Vest.]

Ipse nemus linquens patrium suaque arva Latinus.

Quia Latina lingua deficit hac declinatione [Sc. *Participio praeterito activo.*] Donatus.

53. I. e. Matrimonio conjunctam cum eo, qui cum &c. Rara constructione dicitur *Mulier cum aliquo collocata*: sed rectè per Analogiam, uti *Nupta cum aliquo.*

54. Sc. *Conjugio legitimo.*

Quod nos [55] opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine nostra [56] cura, maxuma sua cura, [57] haec sola fecit.
So. Nunc quid opus facto sit, vide. pater adolescentis venit; 35
Eumque [58] animo iniquo hoc oppido ferre ajunt. *Ch.* Nihil pericli 'st [59].
[60] Sed per Deos atque homines! meam esse [61] hanc, cave rescisсat quisquam.
So. Nemo ex me scibit. *Ch.* Sequere me. [62] intus caetera audies.

55. OPERE MAXUMO, pro, *maxumopere*, summo studio. OPERE — OPERAM. Paronomasia.

56. Pro, nostro labore. & eodem sensu CURA mox sumitur.

57. Emphasin habet HAEC, q. d. *misella haec anicula.*

58. Ordo; *animo oppido iniquo hoc ferre* &c. i. e. valde indignari hoc matrimonium.

59. Sub. *Ab hac re;* v. *ab eo.*

60. SED PER DEOS.] Adjurationis genus est. *Donatus.* Sub. *Te obtestor.* rogat potius quam terret. notante Eugraphio.

61. HANC, Phanium. SCIBIT, Archaice, pro, *sciet.*

62. INTUS.] Intelligit aedes Demiphonis. *Vesterb.*

ACTUS QUINTI
SCENA SECUNDA.
DEMIPHO. GETA.

De. [1] NOSTRAPTE culpa facimus, ut [2] malos expediat esse

Dum

1. Redit a Phormione Demipho cum Geta, postquam ei triginta minas persolverat; succensetque, fieri non posse, ut quis famam bonam & opes simul tueatur. *Vesterhov.* NOSTRAPTE, Nostra propria. *Minell.*

2. MALOS EXPEDIAT ESSE.] Nobis fatius fuerit malignos esse & difficiliores in dando. *Paraphrast.Delph.* Utile fit nobis esse malis, id est, difficilibus tenacibus & parcis. id est, ut facilitatis & largitatis nos poeniteat. *Minell.* Tanaquillus Faber negat *Malum*, pro *parco*, ullibi reperiri. Sine causa, ut opinor; licet exempla nunc non occurrant. Sallust. Oratione Pompej. sub finem; *Gallia* — malis fructibus *ipsa vix agitat.* Licet tamen MALOS hic simpliciter accipere de asperis, difficilibus, morosis. lenibus sc. qui hic vulgò intelliguntur. Verum, quod nescio an ulli in mentem venerit, (nisi forsan Boeclero) per MALOS alii possunt intelligi, nempe homines improbi; Phormionis similes; Ut hoc dicat Demipho: *Nostra culpa fit, ut hominibus malis utile sit malos esse* (eos), seu, *malitia sua sit conducibilis: Tantum enim abest ut nos ab iis defendamus, aut puniamus eos, ut etiam sustentemus in malitia, dum famam lenitatis ac benignitatis nimiùm affectamus. Id quod mihi nunc eum hoc Phormione evenit.* Hunc sensum versu 4. & 5. firmari puto. miror autem, quod Vesterhovius in his duobus primis versibus exponendis tam perfunctorie versatus sit. Caeterum notavit MALIS esse in bona parte MSS. & Edd. Vett. recteque contulit Heaut. II. 4. 8.

Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.
³ *Ita fugias, ne praeter casam,* quod ajunt. nonne id sat erat,

Ac-

3. Proverbium, *Ita fugito, ne praeter casam.* Hoc est, ne praetereas [*Ne praetermittas.* Mss. Boend. & Edd. pleraeque ante Rob. Stephan. *Vesterb.*] casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum. Aut; *ita fugias, ne praeter casam,* ubi custodiri magis, & prehendi fur, & mulctari verberibus potest. — Queritur senex se, dum avari infamiam fugerit, in stulti reprehensionem incidisse. *Donatus.* Tanaq. Faber. Epist. II. 11. conjicit, scripsisse Menandrum,

φεῦγε μὲν
Ἀλλ' ὁ παρ' αἰσαν,
φασίν.

Terentium vero non intelligentem, quid sit παρ' αἰσαν, quod notet, *praeter modum*, male extulisse: ITA FUGIAS, NE PRAETER CAUSAM, [Eam lectionem habent Mss. Graev. & Lips. cum duobus Boecleri: item edd. 1469. & Heidelb. ut observat Vesterhovius.] quum fuerit vertendum: *Ita fugias, ne nimis fugias.* Quod cum pluribus verbis scripsisset, gloriatur, placuisse doctis. quae vero ad hunc locum dicta ab aliis fuere, ea omnia *hydropici somnia* vocat. Non nimis tamen placuit Doctissimae filiae. J. Fr. Gronovius Observ. III. 9. ita, *Proverbium est rusticum, inter ergastula natum: quod duo vocabula indicant,* fugere, *&* casa. — *Qui* [servi] *fugiebant, ut id caute & tutius facerent, ex remotis plerumque & ultimis agri partibus primulum se in pedes conjiciebant, ubi a nemine observarentur. At* Casam, *seu villam* [domini] *praeterire velle, qui fugam pararet, erat hominis de corio & capite suo ludentis. Quid enim poterat exspectare, nisi ut aut domini, aut villici, aut alicujus adversantium familiarium veniret in manus,* — ? *Proprie igitur hoc consilium fugitivo datur, si fugam meditetur, ita eam instituat,* ut casa domini non sit praetereunda, *ne vitans*

ser-

Accipere ab illo injuriam? etiam argentum 'st ultro
⁴ objectum:

Ut

servitutem —, incidat in supplicium —. Et pertinet ad omnes, qui monendi sunt, ne levius incommodum & onus gravati, in tristiora & duriora praecipitent. Itaque senex Comicus — increpat rem ab sese actam, qui metu calumniae & falsarum litium illum, a quo injuria affectus erat, pecunia donarat. Qui praeter casam fugit, *videtur se prodere, ac velle capi: qui injuria accepta forum vitat nummos numerando, & praesentem jacturam facit, & alteram injuriam invitat.* Boeclerus in Chrestomathia, v. CASA, primam Donati interpretationem laudans, mox addit: *Nisi quod etiam* Casam, *non definite accipere possis, hunc in modum:* „Ita fugias, ne oblatum fugae receptaculum, & quasi praesidium quodcunque praetereas, negligasve. „*Sed quomodo haec accommodant ad Scriptoris mentem? — Demipho hoc dicere videtur: Nos Phormionis sycophantae malitiam nimia benignitate nostra ultro alimus, & proficuam ipsi facimus. per injuriam nos implicuit hoc matrimonio, quod jure & actione forensi dissolvi aequum fuisset. At nos ultro argentum ei, tamquam praedam, objicimus, quo ille haud dubie ut instrumento novi flagitii utetur. Qua in re non obsecuti sumus proverbio, quod dictat:* Ita fugiendum esse ne praeter casam auferaris. *i. e. in fuga nullum praesidium praetereundum; sed proxima quaeque occupanda, neque ulterius, quam necesse est, adeoque non ad ultima, nisi desperatis aut praeseptis propioribus auxiliis, procurrendum esse. — Nos, inquit Demipho, nimia bonitate, antequam praesidia juris tentaremus, jactura certa & non necessaria, incertum periculum redemimus: fugiendo scilicet praetervecti ea remedia, quae nos indemnes praestare poterant, fugamque sistere merito debebant.* Vesterhov.

4. Multo hoc invidiosius, quam si *oblatum*, vel *praebitum* dixisset. Loquitur de Phormione tanquam cane, cui *cibus objici* dicitur. Et bene *jaci* de argento temere erogato. Ita Chremes

prius

Ut sit, qui vivat, dum [5] aliud aliquid flagitii conficiat. 5

Ge. [6] Planissume. *De.* [7] His nunc praemium est, qui recta prava faciunt.

Ge. Verissume. *De.* [8] Ut stultissime quidem [9] illi rem gesserimus.

Ge. [10] Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.

De.

prius de eodem argento; *Me hoc est aequom amittere.*

5. ALIUD ALIQUID.] Vetustè. *Donatus.* Usitatius igitur, *Aliud quid.* Vesterhov.

6. Omnino verum hoc est, quod dicis. *Minell.* Assentitur hero, quod malitiam Phormionis attinet: non ideo damnat consilium suum, nam optat mox, ne id effectu careat.

7. Haec vultuose dicta. Tangit autem cum Phormione causidicos omnes. *Vesterhov.* Q. d. In hoc corrupto saeculo praemia dantur rabulis forensibus, qui faciunt *Candida de nigris, & de candentibus atra*, ex recto pravum, & ex pravo rectum. *Minell.*

8. Videtur extrinsecus subaudiendum, *Ita hoc fecimus; Ita gesta est res;* aut, *Itane nos hoc fecisse.* Si vero hoc ultimum admittatur, nota quaestionis post τὸ GESSERIMUS ponenda erit.

9. ILLI REM GESSERIMUS.] H. e. Illi lucrum conciliaverimus. Dubitat Guyetus an satis Latine dicatur, *gerere alicui rem.* Quid si igitur ILLI adverbialiter dicatur, pro, ILLIC, seu, in ea re? quod usitatum Comicis. *Vesterh.* Benè Latinum putem, *Tibi rem gero*, i. e. in tuum lucrum, & commodum.

10. Ne poeniteat dominum pecuniam dedisse, terrorem servus injecit. *Donatus.* Itaque ante UT subaudiendum erit *Vereor.* * MODO UT HOC CONSILIO &c.] Sensus est, Modo ut Phormio hac pecunia adduci possit, ut eam ducat. Adelph. III. 4. 62.

Ms.

De. [11] Etiamne id dubium 'ſt? *Ge.* Haud ſcio hercle, ut homo 'ſt, an mutet animum.
De. Hem! [12] mutet autem? *Ge.* Neſcio: verum, [13] ſi forte, dico. 10
De. Ita faciam, [14] ut frater cenſuit: [15] uxorem ejus huc adducam,
Cum iſta ut loquatur. tu, Geta, abi prae, nuntia hanc venturam.
Ge. [17] Argentum inventum 'ſt Phaedriae: [18] de jurgio ſiletur:

Pro-

Mſ. Graev. MODO HOC, omiſſo UT. *Veſterh.* HOC CONSILIO, per hoc meum conſilium. An HOC CONSILIO, hoc pacto, hac ratione, hac via? Ita melius videtur accipi. DISCEDI, nempe ex hac difficultate v. controverſia; i. e. eâ expediri, vel, ea ſic dirimi, terminari, tranſigi.

11. I. e. Adhucne. *UT HOMO 'ST. Ut ingenium eſt homini, qui tali ſit ingenio, ſcilicet perfidus, inconſtans, levis. *Minell.* UT HOMO 'ST.] Sic Adelph. I. 2. 63. Illa vero, HAUD SCIO, AN MUTET ANIMUM, valent, *Haud ſcio, an non mutet.* Veſterhov.

12. Mſ. Boend. MUTET ANIMUM? *Veſterhov.* AUTEM vim addit interrogationi.

13. SI FORTE.] H. e. Si forte caſus aliquis ita tulerit. Sic Heaut. III, 2. 40. *Veſterhov.*

14. UT FRATER CENSUIT.] Vide ſupra IV. 5. 7. *Veſterhov.*

15. Mſſ. & Impr. pluſculi, UT UXOREM. *Veſterhov.* Sc. fratris; Nauſiſtratam. HUC, domum meam. CUM ISTA, Phanio.

16. ABI PRAE, NUNTIA.] Ita malui cum quibusdam legere, quam cum aliis, ABI, PRAENUNTIA. Sic And. I. 1. 144. & Adelph. II. 1. 13. Senſus autem eſt, *Nuntia Phanio, Nauſiſtratam eſſe venturam.* Veſterhov.

17. Haec Geta ſecum, remoto jam Demiphone. *Veſterhov.*

Provisum est, [19] ne in praesentia haec hinc abeat:
quid nunc porro [20]?
Quid fiet? [21] in eodem luto haesitas: [22] vorsuram
solves, 15

Geta

18. Intelligit jurgium Demiphonis cum Phormione, ob nuptias Antiphonis & Phanii. *Vesterhov.*

19. NE IN PRAESENTIA HAEC HINC ABEAT.] H. e. Ne Phanium oppido ejiciatur, & domo Demiphonis. *Vesterhov.* Videtur Vesterhovius scripsisse, *e domo Demiphonis*, & per *oppido* intelligere ilico, statim. Ubi autem hoc provisum est a Geta? Extra scenam scilicet, suggerendo Phormioni causas differendarum nuptiarum, quas Antiphoni supra ostendit, Act. IV. 4. 20. & seqq.

20. Sub. *restat.* QUID FIET? Sc. *rebus meis.* Minell.

21. A viatoribus & viis lutulentis translata metaphora. q. d. *In eadem difficultate implicitus teneris.* Vesterhov. Respondet sibi quasi ex persona alterius: quod facetum, & valde aptum est secum deliberanti.

22. VORSURAM SOLVES.] Creditorem mutas. — *Vorsuram facere* dicitur, qui aes alienum ex aere alieno solvit. Dicitur etiam *Vorsuram facere*, cum minore foenore acceptam quis pecuniam majore occupat. *Donatus.* MSf. varie. VORSURAM & VORSURA. Hoc ad sensum aptius videtur hominibus etiam eruditis. Est autem VORSURA SOLVERE, debitori [sine dubio, *debitum*, vel, *creditori* voluit scribere.] dissolvere pecuniâ aliunde foenori accepta, ita ut creditor quidem mutetur, sed debitum maneat. Cic. Att. V. 15. *Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.* Hinc translate dicitur de eo, qui cum expedire se conatur, in eodem tamen haeret luto. Sed *versuram facere* est pecuniam foenori accipere, mutuum accipere sub usuris. Cic. Att. V. 21. *Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant.* Nepos Att. 2. *Quum enim*

Geta. [23] praesens quod fuerat malum, [24] in diem abiit: [25] plagae crescunt:
Nisi prospicis [26]. nunc hinc domum ibo; ac Phanium edocebo,

Ne

enim versuram facere *publice necesse esset, neque ejus conditionem aequam haberent, semper se interposuit.* Et cap. 9. *Quin etiam, quum illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem* versuram facere *potuisset, ille se interposuit.* Vesterhov. Sentit cum Vesterhovio Mer. Casaubonus, laudans Gifanium; qui, hanc phraseos significationem ex pluribus locis Ciceronis apertè docuerit. ea loca ignoro. Sed quae Vesterhovius attulit, commode admittunt interpretationem Donati; hunc adeo tantisper sequar, dum meliora docebor. Quod ultimum scripsit Donatus, *majore occupat*, id sonat, *dat foenori*; non autem *sumit*, ut Minellius & Paraphrastes Delphini videntur intellexisse.

23. PRAESENS — MALUM, IN DIEM ABIIT.] Ὑποφορά. *Donatus.* Nempe hoc ipse sibi objicit, ut refutet illud prius, *In eodem luto haesitas.* Q. d. Imo non haesitas, *nam malum praesens dilatum est.* Per MALUM autem PRAESENS intelligit poenam quae ipsi ab reduce Demiphone imminebat, ob male gestam magistri provinciam. potest etiam intelligere dissolutionem nuptiarum Antiphonis: Minime autem intelligit metum Phaedriae ne eriperetur sibi fidicina (quod Vesterhovius putat); is enim non tam *dilatus*, quam sublatus erat, invento argento.

24. IN DIEM ABIIT.] Dilatum est. Eun. V. 7. 19. *Vesterhov.*

25. PLAGAE CRESCUNT.] Ἀνθυποφορά. *Donatus.* Poenae graviores fient. *Minell.* Nempe quia interea nova scelera committuntur. Hoc sibi respondet ad objectionem praecedentem. q. d. *Concedo, abiit in diem: at eo ipso crescunt plagae.*

26. Puto extrinsecus subaudiendum, *Periisti.* aut ali-

Ne quid vereatur Phormionem, aut [27] ejus orationem.

aliquid tale. Ut id putem inducor coli distinctione, quam Vesterhovius post τὸ CRESCUNT posuit, ubi alii nulli, vel minima saltem distinctione utuntur.

27. Videtur τὸ EJUS referendum ad Nausistratam. *Vesterhov.* Quae Phanio debuit persuadere nuptias cum Phormione. EJUS de Phormione capit Boeclerus; & per ORATIONEM intelligit pactum hujus de ducenda Phanio, si dos sibi numeraretur. Qui sensus non ita placet.

ACTUS QUINTI

SCENA TERTIA. *

DEMIPHO. NAUSISTRATA. CHREMES.

De. [1] AGEDUM, ut soles, Nausistrata, fac illa [2] ut placetur nobis

Ut

* Guyetus Scenam hanc integram expungit; sed & Scenas sequentes quatuor, quas is *quintam*, *septimam*, *octavam* & *nonam* vocat; sed quae nobis sunt quinta, sextae versus posteriores undecim, septima & octava. Finit autem Fabulam cum versu 43. Scenae VI. delens τὸ GAUDEO, & substituens *Plaudite*. Haec vero vis est & inclementia mera. Ne de reliquis dicam, tolle Scenam ultimam facetam illam & oppido elegantem, & cum Phormione omnes Gratias exstinxeris. Merito igitur refutarunt nimis morosum Criticum Tanaq. Faber, Daciera filia, & Boeclerus. *Vesterhov.*

1. *Divitis uxoris de marito licentius conquerentis haec allocutio est, cum dispositione*

Ut [3] sua voluntate, id quod est faciundum, faciat.
Na. Faciam.
De. Pariter nunc [4] opera me [5] adjuves, ac [6] re dudum opitulata es.
Na. [7] Factum volo: at pol minus queo [8] viri culpa, quam [9] me dignum 'st.

De.

futurarum turbarum. Donatus. UT SOLES.] His verbis benevolentiam captat. Sic infra V. 8. 31. *Vest.*

2. Hoc est quod prius dixerat frater, *Ne succenseat:* imo aliquanto majus; nam ponit pro certo, quod sibi & fratri irata sit.

3. Respicit dictum supra IV. 5. 13. Sic Adelph. III. 4. 44. Idem *cum grazia* dixit And. II. 5. 11. *Vesterh.*

4. Melius est *Operam* hic accipere sensu suo primo & proprio, de actione seu labore, quam cum Minellio de diligentia, studio, ita enim rara illa distinctio, inter, *re*, & *operâ*, *juvare*, minus perspicitur.

5. ADJUVES.] Variant Mss. & edd. vett. nam in aliis est ADJUVAS, in aliis ADJUVA. *Vesterhov.* ADJUVES, adjuvare poteris.

6. AC RE DUDUM OPITULATA ES.] Supra enim dixerat Chremes, *Id sumam: uxori, tibi opus esse, dixero.* Donatus. Respicit argentum, quod, fiduciâ benignitatis Nausistratae, mutuum esse datum fingebatur Demiphoni. DUDUM, Modò, paulo ante.

7. FACTUM VOLO.] Formula significantis animi promtitudinem. Plaut. Bacchid. III. 3. 91.
Serva tibi sodalem, & mihi filium. Mn. Factum volo. *Vesterbov.*
Non muto factum, Facti me non poenitet. Contrarium est, *nollem factum.* Minell.

8. Sc. *Te & alios amicos re mea adjuvare.* * Q. d. Utinam potuissem plus tibi dare, quod factum esset, si ex praediis meis is fructus rediisset, qui redire debebat. *Minell.*

9. ME DIGNUM 'ST.] Me decet. *Minell.* Sic Heaut. I. 1. 55. & 56.

De. Quid autem? *Na.* Quia pol [10] mei patris bene parta indiligenter 5
Tutatur. nam ex his praediis talenta argenti bina
[11] Statim capiebat. hem, vir viro quid praeſtat! *De.* Binan'? quaeſo!
Na. Ac [12] rebus vilioribus multo, tamen talenta bina. *De.* Hui!
Na. Quid haec videntur? *De.* [13] Scilicet! *Na.* [14] Virum me natam vellem:
[15] Ego oſtenderem. *De.* [16] Certo ſcio. *Na.* Quo pacto [17]. *De.* [18] Parce ſodes; 10

 [19] Ut

10. Bona ſive facultates patris mei juſte ac honeſtis artibus acquiſitas. *Minell.* INDILIGENTER TUTATUR.] Proprie. diligentia enim requiritur in patrefamilias. Cic. Verr. IV. 18. *Diodorus, homo frugi ac* diligens, *qui ſua ſervare vellet.* Veſterhov. TUTATUR, procurat & conſervat.

11. STATIM.] Perpetuò, aequaliter, & quaſi uno ſtatu. Plautus [Amph. I. 1. 120.]

Ita ſtatim ſtant ſigna.

Et habet primam longam, quando autem ſignificat aliud, primam brevem habet. *Donatus.* H. e. Ita ſingulis annis, ut numquam minus. Id igitur vult Nauſiſtrata, patrem ex praediis ſuis, rebus quamlibet vilibus, eundem ſemper fructum percepiſſe. *Veſterhov.*

12. REBUS VILIORIBUS MULTO.] H. e. Quum minus multo cara esſet annona, minorque adeo reditus exſpectaretur. *Veſterhov.*

13. SCILICET.] Obſcure & negligenter annuentis, ut qui Nauſiſtratae ſermone non delectaretur. *Mer. Caſaubon.*

14. VIRUM ME NATAM VELLEM.] Phaed. III. 9. 11.

Vir natus, *quod rem feminarum tetigerit,*

Ubi vide Scheſſerum. *Veſterhov.* NATUM attulit Faërnus ex Lib. Bembino: quod nec illi diſplicet. Utroque modo rectè dicitur.

15.

[19] Ut possis cum illa: ne te adolescens mulier [20] defetiget.

Nă. Faciam, ut jubes. sed meum virum abs te exire video. *Ch.* [21] Hem! Demipho,

Jam illi datum est argentum? *De.* Curavi ilico.

Ch. Nollem datum.

[22] Hei! video uxorem: pene plus, quam sat erat [23].

De. Cur nolles [24], Chreme?

Ch.

15. EGO OSTENDEREM.] Haec cum stomacho [& vultuose] pronuntiantur. unde & interpellatur a Demiphone. Similis ejusdem verbi usus est And. V. 2. 26. *Vesterhov.*

16. I. e. Minime dubito. & hoc placide interponit, ut Nausistratae sermonem (quae jam vocem altius tollere, & iram suscitare incipiebat) interciperet ac sisteret. Quo etiam spectant sequentia; PARCE SODES, &c. i. e. Parce tibi, ut par esse possis illi juniori, si forte opus, &c. *Mer. Casaubon.*

17. Sub. *Bene parta essent tuenda & augenda.* Vesterhov.

18. Haec verba Demiphoni esse tribuenda, non autem Chremeti, quod nuperos quosdam editores fecisse, haud sine causa miratur Vesterhovius, liquet ex responso Nausistratae versu 12. Sed & confirmatur a Vesterhovio auctoritate permultorum Mss. & Edd. veterum. * PARCE, Sub. *verbis.* i. e. cessa plura loqui in maritum. *Minell.* Consule viribus tuis. *Paraphrastes Delph.*

19. Sub. Contendere verbis; neve succumbas, si forte Phanium nolit tua voluntate exire matrimonio. quae omnia per εὐφημισμὸν reticentur. *Vesterhov.*

20. Bona Mss. & edd. post an. 1469. pars, DEFETIGET. pauci, ADFATIGET. *Vesterhov.*

21. Laetantis est modo, ob insperatum Antiphonis cum filia conjugium.

22. HEI! VIDEO UXOREM.] Haec vel secum, vel ad spectatores conversus dicit. *Vesterhov* HEI, dolentis est, ob importunam uxoris praesentiam.

Ch. [25] Jam recte. *De.* Quid tu? ecquid locutus cum [26] ista es, quamobrem hanc ducimus? 15

Ch. [27] Transegi. *De.* Quid ait [28] tandem? *Ch.* [29] Abduci non potest. *De.* Qui, non potest?

Ch. Quia [30] uterque utrique est cordi. *De.* Quid istuc nostra? *Ch.* Magni. praeter haec,

 Co-

23. *Dictum* sc. vel, *locutus sum.* Intempestiva enim argenti mentio, coram uxore, quam non viderat, *Mer. Cyprian.*

24. Sc. *Datum argentum Phormioni.*

25. Sc. *Omnia se habent.* Minell. nempe de nostris liberis. Sed & potest sic intelligi, quasi fingat se approbare, argentum esse datum, ut ejus ulteriorem mentionem coram uxore supprimat. * Ita dicit, propter uxorem praesentem loqui non audens amplius. Sic infra versu 29. Vide ad Heaut. III. 2. 7. *Vesterhov.* Adde Hec. III. 2. 20.

26. ISTA, Phanio. HANC, Nausistratam. DUCIMUS, huc adducimus. Ita melius est accipere cum Minellio; quam cum Boeclero, Vesterhovio, & aliis, per HANC intelligere Phanium, & DUCIMUS exponere, abducimus ex aedibus.

27. TRANSEGI.] And. I. 5. 13. Videtur ironice dictum a Chremete: quia si transegisset, jam abductam oportebat Phanium ab Aeschino (corr. *Antiphone.*) Vesterhov. Si quae hic est ironia, consistit in eo, quod quam rem transegerat casus fortuitus, eam se Chremes, dissimulate loquens, transegisse dicit.

28. AIT, Phanium sc. TANDEM, ergo. & additum est per indignationem.

29. ABDUCI.] Sc. marito. cum emphasi ponitur. *Boeclerus.* In aliis est ADDUCI. Quomodo scripsisse Terentium probabile erat, si Antipho cordi tantum fuisset Phanio. Nunc quia uterque utrique cordi erat, Phanium ABDUCI non potuit. sub. marito, vel, ex aedibus. *Vesterhov.*

Cognatam comperi esse nobis. *De.* Quid! [31] deliras? *Ch.* [32] Sic erit.

Non temere dico. [33] redi mecum in memoriam. *De.* Satin' sanus es?

Na. [34] Au! cave, ne in cognatam pecces. *De.* Non est. *Ch.* Ne nega. 20

Patris nomen [35] aliud dictum est: hoc tu errasti. *De.* Non norat patrem?

Ch. Norat. *De.* Cur aliud dixit? *Ch.* [36] Numquamne hodie [37] concedes mihi,

Neque

30. UTERQUE UTRIQUE EST CORDI.] And. II. 1. 28. Phrasis multum amata Livio. Dixit autem UTERQUE UTRIQUE [pro, *alter alteri.*] uti Heaut. II. 4. 14. *Vesterhov.* Amant inter se ex animo.

31. DELIRAS.] Vide ad And. IV. 4. 13. *Vesterhov.*

32. Verum esse reperietur. *Paraphrast. Delph.* TEMERE, sine ratione, vanum, falsum.

33. REDI MECUM IN MEMORIAM.] Vult meminisse fratrem, quid narraverit ei de altera uxore Lemnia, atque inde nata filia. Demipho autem & tardus & importunus est. *Vesterhov.* Prima specie hic sensus est; *fac, sine, me tibi in memoriam revocare hanc cognationem.* at subest alter sensus, de quo Vesterhovius.

34. Interjectio consternatae mulieris. * OBSECRO, CAVE, NE IN COGNATAM PECCES.] Expellendo illam e matrimonio. In Codd. quibusdam est OBSECRO, VIDE. Pareus e Mſ. Pal. laudat, DEMIPHO, VIDE. quod mirum est mire placere Guyeto in scholiis Mſſ. integram Scenam expungenti. *Vesterhov.* IN COGNAT. PECCES, injuriam facias cognatae.

35. NOMEN ALIUD DICTUM EST.] Hoc dicit verè, nomen enim suum mutaverat: aliorsum tamen a Demiphone accipitur. * ALIUD DICTUM EST.] In judicio à Phormione; sed & à Phanio ejusque matre mortua. intelligit nomen Stilphonis. *Vesterhov.*

Neque intelliges? *De.* [38] Si tu nihil narras. *Ch.*
[39] Pergis? *Na* [40] Miror, quid hoc fiet.
De. Equidem hercle nescio. *Ch.* Vin' scire? [41] at
ita me servet Juppiter!
Ut [42] propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo 'st.
De. Dì vostram fidem! 25
Eamus ad ipsam [43]: una omnes nos [44] aut scire, aut
nescire hoc volo. *Ch.* [45] Ha!

Zz 4 *De.*

36. Ad hoc nihil habet respondere; confugit ergo ad querelam & increpationem super obstinatione ac tarditate fratris.

37. CONCEDES.] H. e. *Credes*, *consenties*, interprete Nonio Marcello. v. *Concedere.* Idem INTELLIGES legit, non INTELLIGIS, quod laudat Georg. Fabricius. *Vesterhov.*

38. Sensus est: *Quid intelligam, si tu nihil narras.* Vesterhov. NIHIL mitius dixit, quam *nugas*, v. *falsum.*

39. Sub. *Mihi adversari*, v. *molestus esse.* * Codd. quidam, PERDIS. Sub. me, praesente uxore haec dicens. *Vesterhov.* Enecas, obtundis me. *Minell.*

40. I. e. Nescio. Quo sensu saepius apud Terentium.

41. AT ex abundanti posuit, ornatûs causa.

42. PROPIOR ILLI.] Sub. Genere & consanguinitate. quo sensu *Proximus & genere proximus* frequens est Terentio, *Vesterhov.*

43. Hoc *colon* post τὸ NOS collocarunt Delphini Paraphrastes & Minellius, legentes continuò, EAMUS AD IPSAM UNA OMNES NOS: quod & mihi melius videtur.

44. AUT SCIRE, AUT NESCIRE HOC VOLO.] Atqui vel *scimus* vel *nescimus* rem; nisi quod suspicio quasi media est. *Vesterhov.* Qui dubii sunt, nec sciunt rem nec nesciunt. ait se pro certo comperire velle, an cognata iis sit, necne.

45. Est ingemiscentis modò, non ridentis. In Codd. quibusdam est AH; notante Vesterhovio.

De. Quid est? *Ch.* [46] Itane parvam mihi fidem esse apud te? *De.* [47] Vin' me hoc credere?
Vin' [48] satis quaesitum mihi istuc esse? age, fiat. quid? [49] illa filia
Amici nostri, [50] quid futurum 'st? *Ch.* [51] Recte. *De.* [52] Hanc igitur mittimus?
Ch. Quidni? *De* [53] Illa maneat? *Ch.* Sic. *De.* [54] Ire igitur tibi licet, Nausistrata. 30
Na.

46. Queritur, & increpat fratrem, quod sibi nolit credere, cujus fidem & veracitatem plane cognoscat. Emphasis est in MIHI, & TE. Modus infinitivus eleganter inservit talibus conquestionibus & expostulationibus.

47. His ostendit, nondum sibi de rei verit te persuasum esse, sed credit rum tamen esse, ne fratri molestus sit.

48. Nihil [me] ultra de hac re quaerere. *Mer. Casaubon.* Ut omnem ulteriorem hujus rei examinationem omittam.

49. ILLA FILIA AMICI NOSTRI.] Id est, tua. *Donatus.* Ita loquitur, ne sentiat uxor, susceptam a Chremete ex alia uxore. Nondum autem norat Demipho Phanium Chremetis esse filiam. *Vesterhov.*

50. QUID FUTURUM EST?] Plaut. Epid. I. 2. 48. plenius
Quid de illa fiet *fidicina igitur?* Vide Heaut. III. 1. 53. *Vesterhov.*

51. RECTE.] Vide supra versu 15. *Vesterhov.* Sub. *illa fiet*, vel, *de illa res se habet.*

52. Filiamne amici nostri, quam collocare nuptum Antiphoni destinaveramus, mittimus, negligimusque? Supra IV. 3. 70. Plaut. Poen. Prol. 100.
Neque duxit umquam, neque ille voluit mittere.
Sunt, qui de Nausistrata accipiunt q. d. Hanc igitur domum remittimus, quum causa nulla sit, quare ad Phanium ire pergat? Sed prius magis placet. *Vesterhov.*

53. Phanium, quae abduci ab Antiphone non potest. *Minell.*

Na. Sic pol [55] commodius esse in omnes arbitror quam * ut coeperas,
Manere hanc. nam [56] perliberalis visa 'st, quum vidi, mihi.
De. [57] Quid istuc negoti 'st? *Ch.* [58] Jamne operuit ostium? *De.* Jam. *Ch.* [59] O Juppiter!

54. Id vult, Domum redire licere Nausistratae, quod ejus opera opus non sit ad persuadendum Phanio, ut abeat ab Antiphone, & nubat Phormioni. simul amotam vult Nausistratam, ne quid de amoribus furtivis fratris cognoscat. *Vesterhov.*

55. COMMODIUS ESSE IN OMNES.] Et circa illum qui duxit, & circa illam quae ducta est, & circa te socerum. *Donatus.* IN OMNES, Omnibus. *Paraphrast. Delph.* Et erit dictum, ut, *In vulgus*, pro, vulgo.

* UT COEPERAS.] Institueras ejicere. *Vesterhov.* MANERE HANC, Phanium sc. in matrimonio Antiphonis.

56. PERLIBERALIS VISA 'ST.] Sic Hec. V. 4. 24. *Vesterhov.* Ordo est, *Perliberalis visa est mihi.* Donatus. PERLIBERALIS, valde honesta. *Minell.*

57. Quid ista res sibi vult? *Paraphrastes Delph.* Nondum resciverat Demipho, Chremetis filiam ex uxore Lemnia esse Phanium; neque adeo exputare potest, quare frater tantopere eam manere velit in matrimonio. *Vesterhov.*

58. Meticulosus Chremes, Nausistrata uxore intro eunte respiciens haec rogat Demiphonem. Edit. 1469. APERUIT. *Vesterh.* Ea lectio magis quidem exprimit timorem Chremetis; at ob sequentia non potest admitti. OPERUIT OSTIUM, i. e. clausit. Rara locutio, cujus contrarium, *Aperire*, vulgatum est.

59. O JUPPITER!] Haec, uxore jam remota, clarius exclamat Chremes. *Vesterhov.* Et est modò exsultantis.

[60] Di nos respiciunt! gnatam inveni [61] nuptam cum
tuo filio. *De.* [62] Hem!
Quo pacto id [63] potuit? *Ch.* [64] Non satis tutus
est ad narrandum hic locus. 35
De. * At tu abi intro. *Ch.* [65] Heus! ne filii quidem
nostri hoc rescifcant, volo.

60. DI NOS RESPICIUNT.] Formula eorum, quibus subito ad salutem convertitur malum. And. IV. 1. 18. Eodem sensu Plautus Capt. IV. 2. 79.
Di te omnes adjuvant.
Bacchid. IV. 3. 24.
Deus respiciet nos aliquis.
Vesterhov.

61. NUPTAM CUM TUO FILIO.] Supra II. 1. 74. *Vesterhov.*

62. HEM!] Interjectio intelligentis quod diu quaesiverat. *Minell.*

63. Pro, fieri potuit.

64. NON SATIS TUTUS &c.] Veretur ne uxor ex propinquo auscultet, aut superveniat. Et praeterea *compendio consulitur, ne eandem rem denuo narrare sit necesse.* ut bene advertit Minellius. Mss. & Edd. quidam post an. 1469. omittunt HIC, notante Vesterhovio.

* AT modò, pro, *igitur.* INTRO, in aedes meas.

65. HEUS, Adverbium vocantis, & adhortantis ad attentionem. *Minell.*

AC-

ACTUS QUINTI
SCENA QUARTA.
ANTIPHO.

LAETUS sum, [1] ut meae res sese habent, [2] fratri obtigisse, quod volt.
Quam [3] scitum 'st, ejusmodi [4] parare in animo cupiditates;
[5] Quas, [6] quum res advorsae sient, paullo mederi possis!

Hic

1. UT MEAE RES &c.] Tò UT defendit Graevius ad Cic. Fam. XVI. 18. Atque ita est in Mss. Graev. Witt. laudatque Faërnus ex Cod. Bemb. Seneca, Epist. XIX. Ut se res habet, *ab Epicuro versura facienda est.* UTUT autem vincit numero librorum. Sic Heaut. I. 2. 26. *Vesterhov.* UT, utcunque, quoquo modo.

2. FRATRI.] Intelligit Phaedriam patruelem. Plaut. Poen. V. 109.
Pater tuus is erat frater patruelis *meus.*
Suet. Caes. 29. *C. Marcello, qui* fratri patrueli *successerat.* Estque phrasis sacra- nam teste Isidoro, Orig. IX. 6. *Quatuor modis* Fratres *dicuntur in divinis scripturis, natura, gente, cognatione, affectu.* Vesterhov.

3. SCITUM 'ST.] Sic Heaut. I. 2. 36. *Vesterhov.* Elegans, pulchrum, i. e. quantae prudentiae & felicitatis. *Minell*

4. PARARE ANIMO.] Venuste additum est, ANIMO. *Ennius* in sexto;
Sed quid ego hic animo lamentor? Donatus.
PARARE, concipere. *Paraphrastes Delph.*

5. QUAS.] Ἑλληνισμός. Mss. Witt. & Boend. QUIBUS. Ita & edit. 1469. *Vesterhov.*

6. QUUM RES ADVERSAE SIENT.] Quum desideratae fuerint, id est, quum harum penuria fuerit.

Do-

Hic [7] simul argentum repperit, cura sese expedivit.
Ego nullo possum [8] remedio me [9] evolvere ex his
[10] turbis, 5
[11] Quin,

Donatus. QUAS, QUUM RES —, PAULLO MEDERI POSSIS.] Quibus, si aliquid adversi interveniat, facile remedium afferre possis. *Paraphrastes Delph.* I. e. quarum obstacula, si qua intervenerint, facili negotio possint removeri. non enim, puto, loquitur de amoliendis cupiditatibus, sed explendis: quod vel ex sequenti versu patet. Qui cupit, & cupito potiri non potest, aeger est, sanatur autem, cum amotis impedimentis, ejus potiundi facultatem nanciscitur. Mirum autem est, ad obscuri hujus versus illustrationem nihil attulisse Vesterhovium, praeter illud Horatii Ep. I. 10. 30.

Quem res plus nimio delectavere secundae,
Mutatae quatient.

Quod hinc, meo saltem sensu, alienum est. Nisi forsan, *Mederi cupiditati* accepit, pro, amovere; ut & Minellius facere videtur. Sed hoc contra circumstantias est, & mentem Antiphonis.

7. SIMUL, simul ac. *Minell.* REPPERIT, nactus est. CURA, sollicitudine de amica amittenda. SESE EXPEDIVIT, pro, expeditus & liberatus est. Proprie enim dicendo, Geta, qui paravit argentum, eum expedivit. Hic versus illustrat superiorem; nunc enim dixit *Cura se expedire*, quod ibi *Mederi cupiditates*. * CURA SESE EXPEDIVIT. Plaut. Capt. II. 3. 94.
Expedivi *ex servitute filium.*
Horat. Carm. I. 22. 10.
ultra
Terminum curis *vagor* expeditus.
Seneca Oedip. 13.
Curis solutus. *Vesterhov.*

8. REMEDIO, consilio, ratione. *Minell.* Alludit ad id, quod praedixerat, *Mederi.*

9. EVOLVERE.] Ita legendum, non EXSOLVERE, quod est in quibusd. Codd. evincit locus Eun. IV. 4. 56. Est autem metaphora a fili glomere translata. *Vesterhov.* Eandem metaphoram prior finxerat Faernus;

[11] Quin, si hoc celetur, [12] in metu: sin [13] patefit,
[14] in probro siem.
Neque me domum nunc reciperem, [15] ni mihi esset
spes ostensa

Hu-

nus; & esto sane relicta auctoribus suis. Respondet autem EVOLVERE ad *Expedivit* l. c. supra.

10. TURBIS, anxietatibus animi, perturbationibus. *Paraphr. l. c. Dacier.* & *Menell.* Benè sanè sic intelligitur, ut respiciatur *Cura* prius. potest tamen exponi molestiis, incommodis, Zerrtref.

11. QUIN, ut non. HOC, factum nuptiarum, sc. quod sua voluntate, non legibus coactus Phanium duxerit. *Minell.* Ita melius est intelligere, quam de argento Phormioni dato, ad emendam citharistriam; quod Vesterhovius facit. CELETUR PATRI, habet Boend. Rursusque Antipho lupum auribus tenet, ut supra III. 2. 21. notante eodem.

12. Semper enim metuendum erat, ne patefieret [quò pactò Phanium duxisset.] *Boeclerus.*

13. Ms. Graev. PATEFACIT. *Vesterhov.* Quod potest de Phormione intelligi.

14. IN PROBRO SIEM.] Apud patrem scilicet. *Donatus.* Sic Heaut. II. 3. 18. *Propter quam in summa infamia sum.* *Vesterhov*

15. NI MIHI ESSET SPES OSTENSA, HUJUSCE HABENDAE.] Spem hanc ostenderat Geta, Supra IV. 4. scilicet, quia Phormio, si vel maxime accepisset argentum, non erat ducturus Phanium, quod promiserat senibus. Dixit autem HABENDAE, pro, *Porro habendae* [Possidendae, retinendae.] And. V. 3. 18. Adelph. IV. 4. 12. Dicitur autem *Spes ostendi* [i e. offerri, objici, proponi] Cic. Verr. I. 51. *Iste Rabonium quiescere jubet, & simul ei nonnullam* spem *societatis* ostendit. Sed & *Ostentari spes* dicitur. Cic. pro A. Cluent. 7. *Mulier, amissis liberis, cum unius filii recuperandi* spes *esset* ostentata. *Vesterhov.* OSTENSA.] Complures Libri, OSTENTATA. Bemb. Victor.

Hujusſce habendae. ſed ubinam Getam invenire [16] poſſum,
Ut rogem, [17] quod tempus conveniundi patris me [18] capere jubeat?

Victor. & Baſilic. OSTENTA habent: Ut in Eunucho, *An ego occaſionem mihi* oſtentam. *Faërnus.* Non repugnant haec cum ſuperioribus, nam inter duo illa ancipitia, *Metum*, & *Probrum*, ſpes media oſtenſa erat habendae uxoris; per novas Phormionis technas. obſervante Boeclero.

16. Mſſ. plerique, & & quidam Impreſſ. vett. POSSIM. *Veſterhov.*

17. QUOD TEMPUS CONVENIUNDI PATRIS.] Permagni intereſſe credebant ut opportune quaeque agerentur. Heaut. II. 3. 123. Cic. Fam. XI. 16. *Ut* tempus obſervaret *epiſtolae ſibi reddendae.* Veſterhov.

18. CAPERE.] Idem λαβεῖν καιρὸν dixerunt Graeci. *Veſterhov.*

ACTUS QUINTI

SCENA QUINTA.

PHORMIO. ANTIPHO.

Ph. [1] ARGENTUM accepi: tradidi lenoni: abduxi [2] mulierem:
Curavi, propria ea Phaedria ut [4] potiretur: [5] nam emiſſa eſt manu.
Nunc

1. Nimirum a Demiphone. *Veſterhov.*

2. Pamphilam, nempe, ab lenone. ABDUXI edidit Veſterhovius, ex 7. Mſſ. & 6. Impreſſis Vett. Obſervat autem in aliis quibusdam eſſe, ADDUXI.

3. Perfeci. *Minell.* PROPRIA.] *Virgilius*, [Aen. I. 77.]

Con-

Nunc una mihi res etiam restat, quae est conficiunda, [6] otium
Ab senibus ad potandum ut habeam: nam aliquot [7] hos [8] sumam dies.

An.

Connubio jungam stabili, propriam*que dicabo*. Donat. PROPRIA, priva. Sic And. V. 5. 4. *Vesterhov.* Non usuraria, ut Plautus loquitur, aut temporaria; sed stabili, perpetua. *Mer. Casaubon.*

4. Liber Bemb. POTERETUR; apposite ad rationem versus: ut & Catullus,

Liber ut innuptae poteretur *flore novercae.*

Faërnus. Quando erit in Conjugatione tertia: promiscue enim usi Poëtae. Ovid. Metam. IX. 313.

potitur*que puerpera voto.* Vesterhov.

5. EMISSA EST MANU.] Hic EMISSA MANU ἐξηγητικῶς videtur dici, quae ab lenone impurissimo emta, adeoque emancipata sit. *Boeclerus.* EMISSA EST MANU.] Ut jam alienari non possit amplius, tota sui juris. *Mer. Casaubon.* Proprie de servis & ancillis liberalitate donatis, atque è potestate herili dimissis. Plaut. Capt. II. 3. 48.

Numquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu.

Cic. Fam. XIII. 77. *Cum se a me manumissum esse diceret, crediderunt.* H. l. autem rationem reddit Phormio, quare Phaedria possit propria potiri citharistria [vid. not. Boecleri.] *Vesterhov.*

6. Ait id sibi curandum esse, ut ne a Demiphone & Chremete, urgentibus nuptias cum Phanio, aut dotem repetentibus, interea turbetur, dum, post tantas res gestas, genio suo indulgeat. Et notanda est phrasis, *Habere otium ab aliquo, ad aliquid faciendum.*

7. HOS, pro, *nunc*, *in praesentia.* per scitam Antimeriam.

8. SUMAM DIES.] Impendam, consumam, traducam, sc. ad potandum s. ad hilaritatem. *Minell.* Plaut. Pseud. V. 1. 23.

hanc

An. Sed Phormio [9] 'st. quid ais? *Ph.* Quid [10]?
An. Quidnam nunc facturus, Phaedria? 5
Quo pacto [11] satietatem amoris ait se velle sumere?
Ph. [12] Vicissim partes tuas acturus est. *An.* Quas?
Ph. Ut fugitet patrem.
[13] Te suam rogavit rursum ut ageres: causam ut pro se diceres.

Nam

hanc diem sumsimus *pro-thyme.*
Vide Adelph. II. 4. 23. *Vesterhov.*

9. 'ST.] Mss. & edd. quidam, ADEST. *Vesterhov.* AIS, nuntias, affers.

10. QUID? Sub. *rogas.*

11. SATIETATEM AMORIS — SUMERE.] Amori suo satisfacere. *Paraphrast. Delph.* Plaut. Amph. I. 2. 10.
Adeo usque satietatem *dum* capiet *pater*
Illius quam amat.
Mss. Bodl. Graev. Lips. & editi quid. post 1469. ABSUMERE. quod Emphaticum magis est. *Vesterhov.*

12. Per vices tuum officium est representaturus, te imitaturus, id faciet etiam, quod tu paulo ante faciebas. Translatio ab actoribus scenicis. *Minell.* Mox ipse Phormio explicat, quid per has *Partes* velit intelligi. Neque dicit, (licet ita sentiant Donatus & Vesterhovius) quod Phaedria sit defensurus Antiphonem, uti defensus ab Antiphone fuerit. Non tamen nego, Antiphonem hoc sensu capere posse verba parasiti.

13. TE SUAM ROGAVIT RURSUM UT AGERES.] *Partem* iterum subaudiamus. Et est ζευγμα a superiore. *Donatus.* SUAM.] Haec plurimorum Codd. lectio est. Faërnus tamen ex Libro Bemb. laudat SUAS. Et possit videri [Imo certum est] τὸ SUAS referendum ad PARTES. Neque fieri propemodum potest, ut aliter legerit Donatus, quamquam nunc vulgo editur *Partem.* quod nec praecessit, nec Latinum satis videtur. *Vesterhov.* Tamen standum puto auctoritate Donati, & ejus explicationem approbo. Ad magnam

Nam poraturus est apud me. ego [14] me ire senibus Sunium
Dicam [15] ad mercatum, ancillulam emtum, [16] quam dudum dixit Geta: 10
Ne, quum hic non videant me, [17] conficere credant argentum suum.
Sed [18] ostium concrepuit abs te. *An.* Vide, quis egrediatur. *Ph.* Geta 'st.

nam paupertatem redigere tur lingua Latina, si nihil haberetur in ea pro genuino, nisi quod inveniretur in paucis, qui nunc supersunt, scriptoribus. Quin PARS, pro, *privo officio*, seu *penso*, nihil videtur habere in se, quod contrarium sit genio Latini sermonis. Quid si Terentius ex industria hic variavit, & voluit ostendere, PARTEM etiam hoc sensu recte dici? Denique si nihil horum placet, melius est *Rem*, v. *provinciam* subaudire, quam, contra tantas auctoritates, in Contextu aliquid mutare.

14. Ordo; *Ego dicam senibus me Sunium ire.* * SUNIUM, Vide ad Eun. I. 2. 35. *Vesterhov.*

15. Ad nundinas publicas. Vide Donatum, ad Adelph. II. 2. 23. Mirè convenit Nostrum antiqu. Mar-kadr. Dan. Marked. German. Marckt. Non bene exposuit Minellius, *Faciendae mercaturae gratia.*. Hoc autem iter finget Phormio, ad differendas cum Phanio nuptias, & otium sibi ab senibus conciliandum: mox quoque ipse aliam causam ostendit.

16. QUAM DUDUM DIXIT GETA.] Vide supra IV. 3. 60. *Vesterhov.*

17. CONFICERE.] Citat Nonius Marcellus, explicans, *Consumere*, dilapidare, abligurire. Lucil. Lib. XXX.

Conficit *ipse*, *comestque*.
Alia significatione usus Davus Supra I. 1. 4. Plaut. Capt. III. 5. 15.
Confecisti *omnes res ac rationes meas.* Vesterhov.

18. OSTIUM CONCREPUIT ABS TE.] I. e. Ostium domus tuae. Sic *Fulgor ab auro*, pro, *auri ful-*

ACTUS QUINTI
SCENA SEXTA.
GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

Ge. O FORTUNA! [1] ô Fors fortuna! quantis [2] commoditatibus,

Quam

fulgor, Lucret. [II. 50.] *Paraphrast. Delph.* Sic And. IV. 1. 59. *Vesterhov.* CONCREPUIT, pulsatum est: nam hoc erat signum apertionis ostii, datum ei, qui foris adstabat, ut recederet ab janua, ne hâc extrorsum apertâ, seu, ut Plinius loquitur, *in publicum rejecta*, incautus laederetur. Vide & Lindenbrog. ad locum Andriae citatum.

1. FORTUNA dicta est incerta res: FORS FORTUNA, eventus fortunae bonus. FORS FORTUNA!] Aliud FORTUNA est, aliud FORS FORTUNA. nam FORS FORTUNA est, cujus diem festum colunt, qui sine [MSS. & edd. ante Rob. Stephan. omittunt *Sine*. Vesterhov.] arte aliqua vivunt, hujus aedes trans Tiberim est. *Donatus*. FORTUNA, Dea est incerti eventus, quae culta posset prodesse & obesse. FORS FORTUNA, Dea prosperi eventus, id est felicissima Fortuna, quae tantum prodesse poterat: illa [Fortuna] *dubia* dicta est; haec etiam *Fors* absolute nonnumquam legitur: & colebatur ab infimae sortis hominibus, operariis, rusticis, servis, & omnibus qui sine arte aliqua viverent. *Minell.* Videntur *Fortem Fortunam* dixisse magnam Fortunae & incerti casus vim. Unde vero Brissonius in Addendis & Emendandis ad Formularum opus: „Genitivum *Fortis* Varro Lib. „V. de Lingua Lat. & Columella Lib. X. Accusativum vero idem Varro Lib. „III. de L. L. Ovid. Lib. „VI. Fastorum ediderunt. „In eoque Linguae Latinae „ignorantia lapsi Graeci auctores Dionys. Halicarn. „& Plutarch. videntur, qui „à *fortitudine* hanc appella- „tio-

Quam [3] subito, hero meo Antiphone ope vestra
hunc [4] oneràstis diem!

An. Quidnam hic sibi volt? *Ge.* Nosque amicos
ejus [5] exoneràstis metu!

Aaa 2 Sed

„ tionem ductam existimantes, Ἀνδρείαν & ἰσχυρὰν, & Ἀριστευτικὴν „ reddiderunt: cum revera, „ ut Cic. Lib. II. de Legib. „ explicat, hoc nomine *in-* „ *certos casus* Quirites significarint." Cic. ad Herenn. II. 23. ex Pacuvio.

Fortunam insanam esse, & caecam, & brutam, perhibent Philosophi,

Saxoque illam instare globoso praedicant volubilem:

Ideo quò saxum impulerit Fors, *cadere eò* Fortunam *autumant.*

Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quò sese applicet.

Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.

Brutam, quia dignum, atque indignum nequeat internoscere.

Hec. III. 3. 26. *Vesterhov.*

2. Rebus commodis, id est, juvantibus, jucundis, [quam] felici rerum successu. *Minell.*

3. SUBITO, insperatò.
* OPE.] Mf. Boend. FORTUNA. *Vesterhov.* OPE, Favore, benignitate. *Minell.*

4. ONERASTIS.] Cumulastis. *Paraphrastes Delph.* Ut verear ne tanto [felicitatum] oneri ferendo impar futurus sit. *Minell.* Plaut. [Capt. IV. 1. 7.]

Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies. Mer. Casaubon.

Sallust. Jug. XII. 3. *Promissis* onerat. Plaut. Capt. IV. 2. 47.

Sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia *senem.*

Stich. IV. 1. 27.

Nosmet potius oneremus *vicissatim* voluptatibus.

Milite, III. 1. 83.

Onera *te* hilaritudine.

Itaque hoc verbum etiam usurpatur ad bonorum copiam exprimendam, non modò malorum.

5. EXONERASTIS METU.] Elegans ἀντίθεσις. *Vesterh.*

Sed ego nunc [6] mihi cesso, [7] qui non humerum hunc onero pallio;
Atque [8] hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, sciat. 5
An. [9] Num tu intelligis, hic quid narret? *Ph.* Num tu? *An.* Nihil. *Ph.* [10] Tantundem ego.
Ge. Ad lenonem hinc ire pergam, ibi nunc sunt [11].
An. Heus Geta! *Ge.* [12] Hem tibi!
[13] Num mirum, aut novum est, revocari, [14] cursum quum institueris? *Ph.*

6. MIHI.] In meo officio. *Paraphrastes Delph.* Meo damno. *Minell.* Puto voculam abundare, solius elegantiae caussa.

7. HUNC.] Ms. Witt. QUIN NUNC HUMERUM ONERO &c. Prope accedit ad πολυλογίαν Plautinam, ONERASTIS, EXONERASTIS, ONERO. Ita autem solebant festinantes palliati. Plaut. Capt. IV. 1. 11.

eodem pacto, ut Comici servi solent,
Conjiciam in collum pallium, *primo ex me hanc rem ut audiat.*

Epid. II. 2. 10.

Age, nunc jam, orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice.

Vide ad Eun. IV. 6. 31. *Vesterhov.* HUNC venustius dixit, quam *meum.* Sustulerunt pallium, & in humeros rejecerunt, festinantes, ut expeditiores essent. * PALLIO.] Recte: quia palliata fabula est, non togata. *Donatus.*

8. HOMINEM.] Antiphonem quaerit. *Vesterhov.*

9. NUM.] Ms. Boend. & editio an. 1469. NON. & mox, NON TU? *Vesterhov.*

10. Elegantius hoc dixit, quam *Neque.*

11. Antipho & Phaedria, cum Phormione. *Vesterhov.* Nempe in concludenda emtione Citharistriae.

12. HEM TIBI!] Aversantis seu indignantis est. *Minell.* Non autem subauditur *dico*, v. *clamo*, quod idem Interpres putat.

13. Tanti non est, ut illum morer, qui me revocat,

Ph. * Pergit hercle. *Ge.* Numquam tu [15] odio tuo me vinces. *An.* Non manes?

cat, quisquis est, cum nihil usitatius, quam ut festinans in via revocetur. *Mer. Casaubon.* MSS. & Impr. quidam; NON MIRUM. Boeclerus interpretatur, *An non mirum aut novum est?* Mihi contra videtur velle servus, vulgo ita fieri, ut currens revocetur. Proprie autem Geta [verbo *Revocare* usus est.] Atque inde, qui in sermone interpellatur, ne perveniat, quo vult, eleganter *Revocari* dicitur, maxime si jubeatur repetere dicta, & quasi bis eandem viam ire. Val. Max. VI. 2. 9. *Diphilus Tragoedus, cum Apollinaribus ludis ad eum versum venisset, in quo haec sententia continetur:* Miseria nostra magnus es, *directis in Pompejum manibus pronuntiavit, revocatusque aliquoties a populo, sine ulla cunctatione, nimiae illum & intolerabilis potentiae reum gestu perseveranti egit.* Hausta haec ex Cic. Att. II. 19. sed interpolata. Cic. pro Sext. 58. *Nominatim sum appellatus in Bruto:* Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat. *millies revocatum est.* Vesterhov.

14. CURSUM QUUM INSTITUERIS.] H. e. quum quis festinat, vel festinare vult. MS. Bodl. habet INSTITERIS. Sensu eôdem: at Minellius inepte exponit.

* PERGIS HERCLE ex Lib. Bemb. legit Faërnus. Donatus observat, distingui posse, & legi; PERGIT: HERCLE TU NUMQUAM ODIO &c. Vesterhovius notat, haec omnia in Codd. quibusdam tribui Antiphoni. usque ad illa GE. VAPULABIS.

15. Importunitate tua. *Mer. Casaubon.* Taedium & molestiam orationis *Odium* apellabant. Plaut. Asin. II. 4. 40.

jam hic me abegerit suo odio.

Horat. Serm. I. 2. 6.

Durus homo, atque odio *qui posset vincere Regem.* Vesterhov.

Adde Hec. I. 2. 48. Ubi *Odium* instantiam significat. VINCES, adduces ad obedien-

Ge. [16] Vapulabis. *An.* * Id quidem tibi jam fiet,
nisi [17] resistis, verbero! 10

Ge.

diendum tibi, & cursum sistendum: Sed potest & proprie accipi, quasi neget se importunitate cessurum revocanti.

16. Ita diserte est in Mss. Leid. quinque, Bodl. Traject. Mark. Boend. & Lips. VAPULABERIS. Ms. Witt. quod forte legendum VAPULAVERIS. Faernus VAPULA tuetur ex Codd. Bemb. & Vaticano: [aiens minantis verbum esse, non autem jam percutientis.] Et videtur sane hic locus exscriptus ex Plauti Asinaria, II. 4. 72.

Le. Vapula. Me. Id quidem tibi *hercle* fiet,
Ut vapules.

Muretus ex Cod. Veneto continuò post hanc vocem legit, CURIALIS VERNULA EST, QUI ME VOCAT. Diserte etiam leguntur in Ms. Boend. & editionibus, Anonyma, Tarvis. an. 1481. Veneta anni 1492. Argentina, anni 1499. Veneta, anni 1512. aliis Mureto antiquioribus; sed & Gambarello. Franciscus Fabritius ita: „ Carminis Trochaici ratione „ hanc lectionem probari, „ equidem omnes videre confido. Verba sic accipio, „ ut Geta illum, a quo sic „ revocetur, *curialem vernulam* esse apud se pronuntiet. Jam, curialis servus, cum publicus esset, „ quippe qui curiae, sive „ Φρατρία, tertiae parti „ tribus apud Athenienses, „ serviret atque ministraret, „ plus sibi auctoritatis atque „ imperii vindicabat. Geta „ tamen eum contemnens, „ non servum, imo ne vernam quidem, sed vernulam „ vocat.“ *Vesterhov.* Habetur quoque in Edd. Hack. & Minell. & fiunt duo versus ex uno, hoc modo:

Ge. Vapulabis. curialis vernula est, qui me vocat.
An. Id quidem &c.

* ID QUIDEM TIBI &c.] Id quod sibi dici audivit, minitatur. Et est conveniens error festinanti. *Donatus.* Apparet Donatum haec verba Getae tribuisse, VAPULABIS, autem Antiphoni; & RESISTIS, pro, *cessas*, accepisse.

Ge. [18] Familiariorem oportet esse hunc, [19] qui minitatur malum.
Sed isne est, quem quaero, an non? ipsus est. *Ph.* [20] Congredere actutum. *An.* Quid est?
Ge. [21] O Omnium, quantum est, qui vivant, homo hominum ornatissime!

17. RESISTIS, Stas, manes, sistis gradum. *Mer. Casaub.* & *Para. brast. Delph.*

18. FAMILIARIOREM.] Ex familia nostra. *Paraphrastes Delph.* Malo simpliciter, *Notum mihi*, intelligere. In MSS. & edd. nonnull. est, FAMILIAREM. notante Vesterhovio.

19. A MS. Graev. & Impr. quibusd. abest τὸ QUI. Minitatur autem [i. e. intelligit per MALUM.] plagas & verbera Plaut. Pers. V. 2. 35.
Cave sis me attingas: ne tibi hoc scipione
Malum *magnum dem.* Vest.
Sic And. II. 5. 20.
ut pro hoc malo mihi det malum.

20. CONGREDERE.] Huc accede. Plaut. Epid. IV. 1. 16.
Ph. *Quid si adeam?* Pe. *Haud scio;* an congrediar. Bacchid. IV. 9. 56.
congredere. Ni. *Congredior.* Vesterhov.

ACTUTUM, Cito, statim: dicitur enim ab *actu*, id est, celeritate. unde *Actuariae naves* dicuntur celeres, id est, celeriter per mare transeuntes. *Minell*

21. Abundantiam fortunae Antiphonis, abundantiâ verborum vult exprimere; nam suffecerat dicere, *O homo ornatissime! Nam — diligere.* * MSS. Lips. Graev. Witt. Boend. cum edit. Junt. Ald. Rob. Stephani, aliis, OMNIUM, — HOMINUM HOMO HONORATISSIME. Dixit autem ORNATISSIME, pro, beatissime. Plaut. Aul. IV. 9. 10.
Heu me miserum, miserum! perii male perditus! pessume ornatus *eo.*
A consequenti nimirum, beati enim & felices *ornati* & culti prodire consueverunt, infelices, squalentes & inculti. *Vesterhov.* Hoc prior viderat Minellius. Vehe-

[22] Nam sine controversia ab Dis solus diligere, Antipho.

An. [23] Ita velim: sed, qui istuc credam ita esse, mihi dici velim. 15

Ge. Satin' est, si te [24] delibutum gaudio reddo? *An.* Enicas.

Ph. Quin tu hinc pollicitationes [25] aufer: & quod fers, cedo. *Ge.* [26] Oh!

Tu quoque hic aderas, Phormio? *Ph.* Aderam. [27] sed cessas? *Ge.* [28] Accipe, hem!

[29] Ut

hementer placet mihi HONORATISSIME, ut subaudiatur, *muneribus Deorum*: *Honorem* pro *dono* dixisse antiquos notum est. Eodem modo accipere licet, ORNATISSIME. QUANTUM EST, QUI VIVANT, Quotquot vivunt. Plaut. [Captiv.] IV. 2. 55.

O mihi!
Quantum est *hominum optimorum optime, in tempore advenis.*

Citante Vesterhovio.

22. NAM &c.] Hic reddit Geta rationem, cur eum salutaverit *Ornatissimum*. * SINE CONTROVERSIA.] Sine ambigüitate. *Donatus*. AB DIS SOLUS DILIGERE.] Vide And. V. 6. 9. *Vesterhov*. SOLUS, Supra modum. *Minell*. Praestat simpliciter intelligere, ob Hyperbolen.

23. Utinam Diis unice dilectus sim. QUI, ut. v. unde.

24. DELIBUTUM GAUDIO.] Ad animum transtulit, quod est corporis. Nam *delibutus*, unctus dicitur. *Donatus*. Persusum laetitia & gaudio; quomodo Cicero amat loqui, metaphora ab unguentis, quibus in re laeta utebantur, desumta. *Vesterhov*.

25. AUFER.] H. e. Omitte. Supra I. 4. 46. *Vesterh*. FERS, Affers, apportas [Sc. nuntii.] *Minell*.

26 OH!] Interjectio est animadvertentis prius non visum. *Minell*. Et, TU HIC ADERAS, ejusdem sententiae formula.

27. CESSAS, Odiose cunctaris rem enarrare. SED TU CESSAS? laudat Faërnus ex omnibus ferè Libris.

[29] Ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum
Sumus [30] profecti. [31] interea mittit herus me ad uxorem tuam. 20
An. Quamobrem? *Ge.* Omitto proloqui: nam [32] nihil ad hanc rem est, Antipho.
Ubi in [33] gynaeceum ire occipio, puer ad me adcurrit Mida:
[34] Pone adprehendit pallio. [35] resupinat: [36] respicio: rogo,

28. ACCIPE, audi: quod facetè opposuit τῷ *Cedo* Phormionis. HEM nunc puto esse screantis, ut solent magnam quamdam narrationem aggressuri, non sine ostentatione quadam sui, & jactatione. Minellio est, demonstrantis se incipere.

29. UT MODO ARGENTUM.] Vide narrationem coeptam unde opus est. *Donatus.* Haec Phormioni narrat. *Vesterhov.* DEDIMUS.] Nam Geta duxerat herum ad Phormionem. Supra IV. 5. 6.

30. PROFECTI.] Sic Eun, II. 2. 49. & And. III. 4. 21. ubi vide Vesterhovium.

31. INTEREA MITTIT.] Ex itinere praemittit. * Conversus ad Antiphonem hoc dicit. *Donatus.*

32. NIHIL AD HANC REM EST.] Sub. quam narraturus sum. Est autem formula sermonem abrumpentis. Ita tergiversantes & extenuantes rem, *Nihil est* dicebant. Infra V. 8. 6. And. II. 6. 18. *Vesterhov.* Consultò noluit laetae narrationi tristia immiscere. EST, pro, attinet.

33. GYNAECEUM.] Γυναικεῖον, sub. οἴκημα. Nepoti, praefatione *Gynaeconitis* est interior pars aedium, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus. Virgilio Aen. II. 486. dicitur domus interior. Eun. III. 5. 35. & Heaut. V. 1. 29. Conclave Adde Vitruvium VI. 10. *Vesterhov.* IRE OCCIPIO, introiturus eram.

34.

Quamobrem retineat me. ait, esse vetitum [37] intrò
ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem, 25
[38] Eum-

34. Edit. 1469. PONE ME &c. Plaut. Epid. I. 1. 1.
quis properantem me prehendit pallio?
Mil. I. 1. 59.
pallio
Me reprehenderunt.
Docet Petitus, Observ. Miscell. III. 19. Morem hunc adprehendendi pallio, quos avertere ab incoepto itinere vellent, fuisse observatum apud Graecos, ex Platone in primo Πολιτειῶν sive de Repub. initio, unde sumserit Terentius. Κατιδὼν οὖν πόῤῥωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος ὁ Κεφάλου, ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναι κελεῦσαι. Καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου, κελεύει ὑμᾶς, ἔφη, Πολέμαρχος περιμεῖναι. *Vesterhov.*

35. Me retro trahit. *Paraphrastes Delph.* Nempe subita apprehensione pallii sic retorsit corpus Getae, ut hominis, qui resupinus agitur, speciem praeberet. Vel, faciem suam, ac cervicem intelligit, quae ad tales apprehensiones, sursum arriguntur, & si vehementiores sint, retrò flectuntur in humeros. Ex locis, quae Vesterhovius adduxit, non liquet, quo sensu hoc acceperit: Minellius autem exponit, *Retrahit me in dorsum.* Obscurè; & notat *Supinum*, v. *Resupinum*, dici, qui in dorso jacet. Non autem humi *resupinatum* esse Getam, ostendit ipse Geta, cum, RESPICIO, dicit: nam tum dicendum potius erat, *Suspicio.*

36. RESPICIO.] Christophor. Colerus, Epist. VI. RESPICOR laudat ex Ms. Sebast. Miegii. nec minus Latinè dictum putat, quam *Conspicor.* Vesterhov. Idem puto: Sed utrumlibet accipiamus, propriè dictum erit, pro, *retrorsum aspicio*, seu, *visum flecto:* nec rectè vertit Delphini Paraphrastes, per *intueor.*

37. Introire ad Phanium.

[38] Eumque nunc esse intus [39] cum illis. hoc ubi ego audivi, ad fores

[40] Suspenso gradu placide ire perrexi: accessi: adstiti:

[41] Animam compressi: aurem [42] admovi: [43] ita animum coepi adtendere,

[44] Hoc

38. EUMQUE NUNC ESSE INTUS.] Ἀνακόλουθον, pro, *Isque nunc est intus.* continuantur enim verba pueri Midae. *Vesterhov.*

39. CUM ILLIS.] Intelligit Sophronam & Phanium. *Vesterhov.*

40. SUSPENSO GRADU.] Virgil. Cyr. 212.

Tum suspensa *levans* digitis vestigia primis,

Egreditur.

Seneca, Nat. Quaest. VII. 31. *Teneto & molli ingressu* suspendimus gradum. Turpilius, Demetrio:

Sandalio innixa digitis primoribus

Ad eundem modum dixit Latinus Pacatus, Panegyrico Theodosio dicto, III. 5. *Faciam ergo, quod facere praestantes scientia medicos saepe vidi, alterum vulnerum cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt,* manu pendente *tractabo.* [Item Seneca, Controvers. Lib. IX. 4. Suspensas *leviter admovebat manus.* de leniter pulsante.] Vide porro Interpretes ad Phaed. II. 4. 18. de fele:

Inde evagata noctu, suspenso pede. *Vesterh.*

Gressu molli, placido, silenti, & leniter terrae impresso. *Minell.*

41. ANIMAM COMPRESSI.] Spiritum continui, ut melius audirem. *Mer. Casaubon.* Ita sane solemus, cum clare & certe quicquam audire volumus, ne sonus ab halitu auditum turbet. Sed potuit hoc etiam facere, ne ab iis, qui intus erant, animadverteretur. * ANIMAM dixit pro spiritu seu halitu. Titinnius, Fullonibus:

Interea foetida anima *nasum oppugnat.*

Plaut. Asin. V. 2. 43.*

De. *Aedepol* animam *suaviorem aliquanto quam uxoris meae.*

Phi.

[44] Hoc modo sermonem captans. *An.* Eu Geta!
Ge. Hic [45] pulcherrimum

Facinus

Phi. *Dic*, *amabo*, *an foetet* anima *uxoris tuae*.
Phaed. III. 1. 5. de odore jucundo: *O suavis* anima! Hinc explicant illud Varronis, Bimargo, apud Nonium, III. 67. *Avi*, *& atavi nostri*, *cum allium ac cepe eorum verba olerent*, *tamen optime* animati *erant*. Ovid. Metam. VIII. 643.

ad flammas anima *producit anili*.

Plaut. Pseud. III. 1. 21.
Comprimere dentes *videor posse aliquo modo*.
Sed comprimenda *est mibi* vox *atque* oratio.
Animam *continere*, Cicero, de Orat. I. 61. [Item Lucan. Pharf. VIII. 616.] *Tenere* Ovidius dixerunt. Et hic quidem integrum hunc locum belle imitatus est, Fast. I. 425.

Surgit amans: animam*que* tenens, *vestigia furtim*
Suspenso *digitis fert taciturna*, gradu. *Vesterbov.*

Ex hoc loco Ovidii planum est, *Suspenso gradu*, v. *pede*, esse locutionem Ellipticam, & *digitis* subaudiri debere.

42. Adhibui, apposui ad fores. *Minell.* Applicui, accommodavi.

43. Eo modo aptatis auribus, incepi animum arrigere & advertere ad intelligendum quid dicerent. *Minell.* Cum cura, sedulo, auscultare. Plena haec est dictio, pro qua & usurpatur simplex *Attendere*, per Ellipsin: uti *Advertere*, pro *animum advertere*, & *animadvertere*.

44. Ita faciendo ut dixi, sc. admovendo aures. Δεικτικῶς. Gestu enim corporis rem exprimit. *Minell.* Haec cum gestu pronuntiat, caput in alteram partem inclinans. Plaut. Cas. II. 8. 8.
Captandus *est horum clanculum* sermo *mibi*.
Mil. IV. 1. 9.
ne quis nostro bic anceps sermoni *fiet*.
Et versu 43.
Viden' tu illam oculis venaturam facere, *atque* aucupium auribus. *Vesterbov.*
Studens capere atque attrahere sermonem. *Minell.*

45. PULCHERRIMUM FACINUS AUDIVI.] Hu-

Facinus audivi: itaque penè hercle exclamavi
gaudio. 30
An. [46] Quod? *Ge.* Quodnam arbitrare? *An.* Nescio. *Ge.* Atqui [47] mirificissimum:
[48] Patruus tuus pater est inventus Phanio uxori tuae.
An. [49] Hem!
Quid ais? *Ge.* [50] Cum ejus consuevit olim matre
in Lemno clanculum.
Ph. [51] Somnium! [52] utin' haec ignoraret suum patrem? *Ge.* Aliquid credito,

Phor-

Hujusmodi locos Poëtae actoribus indulgent: quod in his actoris [Mss. Hulst. & Boend. *Auctoris.*] est commendatio. *Donatus.* Rem verbis ornat ex gaudii vehementia. *Mer. Casaubon.* FACINUS, Rem. πρᾶγμα. *Minell.* Μέσον est FACINUS, etiam in bonam partem usurpatum. Sallust. Jug. 2. *Ingenii egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt.* καλὸν πρᾶγμα. *Vesterhov.* Illud notandum, quod *Facinus*, non modo de actione, verum etiam de *re* & *casu* dicitur.

46. Editio an. 1469. QUID? & mox QUIDNAM. *Vesterhov.*

47. Excellentissimum, plane divinum. Hoc nomen magnam habet vim in laudationibus, & amplificationibus. Faber Soranus admonet, Augustinum veriore forma dixisse, *Mirificentissimum.* Boeclerus citat Priscianum, qui hunc locum laudet Lib. III.

48. PATRUUS TUUS EST PATER INVENTUS PHANIO &c.] Ut *Sallustius* in primo: *Liberis ejus avunculus erat.* Donatus. EST PATER, laudat Faernus ex Cod. Bemb. & aliis. INVENTUS, compertus.

49. HEM!] Interjectio admirantis & laetantis. *Minell.*

50. CUM EJUS CONSUEVIT OLIM MATRE.] Sic Adelph. IV. 5. 32. & Hec. IV. 1. 40. *Vesterhov.* Commercium amoris habuit. *Minell.*

51. SOMNIUM! &c.] Inducuntur hae contradictiones,

Phormio, esse causae [55]: sed me censen' potuisse omnia 35
[54] Intelligere extra ostium, intus quae inter sese ipsi [55] egerint?
Ph. [56] Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam. *Ge.* Immo etiam [57] dabo,

Quo

ones, & morae, proposito & figura rem confirmandi. *Boeclerus.* Phantasma, res nihili, & vanum dictum tanquam dormiendo somniatum. *Muell.* Vide supra III. 2. 9.

52. UTIN' HAEC IGNORARET SUUM PATREM?] Guyetus in ἀνεκδότοις: φράσις ἐλλειπτικὴ, pro, *Itane rudis erat, ut ignoraret patrem suum. Supra. Hec.* I. 1. 9. *Utin' eximium neminem habeam?* Vesterhov. Haud absimiliter Horatius, Serm. I. 10. 21. *O seri studiorum* quine *putetis.* Sed hic licet extrinsecus audire, *Fieri potuit;* ut sit, *Fuerine potuit uti haec* &c. IGNORARET, non cognosceret. Nepos, II. 1. 4. *Se ignorare Aristidem.*

53. Sub. *Cur ignoraveris.* CENSEN', num putas?

54. INTELLIGERE, distinctè audire. OSTIUM, sub. gynaecei. Posset aliquis putare, non dici *ostium* de partibus domus interioribus, s. conclavibus intra domum; quem hic aliud docet Terentius.

55. EGERINT, Locuti sint. *Mer. Casaubon.* Nepos, Dion. II. 4. *Ne agendi cum eo esset Dioni potestas.* Ubi vide quae praecedunt. Hanc phrasin pro pervulgata habet Antonius Schorus: at nunc credo eam, etsi probatissima sit, a paucis usurpari.

56. ATQUE HERCLE EGO QUOQUE ILLAM INAUDIVI &c.] *Plautus* in Milite Glorioso, [II. 2. 56.] *Nam* * *hoc cognomentum Poetae esse* inaudivi *barbaro.* Donatus. * Sed legendum: *os columnatum.* Vesterhov. *Inaudire* maxime de rebus occultis dicitur, qualis erat consuetudo inter Chremetem & uxorem Lemniam. Cic. Fam. IX. 24. *Aquini, & Fabrateriae con-*

si-

Quo magis credas: patruus interea [58] inde huc egreditur foras:
Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo:
Ait uterque [59] tibi potestatem ejus habendae se dare. 40
Denique ego missus sum, te ut [60] requirerem, atque adducerem [61].

An.

filia sunt inita de me, quae te video inaudisse. *Vesterhov.* ATQUE, sane, equidem. Minellius conjicit legendum esse ATQUI, quae hic sit nota Revocationis sui, velut in memoriam nunc redeuntis, & jam recordantis, *se quoque illam audivisse fabulam* [i. e. relationem], quam Getae narranti prius non crediderat.

57. DABO.] Narrabo, dicam. Eodem sensu διδόναι usurpatur Graecis. Vide ad Heaut. Prol. 10. *Vesterhov.* Et alibi apud Nostrum. Hic tamen sensus esse possit, *Faciam, ut magis* &c.

58. INDE HUC.] Codd. quidd. INTUS. quod tuetur Georg. Fabritius. quando INTUS valet, ἔνδοθεν. nihil familiarius Plauto. Sic Pseud. II. 2. 10.

Ostium pultabo, atque intus evocabo aliquem foras. Vesterhov.
HUC, nempe in scenam, Supra Sc. III.

59. Tibi se permittere eam habere uxorem. *Paraphrast. Delph.* SE DARE.] Τὸ SE abest a MSS. Graev. Witt. & edit. 1469. Faërnus ita delet SE, [quod negat in ullo Libro inveniri,] ut legat simul, [ex Libro Bemb. cui ob vetustatem plurimum tribuere solet,] ADHIBENDAE, & subaudiat, *In matrimonium.* q. d. adsciscendae, adjungendae. Vel simpliciter, ADHIBENDAE, pro, HABENDAE. Uti *adamare, adhaerere.* MS. Boend. [& omnes Libri Faërni] & editi quidam, DARI, omisso SE. *Vesterh.*

60. REQUIRERERM.] Sic Supra II. 1. 79.

An. [63] Quin ergo [63] rape me. quid cessas? *Ge.* [64] Fecero. *An.* [65] O mi Phormio,
Vale. *Ph.* Vale, Antipho: bene, ita me Dî ament! [66] factum. gaudeo,
Tantam fortunam de improviso [67] esse his datam.
[68] Summa eludendi occasio 'st mihi nunc senes, 45
Et

61. Sc. ad patrem & socerum.

62. Mss. Graev. Boend. Witt. cum edit. 1469. HEM! QUIN ERGO &c. quod, ex mente Faërni & Vesterhovii, nec versus nec sensus desiderat: Minellio est interjectio indignantis, quod non ducatur celeriter. Credo eum indignari quod servus tamdiu se per ambages tenuerit, cum rem uno verbo significare potuisset.

63. RAPE ME.] Sensus est, *Abduc, duc, quantum potes.* quod Chaerea Phaedriae dicit Eun. II. 3. 85. *Vesterhov.* Virgilius, Aen. VII. 724.

Turnoque feroces
Mille rapit *populos.*

Nec potuit ardor festinandi melius exprimi.

64. Faciam; sc. *rapiam te.* Et est Enallage Modi.

65. His particulis, O MI, Phormioni amicitiam suam in futurum confirmat.

66. Guyetus hic finit Comoediam, legens, recisis omnibus, quae sequuntur, BENE, ITA ME DII AMENT, FACTUM. PLAUDITE. Quidam legunt & distingvunt; BENE, ITA ME —. FACTUM GAUDEO, TANTAM &c. Alii; VALE, ANTIPHO, BENE. ITA ME —, FACTUM GAUDEO, &c. Denique, BENE, ITA —! FACTUM GAUDEO. TANTAM — ESSE HIS DATAM! Ms. Boend. BENE, —, FACTUM. ET GAUDEO. *Vesterhov.* Haec secum ad spectatores dicit Phormio, postquam Antipho & Geta recessissent. *Minell.*

67. ESSE DATAM, contigisse. * Concessam esse, HIS, Adolescentibus, Phaedriae & Antiphoni. *Minell.*

68. SUMMA, egregia. * ELUDENDI.] Codd. quidam, LUDENDI. *Vesterhov.*

Et Phaedriae [69] curam adimere argentariam;
Ne cuiquam suorum [70] aequalium [71] supplex siet.
Nam idem hoc argentum, ita [72] ut datum 'st, ingratiis
[73] Ei datum erit. hoc [74] qui cogam, [75] re ipsa repperi.
Nunc

69. CURAM ADIMERE.] Varie, pro, *adimendi occasio est*. Donatus. Infinitivus pro Gerundio positus more Graecorum. CURAM ARGENTARIAM.] De argento isto reddendo, quo redemit puellam. *Minell.* Eodem sensu Plautus, Pseud. I. 3. 65.

Nimis miser sum: nummum nusquam argenti reperire queo.
Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria. *Vest.*

Idem, Pseud. I. 2. 103. *Auxilium* argentarium, dixit, pro, Argenti.

70. AEQUALIUM.] Vide ad And. II. 6. 22. *Vesterhov.* Cic. de Senect. 4. *Adolescens ita dilexit senem, ut* aequalem. Citante ibi Vesterhovio.

71. SUPPLEX SIET.] Ut nimirum dent illam summam, senibus reddendam. *Vesterhov.* I. e. Supplicet. Et proprie *Supplex* est, qui humiliter orat, in genua procumbens.

72. UT DATUM EST INGRATIIS.] A senibus sine justa causa per fraudem extortum. *Mer. Casaubon.* Vide notam sequ.

73. EI DATUM ERIT.] Sub. *Phaedriae*. hoc sensu: Quicquid est hoc argenti, quo emunxi senes, id vel invitis his senibus habebit; neque de reddendo cogitare opus habebit. In MSS. nostris est, HIS, quod & multae editiones praeferunt. quod eodem sensu acceperim: i. e. ab invitis senibus, velint, nolint, datum erit, non revocabitur. *Boeclerus.* IIS est in MS. Lips. & suprascriptum *Senibus:* HIS vero in plerisque Codd. teste Vesterhovio. Hoc admitterem, si per me staret, & sic exponerem: *Sicut hoc argentum mihi datum est ingratiis, ita etiam senibus datum*, ɔ: redditum, *erit ingratiis*. H. e. Sicut senes nullam a me inierunt gratiam, dando mihi argentum, (Fecerunt enim hoc, non

sua

Nunc gestus mihi, [76] voltusque est capiundus novus. 50

Sed

sua voluntate, sed meis fallaciis delusi) ita neque mihi, si reddidero, ullam gratiam habebunt, sed videbuntur sibi suum recuperare. HIS INGRATIS, legit Fabrini, Italicus interpres, & sensu propemodum, quo ego, accipit. Ut verum dicam, frigida mihi videtur altera interpretatio, neque stat nisi unius fere Cod. Bembini auctoritate.

74. QUI COGAM.] Heaut. I. 1. [93.] *quasi talenta ad quindecim* coegi. *Mer. Casaubon.* Hoc argentum ut colligam. *Paraphrastes Delph.* Unde agam & perficiam. *Eugraph.* I. e. quomodo conficiam, ut non reddatur hoc argentum. & videtur de industria *cogendi* verbo usus, ad arduum negotium exprimendum. Boeclerus ex duobus libris attulit *Agam*, quae sine dubio Glossa est. Sciendum tamen, COGAM propriè capi posse, & *senes* subaudiri. at, qui pro *Colligam* accipiunt, egregie falli arbitror; nam non erat colligendum, quod acceptum fuerat. Mirum, quod Vesterhovius hoc intactum reliquerit.

75. H. e. ex ipso rerum statu, ipsis circumstantiis. * REPPERI.] simulando nimirum, me ducturum; si dare denegarint, argentum non reddendo. *Vesterbov.* Sed hoc consulto omittit Terentius, ut in exspectationem erigat Spectatores: atque hoc est artificium comicum.

76. Vultus de novo componendus est mihi atque immutandus. *Paraphrastes Delph.* Sic Heaut. V. 1. 14. Sed & hinc *verus voltus* a ficto distinguitur. And. V. 1. 20. *Vesterbov. Vultus* est voluntas, quae pro motu animi in Facie ostenditur; *Facies* ipsa oris species [naturalis.] *Vultus* mutatur, *Facies* permanet. Sallust. in Catil. [XV. 5.] *Prorsus in facie vultuque vecordia inerat.* Popma. Quod *vultus* in ore est, id *Gestus* in corpore, sc. varia corporis, ad varios animi affectus significandos, compositio, seu *moderatio*, ut loquitur Hekelius.

Sed [77] hinc concedam in angiportum hoc proximum:
Inde [78] hisce ostendam me, ubi erunt [79] egressi
foras.
[80] Quo me adsimularam ire ad mercatum, non eo.

77. Mss. Mark. & Boend. HIC. Priscian. Lib. VI legit ANGIPORTUM HUNC. *Vesterb.* De sensu & Etymo hujus vocabuli, vide Donatum ad Adelph. IV. 2. 39.

78. HISCE.] Intelligit Demiphonem & Chremetem. *Vesterbov.* OSTENDAM, Offeram, obvius prodibo. Confer Hec. IV. 4. 5. & V. 1. 30.

79. EGRESSI.] Ex aedibus Demiphonis. *Vesterb.*

80. Ordo est; *Non eo ad mercatum, quo me ire adsimularam*; i. e. adsimulare decreveram. Vide vers. 9. 10. Scen. praeced. NON EO, pro, *Non ibo*. * Quaerit Guyetus in ἀνεκδότοις. *Quid opus fuit hoc dicere?* Opus autem erat dicere [spectatoribus, non enim senibus, ut inepte capiunt Paraphrastes Delphini, & Minellius] se non iturum; ne quis miraretur, se, qui absentiam simulaturus erat, in publicum prodire. Prodibit autem, ut ad senes novam fabricam fingat. Ms. Boend. habet, IN MERCATUM. *Vesterbov.*

ACTUS QUINTI

SCENA SEPTIMA. *

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

De. DIS magnas merito gratias [1] habeo, atque ago:

 Quando

* Huic Scenae haud immeritò etiam tribuerentur eae laudes, quibus Tanaquillus Faber ultimam hujus Comoediae Scenam extollit.

Verba

Quando evenere haec nobis, frater, prospere.
[2] Quantum potest, nunc conveniundus Phormio est,
Priusquam [3] dilapidet nostras triginta minas,
Ut [4] auferamus. *Ph* [5] Demiphonem, si domi est, 5
Visam: [6] ut, quod. *De.* At nos ad te ibamus, Phormio.

Ph.

Verba Fabri haec sunt: *In ea Scena, quam Guyetus spuriam putat,* [De ultima loquitur,] *id profecto est quod me nuper, cum vidi, in stuporem dedit; dii boni! In ea Scena & Gratiae & Risus, & Joci convenisse inter sese videntur, ut quanta maxima voluptate possent, aut auditores, aut lectores perfunderent. Huic Scenae equidem palmam do; totius Phormionis pars est & ingeniosissima & longè facetissima. Eam si tollas, Phormio mortuus est.*

1. HABEO, animo; AGO, verbis. *Minell* Vide Donatum ad Euu. IV. 6. 12. & Gotlieb Cortium ad Sallust. Jug. CX. 4. Dixit autem, HABEO GRATIAS, QUANDO EVENERE &c., uti in Andria, IV. 4. 31. Dis *pol* habeo gratias, Cum *in pariundo aliquot adfuerunt liberae.* QUANDO, quod, quoniam.

2. QUANTUM POTEST, dixit more suo, pro, quam citissime.

3. DILAPIDET.] Disperdat. *Donatus.* Rationem metaphorae reddit Faber Soranus, in hac voce. * Pauci Codd. DILAPIDAT. NOSTRAS.] Scilicet uterque frater contulerat partem in eam summam. Supra IV. 3. *Vesterhov.*

4. Recuperemus eas ab illo. *Minell.*

5. Hoc secum loquitur; & potest duplici modo capi, eodem ferè sensu: *Visam, num domi sit Demipho*, &, *Conveniam Demiphonem, si domi est.*

6. VISAM: UT, QUOD.] Ἀποσιώπησις secunda. *Donatus.* Nisi interpellasset sermonem Demipho, dicturus erat Phormio; *Ut quod de uxore ducenda dictum & constitutum inter nos est, eam nunc ducam.* vel simile quid. *Vesterhov.*

Ph. De eadem [7] hac fortasse causa. *De.* Ita hercle.
Ph. [8] Credidi.
[9] Quid ad me ibatis? ridiculum [10]. verebamini
[11] Ne non id facerem, [12] quod recepissem semel?
[13] Heus! quanta quanta haec mea paupertas est, tamen

Bbb 3 [14] Ad-

7. HAC, sc. *de qua te adibam.* intelligit autem nuptias suas.

8. Ego quoque suspicabar hanc esse causam profectionis vestrae. Dicit hoc & sequentia cum simulatione aliqua indignationis, quod de sua, quasi viri integerrimi, fide dubitare potuerint senes.

9. QUID AD ME IBATIS?] Guyeto in ἀνεκδότοις versus hic *subdititius*, *inutilis* & ἀδιόρθωτος dicitur. *Vesterhov.* Quam (ullamne) habuistis causam, de praestando promisso me interpellandi? Vel simpliciter, *Quid ad me volebatis; non enim adduci possum, ut hanc putem fuisse causam.*

10. Sub. *negotium, factum;* sc. itio vestra & suspicio: aut, quod mea fides vobis suspecta esse possit. Et sane hoc est ridiculum, quod parasitus & impostor miratur succenSetque de sua fide dubitari.

11. Sensus erit idem, sive capias NE NON, pro, *ut;* sive legas, *Ne id non facerem.*

12. QUOD RECEPISSEM.] Deest, *ad me.* ut in Heautontim. [V. 5. 12.] *Ad me recipio: faciet.* Donatus. Pollicitus essem. Cic. Fam. X. 17. [2. Est vero Planci haec epistola.] Recipio vobis, *celeriter me negotium ex sententia confecturum.* Et XIII. 3. *Ut mihi coram recepisti.* Sed & *Recipere in se*, &, *ad se*, est spondere. Cic. Fam. XIII. 18. [6.] *Spondebo enim tibi, vel potius spondeo*, in meque recipio. *Vesterhov.*

13. HEUS!] Particula est jactantiam significans. *Minell.* Mss. decem, HEUS HEUS QUANTA HAEC &c. Mss. Mark. Boend. HEUS HEUS QUANTACUNQUE. Expressi autem quod

[14] Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset
fides [15].

Ch. [16] Estne ita, ut dixi, liberalis? *De.* Oppido.

Ph.

quod usitatum magis, & metro magis conveniens Sic Gr. ὅσοι ὅσον. Adelph. III 3. 40. Virg. Aen. II. 79.

nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

Ennius, Annal. X.

Ille vir, haud magna cum re, sed plenu' fidei.

Laudat Cicero, de Senect. 1. Homer. Odyss. Ξ. 153. seqq. *Vesterhov.*. HAEC, sc. tam nota, vel, ex meo habitu notabilis. An HAEC, cum taedio dixit, pro, *iniqua*, *molesta*, *acerba?*

14. ADHUC.] In hoc usque tempus. Donatus censet τῷ ἀρχαϊσμῷ esse additum ex abundanti.

15. Sc. *apud alios*. Nam *Fides* h. l. est persuasio aliorum de fide nostra, vel probitate. Heaut. III. 3. 10. Potest hoc etiam dici de homine paupere, qui, debitis exacte solvendis, firmam sibi fidem conciliavit. quae tamen significatio non est hujus loci.

16. Codd. quidd. ESTNE EA, ITA UT &c.] Sunt, qui de Phormione intelligunt, omisso EA: sunt, qui de Phanio. Posterius magis placet; videturque Demipho, ubi dixisset, UT AUFERAMUS, additurus fuisse de *liberali forma* Phanii, de matronali modestia, ingenuoque pudore, vultuque modesto & venusto, nisi Phormio interpellasset sermonem. *Vesterhov.* Ego de Phormione dictum puto, cui senes nunc adulantur, quô pactô facilius ab eo auferre possint argentum suum: non autem convenit iis, tam de pecunia sollicitis; ut ex versu 3. & 4. patet, ullum momentum talis temporis, sermone ab re alieno, perdere. Demiphoni haec verba tribuuntur in Edit. Hack. & idem sensisse videtur Vesterhovius, licet Chremetis nomen praeposuerit.

Ph. [17] Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
Paratum [18] me esse. ubi voltis, uxorem date.
Nam omnes [19] posthabui mihi res, ita uti par fuit, 15
Postquam, [20] tantopere id vos velle, animadvorteram.

De. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit [21] rumor populi, inquit, si id feceris?
[22] Olim quum honestè potuit, tum non est data:
Nunc [23] viduam extrudi [24] turpe 'st. [25] ferme eadem omnia, 20

17. ITAQUE, Sc. quoniam sum homo liberalis. ita applicat ad se Phormio, quod Chremes ambiguè protulerat. NUNTIATUM, indicatum, significatum; in duob. Codd. Boecleri fuit, DENUNTIATUM. DEMIPHO, hunc appellat nominatim, ut ad quem magis pertineret negotium.

18. ME abesse a bona Mss. parte observat Vesterhovius. DATE, tradite.

19. Omisi omnia cetera negotia mea, ut hoc maturarem. * Plaut. Stich. II. 2. 38.
Immo res omnes relictas habeo, *prae quod tu velis.*
Virg. Ecl. VII. 17.
Posthabui *tamen illorum mea seria ludo.* Vesterhov.

20. Mss. plusculi & impressi, TANTO OPERE ID &c. Nuptias meas cum Phanio, relicta priore sponsa mea. Urget autem dolose, ut nuptiae, ita uti futurae fuerant, nunc fiant; quod novit Phanium sibi non datum iri uxorem. *Vesterhov.*

21. RUMOR, sermo.

22. OLIM QUUM HONESTE POTUIT.] Sc. antequam jungebatur cum Antiphone, dote praebitâ honeste potuit collocari. DATA, Sc. *in matrimonium;* quod per venustam Ellipsin omittitur. Plane congruit Nostrum, at gefa, gipta; & Dan. at gifte.

23. Quae extrudebatur, antequam nuberet Phormioni, *vidua* erat; habetque haec vox invidiam quamdam. Et apparet, *viduas* etiam dictas, non tantum, quarum viri vita functi, sed
&

[26] Quae tute dudum coram me incusaveras.
Ph. [27] Satis superbe illuditis me. *De.* Qui? *Ph.* Rogas?

Quia

& quae matrimonio expulsae erant. Plaut. Menaechm. I. 2. 3. [Verba sunt mariti, uxori importunae divertium interminantis.]

si mihi tale post hunc diem Faxis, faxo, foris vidua visas patrem. Vesterhov.

Mulierem statim ducturus erat Phormio, ita nulla intercessit viduitas. Sed credo VIDUAM nunc vocasse, ob imparitatem matrimonii; quae nobilem virum, divitemque, & sui amantem, cum homine humili, egenoque, & solius dotis amante, mutare cogeretur. Latet ergo in hac voce contemtus Phormionis.

24. TURPE 'ST.] Praesertim nulla culpa admissa. *Vesterhov.* Opposuit hoc τῷ HONESTE, quod praemiserat.

25. Denique penè omnia mé monuit [sc. frater.] *Paraphrastes Delph.*

26. Nova locutio CORAM ME INCUSAVERAS: non *Quae hic incusaveras.* CORAM ME INCUSAVERAS.] Belle: ut si quid neget, contra se ipsum sentire videatur. *Donatus.* Vide supra II. 3. 66. seqq. *Vesterhov.* Possunt haec dupliciter construi; nempe, *Quae — incusaveras coram me;* aut, *Quae — me incusaveras coram.* hoc modo, *Coram* erit adverbium, & *Quae*, ob quae, significabit. sensus eòdem fere redibit: at simplicius fuerit, priori modo capere. INCUSAVERAS, culpaveras; Mer. Casaubono & Minellio, Objeceras.

27. Nonnulli cum Donato SATIN' SUPERBE ILLUDITIS ME? nullus autem interrogationi locus est. *Vesterhov.* Videtur tamen haec majoris indignationis vim in se habere. ILLUDITIS, despectui & ludibrio habetis; ne quis pro *decipitis* capiat. Virg. Aen. IX. 634.

i, verbis virtutem illude superbis.

Et dativum & accusativum casum regit *Illudo*, auctore Donato, & Servio ad locum Virgilii citatum, item ad Aen. II. 64.

Quia [28] ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam [29] quo redibo ore ad eam, quam contemserim?
Ch. [30] Tum autem, Antiphonem video ab sese amittere 25
Invitum eam; inque. *De.* Tum autem video filium
Invitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum [31] rursum jube rescribi, Phormio.

Bbb 5 *Ph.*

28. NE ALTERAM QUIDEM.] Tmesis elegans; pro, *Nequidem alteram.* & hoc vult: *Vestra opera excidi, non modo uxore hac, verum & priori sponsa mea.*

29. QUO REDIBO ORE.] Cic. Philipp. VII. 8. Quo ore *ille vos poterit, quibus vicissim vos illum oculis intueri?* Sic infra V. 8. 53. Heaut. IV. 3. 22. *Vesterhov* Qua fronte, audaciâ, fiduciâ. *Minell.*

30. TUM AUTEM &c.] Haec Chremes insusurrat Demiphoni, Phormione non audiente. Laudat Priscian. Instit. Grammat. Lib. X. *Vesterhov.* TUM, praeterea. * AMITTERE, dimittere. *Minell.*

31. RURSUM JUBE RESCRIBI] RESCRIBI, reddi. — Quoniam ad numerationem pecuniae antecedit scriptura, *Rescribere* dicebant, pro renumerare. — JUBE RESCRIBI.] Per scripturam, id est, de mensae scriptura dari. Unde hodie additur chirographis, *Domo ex arca sua*, vel, *ex mensae scriptura.* Donatus. ARGENTUM RURSUM — RESCRIBI.] Frequenti pleonasmo inservit RURSUM simili verbo junctum. Sensus autem est, *Cave mihi a mensa reddatur.* Quia Demipho suspicabatur, se praesentem pecuniam haud ablaturum a Phormione, igitur sibi de mensa, atque adeo scriptura solvi postulat. Qua de re consulendus Salmasius de Foenore Trapezitico. Scilicet, qui pati nollent, pecuniam apud se manere otiosam, ne vacaret, eam ad argentarios deferebant, eosdemque trapezitas, qui

qui quamdiu ea utebantur, legitimas usuras solvebant domino. — Hinc solutiones apud antiquos Romanos duobus modis fieri solitas legimus, *ex arca*, vel *ex mensa*. Qui domo solvebat, ex arca pecuniam depromere intelligebatur, quam ibi sine fructu reconditam servabat. Qui ex mensa numerationem faciebat, itidem duplici modo eam facere adsueverat. Aut enim a mensario accipiebat foenore, qui pro ipso summam, quam desiderabat, & cui numeratam illam vellet, dependebat. Tunc debitor talis summae mensario existebat. Aut pecuniam ipse habebat apud mensam depositam; ex qua quantam summulam vellet, pro ipso numerabat mensarius, qui tantô minoris exinde manebat debitor. Hoc *Scribere* & *perscribere* dictum; atque inde *scriptura mensae*. Nam in suas tabulas referebat mensarius, quantum cuique resolvisset ex numero nummorum apud mensam suam positorum, aut quantum ipse pro alio expendisset ac numerasset. — Dicitur autem *scribere* debitor, quum mutuum sumit, & Chirographo se debitorem agnoscit; quod & *nomina facere* dicunt [ut Cic. Offic. III. 14.], & *perscribere*. Plaut. Curc. III. versu 39. Truc. I. 1. 53. [Quae loca non adscribo: non enim agunt de *debitore*, verum de *mensario* nomina in suas tabulas inferente.] Suet. Caes. 42. *Si quid usurae nomine numeratum, aut perscriptum fuisset*. Digest. XII. 1. 40. *L. Titius scripsi, me accepisse a P. Maevio quindecim mutua numerata mihi de domo*. Horat. Serm. II. 3. 75.

Putidius multo cerebrum est,
mihi crede, Perilli,
Dictantis, quod tu numquam
rescribere possis.

Quem citat Servius ad Virg. Aen. VII. 422. [*Rescribere*, per reddere, exponens.] *Vesterhov.* Sensus ideo fuerit; *Adsigna mihi argentum hoc apud trapezitam*; seu, *Age cum mensario, ut is, vel praesenti argento, vel tantundem valente chirographô, abs te acceptô, tuoque nomine in suas tabulas relatô, hanc mihi summam numeret*. Plaut. Asin. II. 4. 34. de debitore, qui censebatur satisfecisse creditori, adducto domum ejus trapezitâ:

Nunc satagit: adducit domum etiam ultro, & scribit nummos.

Ubi vide Pistorium. Praeter allatas notiones τῷ *Scribere* in

Ph. [32] Quodne ego perscripsi [33] porro illis, quibus debui? 30

De.

in re nummaria, est etiam haec; quod creditores *scribere* dicebantur, cum consignabant, seu praescribebant debitoribus suis formulas chirographorum. ut apud Horat. Serm. II. 3. 69. Scribe *decem a Nerio* &c. Sc. *tabulas.* ubi Servius ad Virg. Aen. VII. 422. legit, *Scribe decem Nerio.* Vetus autem Scholiastes Cruquii annotat ad dictum Horat. l. Scribere *juris verbum est, pro mutuum sumere: Rescribere vero est reddere debitum.*

32. QUODNE EGO PERSCRIPSI &c.] Tune postulas tibi numerari id, quod postquam abs te accepi, debitoribus meis numeravi? q. d. *Homo ridiculus! qui tibi postules id, quod jam aliis rectè datum est.* * NE EGO PERSCRIPSI.] Multis per scripturam reddidi, multis dedi. ut apud Virgilium [Aen. VII. 144.] *Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.* Donat. Turnebus Adverf. IV. 13. interpretatur: *Quod ad trapezitam attuli, & totum scripsi, quibus dinumeraret certa die, ut nihil jam mibi reliquum sit, atque ita expunxi nomina, quibus debebam.* Donatum aliter legisse censent viri eruditi; quod Virgilii *diditur* nihil faciat ad Terentii PERSCRIPSI. Faërnus testatur in omnibus fere Libris scriptis esse DESCRIPSI. Sed Cod. Bembinum legere DISCRIPSI, quod probat [ex plausibili auctoritate Donati.] & Pareus edidit, & citat Bentlejus ad Horat. Serm. II. 3. 76. & Epist. II. 1. 105. Palmerius existimabat Terentium scripsisse, QUODNE EGO PERSCRIPSI PORRO ALIIS, AC DIDIDI? Idem ex Mf. laudat Christoph. Colerus ad h. l. Janus Gulielmius in Mercat. Quaest. cap. 1. QUODNE EGO PERSCRIPSI PORRO HIS, QUIBUS DIDIDI? In Mf. Donati Hulstiano diserte bis legitur, QUODNE EGO RESCRIPSI. Quomodo fere crediderim fuisse scriptum a Terentio: ut Phormio statuatur cum emphasi haec dicere [Stomachose reponens seni verbum suum]; q. d. *Rur-*

De. [34] Quid igitur fiet? *Ph.* Si vis mihi uxorem dare,

Quam

Rursusne rescribam, quod jam rescripsi? Et videtur simul Phormio ludere senem, quod se facturum esse dixerat supra, V. 6. 45. Tum, quidni rescriberet Phormio, quod jam seu *perscripserat*, seu *descripserat*, seu *discripserat* aliis. [Obscurè haec dicuntur, & parum valent ad auctoritatem τῦ RESCRIPSI adstruendam. nam eodem jure quaeri potest; *Quidni rescriberet Phormio Demiphoni, quod rescripserat aliis; poterat enim, de novo mutuando pecuniam, rescribere?* Sed uno modo ad utrumque respondetur: Non potuit idem specie argentum rescribere, quod, ubi ab sene acceperat, dinumerari fecerat creditoribus. & sciendum est, quod obscurè tangit Vesterhovius, Phormionem verniliter nunc ludere in eo, quod senex dixerat, ILLUD ARGENTUM; hoc ita capientem, quasi jam idem ipsum, quod in dotem tradiderat, reposcat. De caetero sentio cum Vesterhovio, quod τὸ RESCRIPSI, primâ saltem specie, majorem quamdam vim in se hic habeat, quam Lectiones caeterae. DISCRIPSI benè aptum est, ad multitudinem creditorum Phormionis designandam: PERSCRIPSI autem valet ad exprimendum, universam dotem creditoribus esse assignatam, ita ut nihil inde supersit. DESCRIPRI vero minus significans mihi videtur ceteris Lectionibus.] Omnis igitur vis est in iteratione τῦ RESCRIPSI. J. Fr. Gronovius legit DESCRIPSI, ad Cic. Fam. XII. 1. [5.] *Pecuniae maximae* describuntur. [Pro quo Libri quidam habent *Discribuntur.* notante Gottl. Cortio.] h. e. variae summae variis hominibus solvendae definiuntur, & quasi distribuuntur. Quomodo frequens hujus vocis usus est apud Ciceronem. Plura notavit Hottomannus ad Cic. Verr. 1. 36. — Dicit autem, QUODNE EGO PERSCRIPSI, ut Plautus, Rud. IV. 7. 5.

> quodne ego *inveni in mari?*

Ms. Boend. QUOD EGO NE PERSCRIPSI, *Vesterhov.*

Quam despondisti, ducam: sin [35] est, ut velis
Manere illam apud te, [36] dos hic maneat, [37] Demipho.
Nam non est aequom, [38] me propter vos decipi:
Quum ego [39] vostri honoris causa [40] repudium alterae 35
Remiserim, quae dotis * tantumdem dabat.

De.

33. PORRO, notat *postea*, *postea quam accepi*. Vesterhov. Deinceps, continuò.

34. Videtur nectentem tricas Phormionem urgere, ut expresse respondeat. FIET, sub. *de redditione hujus pecuniae*.

35. SIN EST, UT VELIS.] Ita fere Hec. IV. 1. 43. 44. *Vesterhov.*

36. Gestu adjuvandum; se enim indigitat, dicendo HIC. Guyetus in glossis ineditis, *Apud me*, *in loculis meis*. δεικτικῶς. *Vesterhov.*

37. Superbè hoc adjicit; & aptè ad verba senis; qui dixerat, *Jube rescribi*, *Phormio*. Ita supra, II. 3. 90. & 92.

38. Sic, And. I. 5. 36. *Vesterhov* & supra III. 1. 5. ubi vide. DECIPI, in fraudem & damnum incidere.

39. VOSTRI HONORIS CAUSA.] I. e. Vestro honori consulens, vel, pro eo, quo vos prosequor honore: vestri reverentia. *Mer. Casaubon.* Plaut. Curc. IV. 3. 17.

quod mandasti, feci tui honoris gratia.

Poen. III. 3. 25.

honoris tui causa *huc ad te venimus.*

Cic. Fam. XIII. 26. *Id ut* honoris mei causa *suscipias*, *vehementer te etiam atque etiam rogo.* Vesterhov.

40. REPUDIUM REMISERIM.] Plaut. Aul. IV. 10. 69.

Eâ re repudium remisit *avunculus causa mea.*

Vide supra IV. 3. 72. Dixit autem ALTERAE, uti Heaut. II. 3. 30. Quamquam in plurib. Libr. est ALTERI. *Vesterhov.*

* Aequalem summam. DABAT, afferebat, seu, conferebat in societatem, impertiebat. Et significantius dixit

De. I in malam rem hinc [41] cum istac magnificentia,
[*] Fugitive! etiam nunc credis, te ignorarier,
Aut tua facta [42] adeo? *Ph.* Irritor. *De.* [43] Tun' hanc duceres
Si tibi data esset? *Ph.* [44] Fac periculum. *De.* Ut filius 40
Cum illa [45] habitet apud te; hoc vostrum consilium fuit.
Ph. [46] Quaeso, quid narras? *De.* [47] Quin tu mihi argentum cedo.

Ph.

dixit DABAT, quam *Dedisset*, aut *Datura erat*. De etymo τȣ TANTUNDEM & similium Pronominum adi Perizonium ad Sanctii Minerv. III. 14. 7.

41. CUM ISTAC MAGNIFICENTIA.] Vide ad Eun. IV. 6. 3. De usu τȣ CUM vide ad And. V. 4. 38. Maxime Adelph. IV. 6. 1. [Adde Heaut. IV. 6. 7.] Intelligit autem magnificum illum verborum honorem & speciem, VOSTRI HONORIS CAUSA. *Vesterhov.* Jactantiâ, vanâ ostentatione.

* FUGITIVE, Furcifer. *Mer. Casaubon.* Temperat autem convitio senex, ut virum gravem decuit. Ita & versu praeced. *I in malam rem* speciem ha bet Charientismi, pro, *I in crucem, patibulum;* aut *Di te perdant.*

42. ADEO ex abundanti positum ad sensum intendendum. Potest tamen capi, pro, *saltem*, *quidem*, *potius*: ut sit quasi correctio prioris; nam haud facilè cognoscitur ingenium hominis versipellis, qualis erat Phormio.

43. I. e. *Quasi vero duceres hanc* &c. Non enim revera est interrogatio.

44. FAC PERICULUM.] And. III. 3. 33. Eun. III. 2. 23. Heaut. I. 2. 36. II. 1. 9. Supra II. 2. 12. *Vesterhov.* Experire, anne ducerem.

45. Consuetudinem habeat. *Menell.* Assiduò versetur.

46. QUAESO, QUID NARRAS?] Faceta irrisio. *Vesterhov.* Irridet Demiphonem,

Ph. Immo vero uxorem tu cedo. *De.* [48] In jus ambula.

Ph. [49] In jus! [50] enimvero si porro esse odiosi pergitis.

De. Quid facies? *Ph.* Egone? vos me [51] indotatis modo 45

Pa-

nem, jactantem se scire id, quod nulli in mentem venerat.

47. QUIN TU MIHI &c.] Hoc ab utroque cum clamore dici accipiendum est. *Donatus.* Ergo & *al utroque cum clamore dici accipiendum est,* IN JUS AMBULA. quin potius hoc; quia ad prius uni Demiphoni respondet Phormio, ad posterius utrique. *Vesterhov.*

48. IN JUS AMBULA.] Ad judicem eamus scilicet. nam JUS, pro loco est. Cicero [Pro Mur. 12. ubi nunc: *Quando te.* Vest.], *Quandoquidem te* in jure *conspicio.* Donatus. Plaut. Curc. V. 2. 23. & 26. Et [Noster] infra versu 88. Rectè autem monet Donatus, JUS *pro loco* dici. Nepos Att. 6. In jus *de sua re numquam* iit. Paulus I. 11. ff. de Just. & Jur. *Alia,* inquit, *significatione* Jus *dicitur* locus in quo Jus redditur, *appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit.* Vide porro ad Eun. IV. 6. 30. Plura congessit Brissonius de Formulis, Lib. V. *Vesterhov.*

49. Repetitio haec habet affectum admirantis simul, & irritati.

50. ENIMVERO SI &c.]. Vultu juvandum est, & pronuntiatione, hoc; quod tam minaciter suspenditur. ENIMVERO, principium est aliquid per iracundiam dicturi: ut *, *Hic tum alius ex alia parte enimvero hoc feret? &c.* Donatus. * Cicero Verr. I. 26. Sed legitur hodie: *Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est. vocetur mulier.* ENIMVERO SI — PERGITIS.] Comminatio est cum aposiopesi. *Vesterb.* ODIOSI, molesti, importuni, sc. mihi.

51. INDOTATIS.] Hoc est, ut Phanio. *Donatus.* Magnifice INDOTATIS dixit, & mox DOTATIS, quum de unica sermo sit. *Vesterhov.*

Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam [52] dotatis soleo. *Ch.* [53] Quid id nostra? *Ph.* [54] Nihil.
Hic quamdam noram, cujus vir uxorem [55]. *Ch.* Hem! *De.* Quid est?
Ph. [56] Lemni habuit aliam. *Ch.* [57] Nullus sum. *Ph.* Ex qua filiam

Su-

52. DOTATIS, ut Naufistratae. *Donatus.* SOLEO, sc. esse patronus.

53. QUID ID NOSTRA?] Mirum videtur Guyeto, in ἀνεκδότοις, *postremam in* NOSTRA *produci, quum sit nominativi casus.* q. d. NOSTRA REFERT, i. e. *res nostra fert.* Rem expedit Jac. Perizonius, V. Cl. ad Sanct. Minerv. III. 5. 3. contendens post ipsum Sanctium & Scaligerum, contra Vossium maxime, autumantem, *mea, tua, sua*, juncta verbis *interest* & *refert* esse ablativos singulares [atque subaudiri *gratiâ*]; & ex analogia linguae Latinae evincens, *Hoc interest mea* dici, pro eo quod est, *Hoc interest inter mea negotia*: similiter, *Hoc refert mea*, pro, *Hoc refert se ad mea negotia.* Nec adeo juvari Vossium hoc Terentii loco, ubi postrema in NOSTRA producatur. *Profecto,* inquit, *invaluit licentia in metro comico, ut vix inde quid certa ratione probare vel refutare queas.* Vesterhov.

54. NIHIL. HIC QUAMDAM NORAM.] Κωμικῇ μιμήσει, non sine suavitate & lepore, ad ἀνταναγωγὴν [*litem ex adverso intendendam*] transit. *Boeclerus.* τὸ NIHIL εἰρωνικῶς accipiendum. *Vesterhov.*

55. Interrumpitur sermo a Chremete & Demiphone. HEM, modò timentis vocula.

56. LEMNI.] Pro eo, quod est, *In Lemno.* Infra V. 8. 24. Nep. Milt. 2. *Se autem domum* Chersonesi *habere.* Vesterhov. Vide & supra, IV. 8. 76. quamquam ibi *Lemni praedia* potest dictum esse pro, *praedia Lemnia.*

Suſcepit: & eam clam [58] educat. *Ch.* [59] Sepultus. ſum. 50

Ph. Haec adeo ego [60] illi jam denarrabo. *Ch.* Obſecro,

Ne facias. *Ph.* [61] Ho! tune is eras? *De.* [62] Ut ludos facit!

Ch.

57. NULLUS SUM.] Perii, mortuus ſum. *Donatus.* Formula deſpondentis animum. And. III. 4. 20. Eun. V. 7. 22. *Veſterhov.*

58. Mſ. Boend. EDUCAVIT. *Veſterhov.* Edd. Hack. Delph. & Minell. EDUCIT.

59. SEPULTUS SUM.] Αὔξησις. nam plus eſt, quam NULLUS SUM. *Donatus.* Multi conclamatae ſpei ad vitam revocati ſunt, ſed ſepultis nulla ſpes reliqua. *Mer. Caſaubon.* Sic Cic. Catil. IV. 6. *Cerno animo* ſepulta *in patria miſeros,* atque inſepultos *acervos civium. Veſterhov.*

60. ILLI, uxori deceptae. & pergit ambigue loqui, exſpectans ut Chremes ipſum ſe prodat, quod & mox deprecando facit. * DENARRABO, prolixè renuntiabo. *Paraphraſtes Delph.* Cuncta narrabo.

61. HO! TUNE IS ERAS?] Sarcaſtice fingit ſe neſcire, quod dudum ex Geta intellexerat. Sic Eun. V. 5.21. *Veſterhov.* Applaudit ſibi etiam, quod ex ipſo Chremete rem cognoſcat, atque adeo majori cum fiducia uxori referre poſſit. HO! eſt amarè inſultantis vocula.

62. UT LUDOS FACIT!] Subaudi, *nobis*, vel *nos*. And. III. 1. 21. Plaut. Pſeud. IV. 7. 71.

Exploratorem hunc faciamus ludo ſuppoſititium.

Ba. *Adeo donicum ipſus ſeſe* ludos fieri *ſenſerit.*

Caſin. IV. 1. 2.

Neque uſquam ludos tam feſtivos fieri,

Quam hic intus fiunt ludi *ludificabiles*

Seni noſtro, *& noſtro Olympioni villico.* Veſterhov.

Quam nos ludibrio habet! *Paraphraſt. Delph.*

Ch. [63] Missum te facimus. *Ph.* [64] Fabulae! *Ch.* [65] Quid vis tibi?

Ar-

63. MISSUM TE FACIMUS.] And. IV. 1. 57. V. 1. 14. Vesterh. Remittimus tibi ambulationem in jus.

64. FABULAE!] Formula irridentis & spernentis dicta alterius. And. I. 3. 19. III. 3. 21. Heaut. II. 3. 95. Supra III. 2. 7. *Vesterhov.*

65. Quid postulas amplius? * ARGENTUM QUOD HABES?] VIS iterum subaudiendum est: ut sit, VIS ARGENTUM QUOD HABES? & est ἀσυνδέτως inferendum, CONDONAMUS TE. Sic est illud apud *Virgilium.* [Aen. I. 576.] *Vultis & his mecum pariter considere regnis?*

Urbem, quam statuo? *vestra est*

CONDONAMUS TE.] *Condono*, ablativo junxit: ut in Eunucho, [Prol. 17. Ex nota autem Grammatici in istum locum, concludo hic scripsisse eum; *Condono, accusativo junxit.*]

Habeo alia multa, quae nunc condonabitur. Donatus.

ARGENTUM, QUOD HABES; CONDONAMUS TE.] Videtur junctim & sine interrogatione pronunciandum, contra ac sentit Donatus. Dixit autem CONDONAMUS TE, uti Plautus Bacchid. V. 2. 24. *Si quam habes, te condono, tibi habe, numquam abs te petam.*

Afranius, Vopisco. *Id aurum me condonat literis.* Vest. Simplicissimum videtur hic statuere Ellipsin; ut sit plenum, *Eô te condonamus* Parum autem interest ad sensum sive intelligas; *de ejus solutione tibi gratiam facimus, ejus redditionem tibi remittimus;* sive, *eô te (id tibi) donamus.* Dicitur enim CONDONO, & pro simplici, *dono.* Plaut. Amph. I. 3. 36. & 38. *Nunc tibi hanc pateram — Alcumena*, tibi condono.

Sallust. Jug. LXIX. 9. *Philaeni — seque vitamque suam reipublicae* condonavere. *ita vivi obruti.* In Edd. Hack. & Minell. Distinctio post τὸ ARGENTUM nulla est: quod firmat Ellipsin meam. Nec displicet Donatus cum subauditione & interrogatione sua; cum praesertim Servius ei consentiat ad locum Virgilii citatum.

Argentum, quod habes, condonamus te. *Ph.* [66] Audio.
Quid vos, [67] malum! ergo me sic ludificamini, 55
[68] Inepti, [69] vostra puerili sententia?
[70] Nolo, volo: volo nolo rursum: [71] cedo, cape.
[72] Quod dictum, indictum 'st: quod modò erat ratum, irritum est.

Ccc 2 *Ch.*

66. AUDIO.] Formula consentientis, seu seriò, seu per ironiam. Prioris exemplum est Eun. II. 3. 79. Ubi vide Donatum; posterioris h. l. Belg. *Dat laat zig hooren.* Vesterhov. Adde supra I. 3. 8.

67. MALUM! adverbium est interpositae indignationis. *Donatus.*

68. Vani, futiles, nugatores.

69. PUERILI SENTENTIA.] Levi. And. II. 6. 18. Maxime Hec. III. 1. 32. Menander:

Παίδάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει. *Vesterhov.*

70. NOLO, VOLO: &c.] Primo singula separatim: deinde simul utraque pronuntianda sunt. *Donatus.* Inter eruditissimas Donati notas est, quae hic adscribitur, nihil potuit magis dici aptum ad evolvendam vim διανοίας μιμητικῆς. *Boeclerus.* Plaut. Cist. II. 1. 7.

Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet, jam id continuò. Vesterhov. Ex ipsa senum persona loquens, deridet eorum levitatem.

71. CEDO.] H. l. valet, *Da*, est enim contrarium τοῦ CAPE. *Vesterhov.* Utrumque de argento dotali intelligendum.

72. QUOD DICTUM, INDICTUM 'ST.] Sic Plaut. Aul. II. 2. 81.

Scio, quo vos soleatis pacto perplexarier.
Pactum non pactum 'st, non pactum pactum 'st, quod vobis lubet.

Cistell. II. 1. 10.

Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat.

Dicitur autem INDICTUM,

Ch. Quo pacto, aut unde [73] haec rescivit? *De.* Nescio:
Nisi, me dixisse nemini, id certo scio. 60
Ch. [74] Monstri, ita me Di ament! simile. *Ph.* [75] Injeci scrupulum. *De.* Hem!
[76] Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? [77] emori hercle satius est.
Animo virili [78] praesentique ut sis, para:
Vides tuum peccatum esse [79] elatum foras. 65
Neque jam id celare posse te uxorem tuam.
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,

Id

TUM, pro, *non dictum;* uti Adelph. III. 4. 62. *Me indicente.* Vesterhov.

73. HAEC.] Intelligit conjugium clandestinum.

74. Sc. Quod haec, tam sedulò occultata, resciverit. MONSTRI, miraculi. * Sic Eun. II. 3. 42. Plaut. Asin. II. 2. 23.
pro monstro *extemplo est, quando qui sudat, tremit.* Vesterhov.

75. INJECI SCRUPULUM.] Sic And. V. 4. 37. Adelph. II. 2. 20. Plaut. Cas. III. 3. 26.
Pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum. *Vesterhov.*

76. Pulchra locutio, *Hiccine ut auferat?* pro *Hunccine auferre aequum est, committamus*, aut *patiamur?* aptaque irato. HOC TANTUM, pro, tantam summam. *Hoc tantum mali domestici.* Cicero, citante Mer. Casaubono.

77. EMORI HERCLE SATIUS EST.] Sic Eun. I. 1. 21. *Vesterhov.* Sc. quam pati ut hic sycophanta retineat argentum.

78. PRAESENTI, intrepido. Contrà, *Amentes* saepe dicuntur consternati. PARA, stude, conare. * ANIMO VIRILI PRAESENTIQUE &c.] Eun. IV. 6. 31. *Vesterh.*

79. ELATUM FORAS.] Adelph. IV. 4. 16. Cic. Philipp. X. 3. Efferri *haec foras, & ad populi R. aures pervenire.* MS. Mark. JAM ESSE LATUM. *Vesterh.* In vulgus prolatum, evulgatum.

Id nosmet ipsos indicare, [80] placabilius est.
Tum hunc [81] impuratum poterimus [82] nostro modo
Ulcisci. *Ph.* [83] Atat! nisi mihi prospicio, haereo. 70
Hi [84] gladiatorio animo ad me [85] adfectant viam.

80. PLACABILIUS.] Ad placundum aptius & efficacius. *Vesterhov.* Activè sumitur; uti & Adelph. IV. 3. 17.

81. IMPURATUM.] Convicium acerbum. Plaut. Rud. II. 6. 59.
impurata *bellua.*
III. 4. 46.
Nisi scio, probiorem hanc esse, quam te, impurassime. Vesterhov.
Pro, *sceleratum.*

82. NOSTO MODO.] Ingenio scilicet. *Donatus.* Nostro arbitrio, ut nobis lubet. And. I. 1. 126. Eun. V. 3. 11. Plaut. Menaechm. II. 1. 25.
non tuo *hoc fiet* modo.
Pers. III. 1. 31.
Meo modo *istud potius fiet, quam tuo.* Vesterhov.
Sallust. Orat. Licinii. 18. *Gerant, habeantque* suo modo *imperia.*

83. ATAT! interjectio malum imminens animadvertentis. Concludit enim Phormio ex secreto colloquio senûm, aliquid eos in suam perniciem consultare. HAEREO, captus sum, incidi in periculum, unde me numquam expediam; & utitur praesenti tempore, ad certitudinem periculi exprimendam. Metaphora est in *Haereo*, ab avibus visco implicitis, observante Minellio.

84. HI GLADIATORIO ANIMO.] Parato ad periculum: hoc est, ita perdito ac temerario, ut non sibi caveant, dummodo vulnerent. ut, *Sallustius*, [Jugurth. 60. Legendum autem cum Lindenbruchio, *Alteri alteros.* sic cap. 42. *Dum* alteri alteros *vincere quovis modo, & victos acerbius ulcisci volunt.* & cap. 79. Alteri alteros *aliquantum attriverant.* Vesterh.] *Avidius alter alterum sauciare, quam semet tegere.* Donatus. GLADIATORIO ANIMO.] H. e. Infestissimo. A more gladiatorum in arenam descendentium, quibus vel occidere alterum, vel

Ch. At vereor, ut placari possit. *De.* Bono animo es.

Ego [86] redigam vos gratiam, [87] hoc fretus, Chreme,
[88] Quum e medio excessit, [89] unde haec suscepta 'st tibi.

Ph.

vel occidi dicta lex erat. Gell. VII. 3. *Nam gladiatori, composito ad pugnandum, pugnae haec proposita sors est, aut occidere, si occupaverit, aut occumbere, si cessaverit.* Vide Lips. Saturn. Serm. II. 21. Unde *gladiatoris* appellatio in convitiis passim ponitur Ciceroni in Philippicis. Eodem sensu dixit Plautus Cistell. II. 1. 11.
Maritimis moribus mecum experitur.
H. e. feris & dolosis. Sic Lucret. V. 1002.
Nec poterat quamquam placidi pellacia Ponti
Subdola pellicere in fraudem, ridentibus undis. Vesterh.

85. ADFECTANT VIAM, plenum: quod nos ἐλλειπτικῶς. *Donatus.* Ergo ex mente Donati, per Ellipsin rectè dicitur, *Affectat ad me*, pro, me adoriri molitur. * Heaut. II. 3. 60. Plaut. Aul. III. 6. 39.
Ut me deponat vino, eam adfectat viam.
Virg. Georg. IV. 562.
viamque adfectat Olympo.
Vesterhov.
Aditum cupidè quaerunt. *Minell.*

86. In concordiam reducam vos, te in gratiam cum uxore restituam. Confer And. V. 4. 45. Hec. III. 1. 11.

87. HOC sub. *negotio.* i. e. hac re, non enim *argumento*, quomodo supplet *Minellius.*

88. QUUM, Pro quis. DE MEDIO EXCESSIT.] Et ad dictum, & ad rationam dicti, Comicum est *Donatus.* Vide ad Adelph. III. 4. 33. Sic 2 Thess. II. 7. Ἕως ἐκ μέσου γένηται. *Vesterhov.* E vivis abiit. *Paraphrastes Delph.* Dilogia inest, quam credo Donatum attingere. nam prima specie sic intelligi potest; *Concessit ab oculis hominum, ita ut ejus praesentia tibi officere non possit.* Confer Hec. IV. 3. 14. atque ibi Vester-

ho-

Ph. Itane [90] agitis mecum? fatis [91] astute adgredimini. 75

Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.

[92] Ain' tu? ubi peregre, [93] tibi quod libitum fuit, feceris,

Neque [94] hujus sis veritus; [95] feminae primariae,

Ccc 4 Quin

hovium. Sed inest etiam Euphemismus, veteribus de morte frequens: uti in *Decedere, defungi, fuisse, obire* &c. hoc praesertim loco congruus, apud maritum defunctae.

89. UNDE, ex qua. Vide supra 49. HAEC, puella Phanium.

90. Vos erga me geritis? *Paraphrastes Delph.*

91. Εἰρωνεία. Et proprie *Adgredi*, accedere ad dimicandum est. Benè ergo servavit translationem a dimicantibus coeptam. *Donatus.* Mf. Mark. ADGREDIMINI ME. *Vesterhov.* At praestat absolute intelligere cum Donato.

92. AIN' TU? UBI PEREGRE.] Modò ad Chremetem, cum invectione conversus est. Donatus. Palmerius, cum Mff. Boend. Witt. Mark. & edit. 1469. AIN' TU TANDEM. *Vesterhov.* Ita And. V. 3. 4. q. d. Adeone impudens es, ut hoc cogitare, nedum dicere sustineas. Edit. Delph. AN TU, meliori connexione cum versu 80.

93. TIBI QUOD LIBITUM — FECERIS.] Libidini tuae satisfeceris. *Paraphrast. Delph.*

94. Adsentior Palmerio, existimanti gestum esse floccum ostendentis, vel aliam rem nauci. Possit etiam formula esse cum crepitu digiti conjuncta. Novum tamen videtur τὸ Veritus jungi genitivo. De hac constructione vide Voss. Art. Grammat. VII. 27. *Vesterh.* VERITUS, Verens, reverens fueris. nisi cum Palmerio [intelligas], nihil veritus sis, floccifeceris. ut τὸ EI [versu sequ.] redundet: ut alibi saepe. *Mer. Casaubon.* Puduerit te: ideo aequipollentis verbi casum genitivum obtinet. *Minell.* Supple vel *causâ*, ἕνεκα, vel *respectu*, aut

Quin [96] novo modo * ei faceres [97] contumeliam:
Venias nunc precibus [98] lautum peccatum tuum? 80

[99] Hisce

aut *respectum*. Perizonius. (ad Sanct. Minerv. II. 3 3. expunctô, post VERITUS, commate).

95. FEMINAE PRIMARIAE.] Sic Plaut. Mil. III. 1. 73.

primarius *parasitus*

Stich. I. 2. 81.

Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam?

Rud. IV. 4. 29. . . . . .

primarius *vir*.

Cic. Fam. V. 11. [2.] *Quod mihi feminam primariam, Pompejam, uxorem tuam commendas*. Vesterhov. Uni ex primariis. *Paraphrastes Delph*. Primi ordinis, Praeclarae, nobilissimae, amplissimae.

96. NOVO MODO.] Inaudito, atque adeo scelestissimo. Plaut. Pseud. II. 4. 8.

sic Pseudolus

Novos *mihi est*.

Id est, incognitus. Cic. in Rull. II. 10. *Jam hoc inauditum & planè* novo more. [Sallust. Catil. LI. Genus poenae novum *decernere*.] Et notat Hottomannus Accusatorum esse, pro, nefario. ad Cic. pro Rosc. Amerin. cap. 1. *Injuriam* novo scelere *inusitatam*. Vesterh.

* EI.] Eleganter πλεονάζει. Quod maxime stilus facer amat. *Vesterhov.*

97. Injuriam. *Paraphrastes Delph*. & *Minell*. Ita praestat legere, quam quod est in quibusd. Codd. CONTUMELIAS. Eun. V. 2. 27. Plaut. Asin. II. 4. 82.

Tu contumeliam *alteri facias, tibi non dicatur?* Vesterhov.

98. LAUTUM PECCATUM TUUM.] Ut laves, ut maculam. *Donatus*. In eandem sententiam dixit leno, Adelph. II. 1. 10.

Neque tu verbis solves umquam, quod mihi re male feceris.

Cic. Legib. II. 10. Animi labes *nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest*. Vesterhov. Ad purgandum. *Minell*. Citat hunc Terentii locum Perizonius ad Sanct. Minerv. III. 2. 3. pag. mihi 80. ubi notiones verbi *Luo* evolvit: quem legere operae pretium est.

[99] Hisce ego illam dictis ita [100] tibi incensam dabo,
Ut ne [101] restingvas, [102] lacrumis si exstillaveris.

99. HISCE EGO ILLAM DICTIS &c.] Palmerio & Pareo τὸ HISCE verbum est, ab *Hisco*. Ut sensus sit, HISCE, h. e. *mutire incipe, si quid audes.* Mihi haec acutiora videntur, quam par est. Dixerat versu 51. HAEC ADEO — DENARRABO. Pergit igitur, HISCE EGO ILLAM DICTIS &c. *Vesterbov.*

100. Inflammatam ira in te reddam. *Paraphrast Delph.* INCENSAM, pro *irritatam*, dixit; dein reliqua ἀλληγορικῶς subjungit, quasi verè ardentem crederet. Et INCENSAM DABO, uti Heaut. V. 1. 77. *Exornatum dabo.* Sallust. Jug. 59. *Expeditis peditibus suis*, hostes penè devictos dare. Ubi vide G. Cort. *Vesterbov.*

101. RESTINGUAS, Sc. ardorem ejus iracundiae. Nihil hoc versu validius dici potest, ad iram implacabilem exprimendam. * Videtur locus expressus ex Plauti Trinummo, III. 2. 49. quanquam sensu diverso:

tuum incendes *genus.*
Tum igitur tibi aqua *erit cupido, genus qui* restinguat *tuum.*
Et mox:
Ne scintillam *quidem relinques, genus qui* congliscat *tuum.*

Quo loco *Incendendi* notio est illustrare, clarum & insigne facere. *Vesterb.*

102. LACRUMIS SI EXSTILLAVERIS.] *Stillare*, est guttas emittere ex corpore. EXSTILLARE, ipsum corpus guttatim finiri. Ergo quasi totum in lachrymas converti, & ex toto stillare corpore. *Donatus.* Sic Plaut. Pseud. III. 2. 29.

oculi ut exstillent. *Vesterbov.*

Etiamsi totus lacrymis liquefactus stillatim fluas. *Paraphrast. Delph.* Etsi tantum lacrymarum stillaveris, ut nihil humoris tibi, vel in unam supersit gnatam [forte, *guttam*.] Ita *effoeta* dicitur foemina, quae omnem foetum edidit. *Minell.* Forte cogitavit Autor de Niobe, quam Fabulae perhibent lapideam factam esse flendo li-be-

De. [103] Malum, quod isti Dî Deaeque omnes
duint!
Tantane [104] adfectum quemquam esse hominem audacia?
Non hoc publicitus [105] scelus hinc [106] deportarier 85
In

beros. De qua Propertius, II. 20. 10. *Lacrymans defluit.* I. e. flendo tota liquitur.

103. Idem versus totidem verbis est apud Plaut. Mostell. III. 1. 126. τὸ *Quod* autem παρέλκει. Liv. IV. 49. Malum *quidem militibus meis*, *inquit*, *nisi quieverint.* Vesterhov. Videtur versus continere indignationem tam foedi ominis, simul cum abominatione in Phormionem. Ita non abundat *Quod*.

104. ADFECTUM, praeditum. *Fieri potest*, aut, *credibile est* subauditur in fine versus. quamquam & sine eo bene exponi potest per modum indicativum; id quod etiam valet de versu sequenti.

105. Hunc scelestum. Metonym. * PUBLICITUS.] Id est, publicâ curâ atque consilio. *Donatus.* Publice, suffragiis populi, Plaut. Amph. IV. 2. 7. *An fores censebas nobis publicitus praeberier.* [I. e. publico sumtu.] Bacchid. II. 3. 79. Publicitus *servant.* Pers. IV. 3. 39. *Ut fiat auctio* publicitus. Lucil. apud Non. v. *Publicitus:*
Publicitus *vendis tamen atque extrema ligurris.* Vest.

106. DEPORTARIER IN SOLAS TERRAS?] Cic. Philipp. XIII. 1. *Ex numero hominum ejiciendum*, ex finibus humanae naturae exterminandum *puto.* Plaut. Mostell. IV. 3. 2.
Non equidem in Aegyptum hinc modo vectus fui
Sed etiam in solas terras, *oras que ultimas.*
Rud. I. 4. 8.
Neque magis solae terrae *sunt, quam haec loca, atque hae regiones.*
Hinc *Deportati* dicti: Vesterhov. IN SOLAS TERRAS.] *Virgilius* [Aen. XI. 569.]

Pa-

In ſolas terras? *Ch.* [107] In id redactus ſum loci,
Ut quid agam cum illo, neſciam prorſum. *De.*
Ego ſcio.
[108] In jus eamus. *Ph.* [109] In jus! huc, ſi quid
lubet.
De. [110] Adſequere, ac retine, dum ego huc ſervos
[111] evoco.

Ch.

Paſtorum & ſolis *exegit* montibus *aevum.*
Et *Salluſtius* in primo. Solis *viis.* Donatus. Virgilius, Georg. III. 259.
Heu male tum Libyae ſolis
erratur in agris.
Salluſt. Jug. 103. *Marius — proficiſcitur in* loca ſola. *Solae terrae*, Solitariae, ab humano cultu vacuae, deſertae. Adde And. II. 4. 3.

107. IN ID — LOCI.] H. e. In eas anguſtias, atque ad eam conſilii inopiam.

108. IN JUS EAMUS.] Ad * praetoris ſellam. modò enim locum ſignificat. *Donatus.* * Val. Maxim. *Id egerunt, ne aut ſellam poneret, aut jus dicere auderet.* Horat. Lib. 1. Sat. 6. verſu 96.
meis contentus, honeſtos
Faſcibus aut ſellis nollem mi-
hi ſumere. Lindenbrog.

109. IN JUS! HUC, &c.] Apparet paraſitum niti ad domum Chremetis: ſenes vero ad forum conari attrahere. *Donatus.* HUC, δεικτικῶς, quaſi digitum intendat in aedes Chremetis, & Nauſiſtratam judicem appellet. Quamquam & de *Jure* commodè intelligitur. *Veſterhov.*

110. ADSEQUERE, AC RETINE.] Adparet, Phormionem, ubi dixiſſet, HUC, SI &c. recta inſtituiſſe gradum ſeu ad forum, ſeu ad Chremetis aedes; quamquam prius magis ſit veriſimile; ſi enim Chremes vidiſſet, Phormionem ad oſtium ſuarum aedium accedentem, procul dubio deprecatus fuiſſet, ne id faceret. *Veſterhov.* ADSEQUERE, ſequere ac prehende. Quod autem ad judicem ire aſſimulet paraſitus, manifeſtum eſt ex comminationibus ejus, quae mox ſequuntur. Verum Demipho poterat metuere,

Ch. [111] Etenim solus nequeo: adcurre huc: *Ph.* [113]
Una injuria 'st 90
Tecum. *Ch.* [114] Lege agito ergo. *Ph.* [115] Altera
est tecum, Chreme.

De.

tuere, ne elaberetur inter eundum; eam ob rem servos evocat.

111. Mſ. Bodl. INVOCO. Vesterhov. Quando HUC valeret, *ad hoc negotium*.

112. ETENIM, pro *at* posuit, ut turbatum ostenderet. Sic alibi [Locus est Adelph. II. 1. 14. ubi tamen *Enim* videtur legisse Donatus. *Vesterh.*] *Etenim non sinam*. Donatus. ETENIM.] Popma ad Plaut. Epid. V. 2. 26. legit, *Enim*. quod veteribus etiam initio sententiae adhibitum. estque in Mſſ. pluſculis, & editis nonnull. vet. Sic Hec. II. 1. 41. *Vesterhov.*

113. Id est, actio injuriarum ex lege. *Donatus*. Intelligit violationem pacti de matrimonio: Vesterhovius putat non tantum Demiphoni haec dici, sed & Demiphonem ad ea respondere, LEGE AGITO ERGO: unde haec illi recte in Codd. quibusd. tribui. Hanc sententiam firmat sequens Donati nota. & sane Chremes in majori esse videtur metu, quam ut tam audacter sustineat respondere. Nihil adeo aliud pro vulgata stat lectione, praeterquam subdita Phormionis verba, ad Chremetem nominatim directa, quibus eum de novo terret alterâ litis denunciatione.

114. LEGE AGITO ERGO.] LEGE AGITO dicebatur ei, cujus intentio contemtibilis adversario videbatur. *Plautus* in * Aulularia, *Lege agito mecum, molestus ne sis, & coenam coque*. Donatus. * Locus est, III. 3. 10. legendum autem, *I, & coenam coque*. Sic Plaut. Mil. II. 5. 43. *Lege agito*. Cic. pro A. Caecina 33. *Et lege agant, & suum jus persequantur*. Est igitur *lege agere* idem, quod litem intendere, quae Lege XII. Tabb. civibus populoque conceditur. Unde *Legis actiones* dictae, conceptae & constitutae a ICtis. Alio sensu

De. [116] Rape hunc. *Ph.* [117] Itane agitis? enimvero [118] voce 'ſt opus.
Nauſiſtrata! exi. *Ch.* [119] Os opprime. *De.* Impurum vide,
Quantum valet [120]. *Ph.* Nauſiſtrata! inquam. *Ch.* Non taces?
Ph. Taceam? *De.* Niſi [121] ſequitur, [122] pugnos in ventrem ingere. 95
Ph.

ſenſu *lege agere* lictor dicitur quando juſſus a Coſ. mandata exſequitur. *Veſterhov.*

115. ALTERA.] Quam feciſti dotatae uxori *Donat.*

116. Abripe Phormionem. Servo hoc dicit, qui ad ſtrepitum hunc & tumultum ſuâ ſpontè accurriſſe poteſt. *Minell.*

117. ITANE AGITIS?] Eſt conquerentis vim ſibi fieri. Faërnus ex Bembino legit, SIC AGITIS?

118. Vociferatione. *Minell.* ENIMVERO &c.] Sic Liv. [Lib. 38.] Enimvero, *inquit Conſul, ferri jam ludificatio ipſa* [forte, *iſta.*] *non poteſt.* Veſterhov. Apta particula loquenti cum affectu.

119. OS OPPRIME.] Obtura (occlude) illi, ne loqui poſſit. *Minell.* & *Paraphraſtes Delph.* Plaut. Aſin. III. 2. 40.

opprime os.

[Ubi tamen ſignificat, *tace;* ſicuti & h. l. poteſt.] Stich. I. 2. 57.

Omnibus os obturent, *ne quis merito maledicat ſibi.*

Prudent. paſſione Vincentii, 93.

His intonantem martyrem
Judex profanus non tulit.
Conclamat: os obtrudite,
Ne plura jactet *improbus.*

Veſterhov.

120. Sc. viribûs in reluctando. & VIDE dixit cum admiratione, quod tam robuſtus ſit *Impurus*, i. e. impudicus; quale genus debile fere & enerve eſſe ſoleat.

121. Sequacem ſe praebet, ſua voluntate ſe abduci patitur.

122. PUGNOS IN VENTREM INGERE.] Ur-

Ph. [123] Vel oculum exclude: [124] est, ubi vos ulciscar [125] probè.

Urbane IN VENTREM, quasi parasito. An VENTREM totum parasitum dicit? ut *Lucilius* in secundo: *Vivite lurcones, comedones, vivite* ventres.
An simpliciter? quia qui resistit, ne sequatur trahentem, collo obtorto repandum se facit [Codd. ante Rob. Stephan. legunt, *Ne sequatur collo trahentem, obtorto ore repandum* &c. *Vest.* Forte distinguendum; *Ne sequatur trahentem collo obtorto, repandum* &c.] & ventrem projicit. quum autem IN VENTREM feritur: curvatur, & sequitur. *Donatus*. Intelligit parasitum ventri obedientem. Epimenidis versus fertur, quem citat Paulus, Tit. I. 12.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦςαι, κακὰ θηρία, γαςέρες ἀργαί.

Hesiod. Theogen. 26.

Ποιμένες ἄγραυλοι, κακ' ἐλέγχεα γαςέρες οἶον.

Lucil. Lib. XXX. 93.

Nemo istum ventrem pertundet.

Juvenal. Sat. IV. 107.

Montani quoque venter *adest, abdomine tardus.*

Adde Ampliss. Cuperi Observ. III. 10. Quod autem dixit, PUGNOS INGERE, id variè extulerunt. Plaut. Menaechm. V. 7. 23.

Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.

Et versu 28. *Pecte pugnis.* Bacchid. III. 3. 46. *Pugnis contudit.* Poen. IV. 1. 3. *Incursat pugnis.* [Amph. I. 1. 172. *Onerandus est pugnis probe.*] Noster Adelph. IV. 2. 19.

me pugnis miserum, & istam psaltriam
Usque occidit. Vesterhov.

123. VEL, imo etiam. & ostendit Phormio, quidvis mali passurum se potius, quam sequatur. Tribuuntur haec verba Demiphoni in Codd. quibusd. teste Rivio.
* OCULUM EXCLUDE.] Magna Codd. pars EXSCULPE. Et hanc phrasin varie efferunt. Plaut. Pseud. I. 5. 95.

Excludito mihi hercle oculum, *si dedero.*

Aul. II. 2. 12.

Cui ego jam linguam praecidam, atque oculos *effodiam.*

Menaechm. V. 7. 22.
eripe oculum *isti.*
Et versu 25.
faceut oculi locus in capite appareat.
Noster Adelph. III. 2. 20.
Adolescenti ipsi eriperem oculos.

124. Plaut. Pseud. V. 2. 26.
Erit, ubi te ulciscar, *si vivo.* Vesterhov.
Q. d. teneo occasionem vos efficaciter puniendi, neque hanc amittam.

125. Plusculi Codd. LOCUS. Et ita citat Priscianus Lib. XVI. Mſ. Witt. MIHI MODO LOCUS. Vesterhov. Ita plena foret dictio, quae alias Elliptica. At haec lectio non probatur Faërno; *non enim*, inquit, *de loco, quem non erat muturus, est sermo, sed de facultate; quam habebat ulciscendi senes.* Quasi vero *Locus* non significet *Facultatem.*

ACTUS QUINTI

SCENA OCTAVA.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

Nau. [1] QUIS [2] nominat me? *Ch.* [3] Hem! *Nau.* Quid istuc turbae 'st, obsecro,

Mi

1. *Hic velut controversia est: in qua reus fit maritus*. malae tractationis: & est status. qualitatis venialis.* Donatus. * Intelligit vitam & consuetudinem. Gall. *Mauvaise conduite*[Slet Opførsel.] Sic Cic. Fam. XIII. 12. *Quo in munere ita* se tractavit. Catilin. III. 12. *Denique ita* me *in republ.* tractabo. Quod Gallis valet etiam, *se gouverner* [Skikke sig.] Vesterhov. Hoc fortasse ignorant etiam eorum quidam, qui caeterà bene sciunt Latinè.

2. Nomine vocat, seu, evocat.

3. Interjectio dolentis, vel obstupescentis. *Minell.*

Mi vir? *Ph.* [4] Hem! quid nunc [5] obticuisti? *Nau.*
[6] Quis hic homo 'st?
[7] Non mihi respondes? *Ph.* Hiccine ut tibi respondeat [8]?
Qui hercle, [9] ubi sit, nescit. *Ch.* Cave illi quidquam creduas.
Ph. [10] Abi: tange: si non [11] totus friget, [12] me enica. 5

Ch.

4. HEM! Insultantis est modò.

5. I. e. Obmutuisti. *Paraphrastes Delph.* Vide ad Eun. V. 1. 4. Plaut. Bacchid. I. 1. 28.
Quid, amabo, obticuisti? Vest. Plures Libri scr. OBSTUPUISTI. Cod. Bemb. OBSTIPUISTI. sanè hoc non admiratus es, exponemus, sed stupidus, & quasi saxeus effectus es prae timore. *Faernus.* Easdem quoque lectiones notavit ex quibusd. Codd. Vesterhovius.

6. Miratur Nausistrata viro suo rem esse cum Phormione, homine ignoto. *Vesterhov.*

7. Haec ad Chremetem loquitur. Ipse autem Phormio consultò tacet, qui sit, quo magis uxor instet rogitando obtundere Chremetem.

8. Sub. *vis.* aut RESPONDEAT, intellige, respondere possit. TIBI expungit Guyetus, notante Vesterhovio. At videtur emphaticè additum.

9. Prae terrore scilicet, & consternatione mentis. Plaut. *Equidem quo eam, aut* qui sim, *aut* ubi sim, *Neque cum animo certum investigare.* Mer. Casaubon. Sic Eun. II. 3. 13. Lucian. Dial. Cyclopis & Neptuni: Καὶ ὄυκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην. Flor. II. 10. 2. Ubi essent *prae poculis* nescientes. *Vesterhov.* Cic. Tusc. Quaest. I. 4. *Metus enim recessum quendam animi & fugam efficit.*

10. Accede ad eum, & attinge.

11. TOTUS FRIGET.] Eun. I. 2. 3. Adelph. IV. 4. 3. Laudat Nonius Marcellus, II. 325. *Vesterbov.* Virgil. Aen. I. 96.
Extemplo Aeneae solvuntur frigore *membra.*

Ubi

Ch. [13] Nihil est. *Nau.* Quid ergo est? quid istic narrat? *Ph.* Jam scies:
Ausculta. *Ch.* * Pergin' credere? *Nau.* Quid ego, obsecro,
Huic credam, qui nihil dixit? *Ph.* [14] Delirat miser Timore. *Nau.* Non pol [15] temere 'st, quod tu tam times.

Ch.

Ubi vide Servium. Et III. 29.
Mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidus*que* coit formidine sanguis.

12. Nihil causae dico, quin me occidas. *Paraphrastes Delph.*

13. NIHIL EST.] Sic Eun. IV. 2. 10. Adelph. II. 2. 25. Est autem non unius usus formula; vel enim extenuando rem ea utimur, uti Eun. loc. cit. vel desperando, uti in Adelph. l. c. vel praecidendo sermonem de re parum grata, uti hoc loco, & Phaed. III. 7. 17.
Unde hoc, amice? Nihil est.
Dic, quaeso, tamen.
Ubi vide Burmannum. *Vesterhov.*

* Jam antea dixerat, CAVE ISTI QUICQUAM CREDUAS (i. e. credas) hic iterum alieno loco ingerit, & expostulat cum uxore, quam jam pronunciata sententia, quae tamen nihil adhuc audiverat. plane ut illi, qui metu mortis imminentis, mortem sibi consciscunt. Meticulosum hominem, sed & vim conscientiae ista pulchrè exhibent. *Mer. Casaubon.*

14. Graviter utrumque: DELIRAT & TIMORE, nam ** *Deliratio* senectuti convenit: *timor*, conscientiae. *Donatus.* * Aliter censet ad Adelph. V. 1. 13. Cic. de Orat. III. 38. Ex Ennii Alcmaeone:
Tum pavor sapientiam mihi omnem exanimato expectorat.
Lucret. III.; 454.
Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque. *Vesterhov.*

Respicit autem Phormio dictum Chremetis, PERGIN' CREDERE? & specie excusationis, atque miserationis, haec loquitur Nausistratae.

Ch. Ego timeo? *Ph.* [16] Recte sane: quando nihil times, 10
Et hoc [17] nihil est, quod ego dico: tu narra. *De.* Scelus!
[18] Tibi narret? *Ph.* [19] Eho tu! factum 'st abs te sedulò
Pro fratre. *Nau.* [20] Mi vir, non mihi narras? *Ch.* [21] At. *Nau.* [22] Quid at?
Ch. Non opus est [23] dicto. *Ph.* Tibi quidem [24]: at [25] scito huic opus est.
[26] In Lemno. *Ch.* Hem! [27] quid ais? *De.* * Non taces? *Ph.* Clam te. *Ch.* Hei mihi! 15
Ph.

15. De nihilo, sine causa.

16. I. e. *non times*: per ironiam. QUANDO, siquidem, quoniam.

17. NIHIL, falsum. NARRA, uxori nempe harum turbarum causam.

18. TIBI, ex tua voluntate. *Paraphrastes Delph.*

19. Interjectio deridentis. Q. d. Desine tu tandem: satis jam fratris Chremetis causam egisti, bene de fratre tuo meruisti, me irritando. Ironia. *Minell.* OHE legerat Faërnus ex Bembino, & cum eo Boeclerus; ex quo hoec Minellii nota partim desumta est.

20. Haec pronuntiantur vultuosè, & quasi ab imperante.

21. Turbatus Chremes aliud dicere nequit. *Minell.* Est vocula detrectantis, & excusationem quaerentis, at non invenientis. Mire convenit Dan. Men.

22. Quid tibi vis cum tuo *At*?

23. Pro, *dicere*. sc. quid nos intercesserit negotii.

24. Sub. *non opus est*. i. e. non est utile.

25. I. e. scire; nempe *causam timoris tui*. HUIC, uxori: non autem *mihi Phormioni*, ut Pareus interpretatur.

26. Hic orditur indicium.

27. Codd. quidam MSS. & Impr. QUID AGIS? Quae saepius inter se permutantur in Codd. veteribus.

Ph. Uxorem duxit. *Nau.* [28] Mi homo, [29] Di melius duint!
Ph. [30] Sic factum est. *Nau.* Perii misera! *Ph.* & inde filiam
Suscepit [31] jam unam, [32] dum tu dormis. *Ch.* [33] Quid agimus?

bus. *Vesterhov.* Forsan τὸ QUID AIS? tribuendum est Nausistratae, rem sciendi cupidae. nam quid sonet in ore Chremetis, non video; nisi tantummodo ad interrumpendum sermonem Phormionis injectum est. QUID AGIS, foret deprecantis tam periculosum sibi indicium, sive Phormionem inde avertere tentantis.

* Indictio silentii cum comminatione.

28. Quaerit Probus an matrona tam familiariter MI HOMO, recte dicat alieno: sed frustra. nam foeminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est. *Donatus.* Bene MI HOMO, ad ignotum: & praeterea talis compellatio habet in se aliquid querimoniae, super miseria sua. certe suspicione & metu misera erat uxor, licet nondum crederet. Sic apud Plautum, Cistell. IV. 2. 55. ancilla, quae perdiderat Cistellam:

Mi homo, & mea mulier, vos saluto.

29. DI MELIUS DUINT!] Formula deprecandi. Ovid. Heroid. XVII. 30.
Di melius! *similis non fuit ille tui.*
Pacuvius, Chryse:
Dî monerint meliora! *atque amentiam tuam*
Averruncassint.
Cic. de Senect. 14. *Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam affecto aetate quaereret, uteretur-ne rebus Venereis?* Di meliora, *inquit.* Vesterhov. DUINT, i. e. dent. esse velint. *Paraphrast. Delph.*

30. Asseverantis formula.

31. JAM UNAM.] Invidiosè. Tacitè enim insinuat, fore, ut plures suscipiat. Et silet de obitu matris filiae. *Vesterhov.*

32. DUM TU DORMIS.] Secura es amoris viri tui. Vide ad Adelph. IV. 5. 59. Turpilius, Paraterusa: *Dum*

Nau. Pro Dì immortales! facinus [34] indignum & malum!

Ph. * Hoc actum 'ſt. *Nau.* An quidquam [35] hodie eſt factum indignius? 20

[36] Qui

Dum ego connixi ſomno, *hic ſibi proſpexit vigilans virginem.*
Propert. II. 21. 7.
tu nimium credula ſola jaces, Veſterhov.

33. QUID AGIMUS?] Facete dictum. *Donatus.* Non video etiam quid hic ſit faceti; niſi forſan, quod praeſenti tempore utens, praeſenti conſilio opus eſſe oſtendit: quod tamen non inſolens eſt Terentio. Verum ſi Demiphoni haec verba tribuantur, habent ridiculum, quod conſilium quaerit ex homine conſilii inope. * QUID AGIMUS?] Metu ſtupentis verba haec, & de fuga cogitantis. *Mer. Caſaubon.* Malim haec tribuere Demiphoni, neque enim quidquam ad ea reſpondetur. Sed non tam Demipho quam Chremes tacebat. Eſt autem formula hominis qui incertus eſt conſilii. Eun. IV. 7. 41. & V. 9. 51. *Veſterhov.*

34. FACINUS INDIGNUM ET MALUM.] Solent haec jungi. Plaut. Moſtell. II. 2. 27.
non poteſt
Dici, quam indignum facinus *feciſti*, & malum.
Menaechm. V. 7. 15
O facinus indignum & malum. *Veſterhov.*
Multi Libr. Scr. habent FACINUS MISERANDUM ET MALUM. *Miſerandum* autem, quoad Nauſiſtratam, in quam ex hoc miſeria redundabat: *malum*, quoad Chremetem, qui id admiſerat [ita enim corrig. pro *amiſerat.*] Facinus. INDIGNUM, foedum, deteſtandum. MALUM, improbum, nefarium. & ordinandum videtur, MALUM, ET INDIGNUM: nam *Indignum* majorem in ſe vim habet. MISERANDUM etiam apte convenit mulieri indignanti: nam illae amant vocabula *miſeriam* denotantia inſerere conqueſtionibus ſuis.

* Tamen hoc factum eſt. *Paraphraſt. Delph.* Sc. quantum

36 Qui mihi, ubi ad uxores ventum 'ſt, tum 37 fiunt ſenes.

rumvis indignum. Poteſt tamen etiam videri Chremeti reſponſum: quaſi paraſitus dicat; *tuum neutrum actum eſt. & periiſti* * HOC ACTUM 'ST.] Haec a Chremete dicta videntur; ſunt enim verba animum deſpondentis. Quatuor Mſſ. tribuunt diſerte Chremeti, ſed ſine (forſan *cum* legendum, aut *ſine*, i. e. in fine; nulla enim interrogatio in textu eſt] interrogandi nota. *Veſterhov.*

35. HODIE, Hoc tempore. *Paraphraſtes Delph.* Forſan *tenus* ſubauditur, ut ſit *Hodie tenus*; i. e. in hodiernum uſque diem. quae expreſſio ſignantior foret altera.

36. QUI MIHI.] Eleganter inſertum MIHI ut in Heautont. *Is mihi, ubi adhibit plus paullo, ſua quae narrat facinora!* [ubi tamen nihil cauſae eſt, cur *Mihi* redundet.] *Donatus.* Hic verſus continet orationem imperfectam [in eo nempe, quod a priori non pendet]: qualis eſt iratorum. Ita vero ſuppleas: *An quidquam hodie eſt factum indignius, hoc facto mei viri? Ita ſolent, ſcilicet, qui mihi, ubi* &c. Tò *Mihi* eleganter παρέλκει. Sic Horat. Epiſt. I. 3. 15.

Quid mihi Celſus agit?

[Quo tamen loco *Mihi* poſſet jungi cum τῷ *Monitus*, quod ſequitur, & *a me* denotare.] Liv. Praefat. *Ad illa mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum.* Et II. 29. *Pulſet tum mihi lictorem.* Veſterhov. Adde Lucret. II. 1037.

Quum tibi jam nemo feſſus ſatiate videndi
Suſpicere in coeli dignatur lucida templa.

37. Eleganter *Fieri* dixit. Et generaliter [Numero multitudinis, aut indefinite] invidioſius, quam ſi unum accuſaret ſenem. *Donatus.* Habet invidiam τὸ FIUNT, pro, *Fieri ſe fingunt.* H. e. Senectutem ſuam excuſant, quo minus officium ſuum praeſtent uxoribus. Eſt porro locus deſumtus ex Plauti. Aſin. IV. 2. 3.

Ain' tu? apud amicam munus adoleſcentuli

Fun-

Demipho, te [38] adpello: nam me cum [39] hoc ipso
distaedet loqui.
[40] Haeccine erant itiones crebrae, & mansiones diutinae
[41] Lemni? haeccine erat ea, quae nostros [42] fructus
minuebat, vilitas?
De. Ego, Nausistrata, esse in hac re [43] culpam meritam non nego;
Sed

Fungare? uxori excuses te, & dicas senem?
Et V. 2. 25.
Ille opere foris faciundo lassus noctu advenit:
Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.
Adde Eun. IV. 3. 24. *Vesterhov.*

38. I. e. Alloquor. *Minell.*

39. HOC, pro Chremete. contemtim.

40. Plusculi Codd. MSS. & editi, HAECINE. Sed Donatus ad Eun. III. 5. 34. HAECCINE etiam legit. Sic Virg. Aen. IV. 675.
Hoc illud, *germana*, fuit? *me fraude petebas?* Vest.
Convenit ferè And. I. 1. 99.
hoc illud est!
Hinc illae lacrymae! haec illa 'st misericordia!
Item Plaut. Casin. II. 8. 26.
Illuc est, illuc; *quod hic hunc fecit villicum.*
Laudante Vesterhovio, ad dictum locum Andriae. Et multò hoc extulit venustius, quam si dixisset; *Eane causa erat itionum*, &c.

41. LEMNI.] Supra V. 7. 49. *Vesterhov.*

42. Intelligit fructum seu reditum binorum talentorum. Supra V. 3. 6. seqq. Plaut. Pseud. V. 2. 10.
Credo equidem, potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quattuor
Fructus *ebibere in hora una.* Vesterhov.

43. CULPAM MERITAM.] Haec MSS. plerorumque, & in edd. praestantissimorum est lectio. Alii MERITUM, ut ad Chremetem referatur. Sic Plaut. Merc. IV. 6. 12.
Ut illae exiguntur, quae in se culpam commerent.
Vesterhov. MERITAM, Passivè, pro admissam, contractam, sub. *a viro*: cujus mentionem consultò videtur
omi-

Sed [44] eam, quae sit ignoscenda. *Ph.* [45] Verba fiunt mortuo.

De. Nam neque [46] negligentiâ tuâ, neque odiô id fecit tuô.

omisisse. Ita *Piaculum mereri*, Livius dixit, Lib. II. Adde supra, I. 4. 29. *Commeruisse culpam.* Plaut. Menaechm. V. 2. 29.

uter meruistis culpam? Verum quoniam Vesterhovius monuit, alteram lectionem referri ad Chremetem, hinc suspicor eum τὸ MERITAM activo sensu cepisse, retulisseque ad Nausistratam: ut sit sensus; *Injuriam te accepisse.* Vide Fabri Thesaurum in MEREO. Sciendum tamen talem locutionem huc minus convenire, propterea quod Nausistrata in pejus eam accipere poterat; nempe, quod dicatur *digna fuisse hac injuria.* Paraphrastes Delph. MERITUM admittit, & exponit absurdè; *Culpam a Chremete merito ejus admissam esse.* Fateor me non intelligere cur hic inseruerit, *Merito ejus.* Sive CULPAM modò, pro *delicto*, sive pro *reatu*, accipias, res eòdem abierit.

44. Edit. 1469. EA, QUAE IGNOSCENDA. Cod.Bemb. EA QUIN SIT &c. subaudi, *negare non poteris.* Atque ita videtur Donatus legisse, scribens, Phormionem non esse passum, *ut totam sententiam senex explicaret.* Vesterhov.

45. VERBA FIUNT MORTUO.] Gr. Νεκρῷ μῦθος εἰς οὖς λέγεις. Vide Heaut. II. 1. 10. & Chiliad. Erasm. *Vesterhov.* I. e. Non magis verba tua audit mulier, quam si mortua sit. Et callidè MORTUO dixit, pro *Mortuae*, quod matronae displicere poterat, utpote ominosum. Donatus tamen, ad vers. 37. Mericus item Casaubonus, Paraphrastes Delph. & Minellius, MORTUO de Chremete intelligunt; Ut sit sensus; *Frustra haec verborum* (quibus mulierem iratam placare studes) *opera Chremeti impenditur, qui jam pro mortuo habendus.* Quos non audiendos puto.

46. NEGLIGENTIA TUA.] H. e. *Negligentia tui.*

[47] Vinolentus, [48] fere abhinc annos quindecim, [49] mulierculam
Eam compressit, unde haec nata 'st: [50] neque post illa umquam adtigit.
Ea mortem obiit: [51] e medio abiit: [52] qui fuit in re hac scrupulus. 30
Quam-

tui. Quomodo & ODIO TUO, pro, *tui.* Sic Eun. III. 2. 28. Heaut. Prol. 41. Cic. Catil. II. 2. *Catilinam non modo* invidiae meae, *verum etiam vitae periculo fuisse.* Ubi *invidiae* meae valet, qua mihi inviderentur. *Vesterhov.* TUI, circa te. *Donatus.* Quod te negligeret, neque quod te odio haberet. *Paraphrastes Delph.*

47. Praeterea & περιστάσεως addidit defensionem [Quae continetur tribus proximis versibus.] VINOLENTUS:] Ab imprudentia defensio. *Donatus.* Pro temulentus, ebrius. Id *Vini plenum* dixit, Hec. V. 3. 25.

48. Circiter ante *annos* &c. Defensio a vetustate criminis.

49. A diminutione contemtuque pellicis. Bene dixit COMPRESSIT: quod interdum est non amoris, sed injuriae. *Donatus.*

50. NEQUE POSTILLA &c.] Ita facti poenituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως est, id est, ab eo quod futurum sit. facilius enim ignoscitur non ultra peccaturis. *Donatus.* Legitur & POST. Editio 1469. POST ILLAM. *Vesterhov.* ATTIGIT simili sensu usurpavit Hec. I. 2. 61.

51. Bis idem dicit, & meritò hic immoratur, ubi praecipuum causae praesidium. Scen. praeced. 73. 74. *Mer. Casaubon.* Inter homines esse desiit.

52. Sensus; Ea sublata est [Hoc est, quod praecessit, E MEDIO &c.] cujus vita huic rei scrupulum afferret: jure enim posses viro irasci, a quo superducta tibi uxor adhuc viveret. *Faernus.* In verbis est ἀνακόλουθον, nullum enim scrupulum uxori movere poterat mors pellicis, sed poterat

Quamobrem te oro, [53] ut alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras.

Nau. [54] Quid ego, aequo animo? [55] cupio misera in hac re jam defungier.

Sed quid sperem? [56] aetate porro minus peccaturum putem?

Ddd 5 [57] Jam

rat vita movere suspicionem & metum, ne maritus consuetudine ejus uti pergeret. Si vero QUI SCRUPULUS intelligatur de ipsa pellice, quae scrupuli causa, si viveret, esse poterat, tum connexio melius procedet. Neque hoc erit insolentius, quam e. gr. *Cura*, pro eo, qui curae est aut curam affert; *Amor*, pro eo, qui amatur; *terror*, qui terrorem infert; *tutela*, qui tutelam gerit. & similia. Omnia liquidiora fuissent, si dixisset Autor, QUAE FUIT. sed maluit Relativum construere cum sequenti nomine. Sciendum tamen est, QUI esse posse Ablativum, & *unde*, *ex quo*, denotare: quomodo cepisse videtur Faërnus. sed enim ita non tollitur difficultas. Habetur autem in Fabri Sorani Thesauro, v. *Scrupulus*, alia lectio, quae multo est ad constructionem facilior. ubi vide.

53. UT ALIA FACTA &c.] Sic supra V. 3. 1. *Vesterhov.* Admonet illam oratoriè mansuetudinis suae. *Donatus.*

54. Repetitione hâc & interrogatione ostendit preces Demiphonis esse injustas.

55. CUPIO MISERA &c.] Egregiè hic exprimuntur, *quae in tali re muliebris dolor, quò est moestior imbecillo animo, eô miserabilia magis quaerentibus subjicit*, ut hoc verbis Livii efferam. *Boeclerus.* CUPIO — DEFUNGIER.] Sic Adelph. III. 4. 62. Guyetus suo Codici adscripserat: sub. *eum. i. e.* παύσεσθαι τῆς ἀμαρτίας. *Vesterhov.* DEFUNGIER.] *Defungi*, desinere. *Donatus.* Utinam in hac tam atroci injuria, omnibus defuncta essem, & libera in posterum. *Paraphrast. Delph.* idque, ut opinor, rectè. Caeterum aliam subjungit interpretationem, quae cum Guyetiana convenit.

[57] Jam tum erat ſenex, ſeneſtus ſi [58] verecundos facit.

An mea [59] forma atque aetas nunc magis expetenda 'ſt, Demipho? 35

[60] Quid mihi nunc adfers, quamobrem exſpeſtem, aut ſperem, porro non fore?

Ph. [61] Exſequias Chremeti, quibus eſt commodum, ire, hem! tempus eſt.

[62] Sic

56. Propter aetatem. *Paraphraſtes Delph.* ſc. *inclinantem.*

57. JAM TUM, nempe ante quindecim annos.

58. Homines temperatos, modeſtos. nam verecundia eſt juſtae reprehenſionis timor. Verè ſenex non ex temporis longinquitate, ſed ex laudabili & perfeſta vita cernitur. *Minell.* Poëta mihi videtur VERECUNDOS poſuiſſe, pro, *pudicos*. Donatus obſervat verba haec, SENECTUS SI VERECUNDOS FACIT, dici graviter & modeſte.

59. FORMA ATQUE AETAS.] Solent haec jungi. And. I. 5. 51. Eun. III. 2. 20. Plaut. Perſ. II. 2. 48.

Tempori hanc vigilare oportet
formulam *atque* aetatulam.
Rud. IV. 1. 3.

forma *ſcitula atque* aetatula.

Suet. Calig. 25. *Caeſoniam neque* facie inſigni, *neque* aetatate integrâ, *matremque jam ex alio viro trium filiarum, — & ardentius & conſtantius amavit.* Veſterhov. ad And. I. 1. 45. EXPETENDA, appetibilis, amabilis. * Magis quam antea eum alliciet in amorem? *Paraphraſtes Delph.*

60. Callidius uſa eſt ad ultimum *. πύσμαʃι, converſo ad ipſum defenſorem mariti. de qua vi contradiſtionis exſultat paraſitus, tamquam confeſto mortuoque adverſario ſuo. *Donatus.* * P. Viſtorius reponit, ἀποστροφῆ, *converſa ad ipſum* &c. *Veſterhov.* Quas rationes potes adducere, proponere, ut *exſpeſtem* &c.? NON FORE, ſub. *ut ſimiliter peccet maritus.*

61. Bono ordine. primo, DELIRAT MISER TIMO-

[61] Sic dabo! [63] age, age nunc, Phormionem, qui volet, lacessito.

[64] Faxo

MORE. post, VERBA FIUNT MORTUO. ad ultimum, EXSEQUIAS CHREMETI. delirat, moritur, effertur. *Donatus.* EXSEQUIAS CHREMETI, &c.] Sunt, qui CHREMETIS legunt, sed praeter phrasin Latinam, qua dicebant, *Exsequias ire alicui.* Erat autem haec formula funerum indictivorum: L. TITIUS. VIXIT. L. TITIO. EXSEQUIAS. IRE. QUOI. COMODUM. EST. JAM. TEMPUS. EST. OLLUS. EFFERTOR. Sil. Ital. XV. 394. Hannibal de M. Marcello caeso:

Vos ite superbae
Exsequias animae, *& cinerem donate supremi*
Muneris officio.

Ita vero salsè ἀλληγορεῖ Phormio, qui versu 5. dixerat de eodem Chremete: ABI: TANGE: SI NON TOTUS FRIGET, ME ENICA. Jam igitur quasi mortuo insultat, & efferendo ad sepulturam. Cic. pro A. Cluent. 71. *Mater* exsequias illius funeris prosequuta. Idem pro P. Quint. 15. *Huic acerbissimum vivo, videntique* funus ducitur (In aliis est, *indicitur*): *si funus id habendum sit, quò non amici conveniunt, ad exsequias cohonestandas.* Similis porro locus apud Plautum, de Demaeneto [ab uxore apud meretricem deprehenso, indiciô parasiti], Asin. V. 2. 60. ubi parasitus:

ecquis currit pollinctorem arcessere?

Et mox:

mortuus est Demaenetus.

Vesterhov. HEM! exhortantis modò, quasi ad funus prosequendum.

62. SIC DABO.] Formula est exsultantis ob poenam sumtam. Plaut. Menaechm. IV. 2. 40. & 64. *Sic datur.* Pseud. I. 2. 22. [ubi leno Ballio servos, inter verberandum, alloquitur.]

Qui nunc? doletne? hem,
sic datur, *si quis herum servos spernit.* Vesterhov. DABO, reddam, rependam, vel, faxo ut talem fructum reportent, qui me lacessunt.

63. AGE, AGE NUNC, PHORMIONEM &c.] Gloriosa

[64] Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat [65] sane in gratiam: jam [66] supplicii satis est mihi: 40
Habet haec, ei quod, dum vivat, [67] usque ad aurem [68] obganniat.

Nau.

riosa provocatio, cum comminatione juncta. obliquè autem tangit, credo, Demiphonem.

64. Lib. Bemb. & quidam Mss. FAXO TALI SIT MACTATUS. MACTATUM INFORTUNIO.] Locutio Plauto familiaris. Est autem *Mactare* quasi *magis augere*. Unde *Mactare Deos hostiâ*, Latinè dici, ex Plauto & Cicerone docet Muretus ad Cic. Catil. I. 11. *Vesterhov.*

65. SANE modò permittendi vocula.

66. Contentus sum hac satisfactione. Plaut. Epid. V. 2. 59. Servus vinctus ad herum loquitur:

Numquam, hercle, hodie nisi supplicium mihi das, *me solvi sinam*
Pe. *Optumum atque aequissumum oras. soccos, tunicam pallium*
Tibi dabo.

Angore & pudore ob manifestatum crimen, tum confessione hujus ac purgatione, denique verborum castigatione, & acerba exprobratione uxoris, per totam vitam toleranda, hoc supplicium dedisse, & daturum sibi esse Chremetem, gloritur Phormio. Confert Vesterhovius And. V. 3. 32. ubi adscripsit Plaut. Mostell. V. 2. 43.

Si hoc pudet fecisse sumtum, supplicii habeo satis.

Ibidem observavit; satis poenarum adversum impudicos in ipsa confessione criminis habitum fuisse: adducens Tacit. Annal. II. 85.

67. USQUE, identidem, perpetuò. Potest tamen hic designare propinquitatem, & exponi, *in ipsam aurem intrò ganniat.* Porro arbitror hoc versu secum loqui Phormionem: nam *Gannire* nimis diceret inhoneste de honesta matrona, cum praesertim ejus favorem captet.

68. OBGANNIAT.] Oblatret, murmuret. *Minell.* Plaut.

Nau. [69] An meo merito, credo. [70] quid ego nunc
commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in hunc fuerim? *De.* Novi aeque omnia
Tecum. *Nau.* [71] Meriton' hoc meo videtur factum? *De.* Minime [72] gentium:
Verum,

Plaut. Asin. II. 4. 16. *centies eadem imperem, atque* obganniam. Amph. Suppos. Scena, *Di vestram fidem:* Ble. Obgannis? So. *Nec gannio, nec latro.* Innuitur primitiva vocis significatio. *Gannire* enim vulpium est, sicut *latrare* canum. Adelph. IV. 2. 17. *Vesterb.*

69. AN MEO MERITO, CREDO.] Eam vim habet τὸ CREDO, ut sensus sit, Chremetem culpam hanc commeruisse, nullo Nausistratae merito. Sic mox, versu 44. AN vero & CREDO non tam interrogant, quam vel ironiae inserviunt, vel severae dictioni. Sulpicius ad Ciceronem Fam. IV. 5. An *illius vicem*, credo, *doles?* Lucret. V. 175. An, credo, *in tenebris vita, ac moerore jacebat?* Vest. Ipsa sibi fingit hanc objectionem, more oratorio. Cic. pro Rosc. Amer. 28. *Literas*, credo, *misit alicui sicario, qui Romae noverat neminem.* Et nihil frequentius est apud Ciceronem, talibus objectionibus ironicis. Delph. Minell. Hack. legunt AT, pro, AN. Ad MERITO supplendum extrinsecus, *id fecit:* & sine dubio apponenda nota quaestionis, cui CREDO respondetur per ironiam.

70. QUID, quare. Et haec ita pronuntiat, quasi molesta sibi sit, benefactorum suorum in Chremetem, enumeratio; tum quod modestiae suae adversetur, tum quod multa sint ea, notaque omnibus, maxime autem Demiphoni. SINGILLATIM, minutatim, per singulas partes. Cod. Bemb. & quidam alii, SINGULATIM. auctore Faërno.

71. Delph. Minell. Hack. & Cod. Bemb. MERITO HOC &c.] An ergo videor tibi hoc (tantum contumeliae) a viro meruisse?

Verum, quando jam [73] accusando fieri infectum non
potest, 45
[74] Ignosce: orat: confitetur: purgat. quid vis amplius?
Ph. [75] Enimvero prius quam haec dat veniam,
mihi prospiciam & Phaedriae.
Heus! Nausistrata, prius quam huic respondes [76] temere, audi. *Nau.* Quid est?
Ph. Ego minas triginta per fallaciam [77] ab illo abstuli:

Eas

72. GENTIUM, παρέλκον ad vim negationis augendum: *Omnium*, exponit Paraphrastes Delph.

73. Reprehendendo, increpando. * FIERI INFECTUM &c.] Plaut. Aul. IV. 10. 11.
Quid vis fieri? factum est illud. fieri infectum non potest. *Vesterhov.*

74. Ms. Witt. IGNOSCE ORANTI. *Vesterhov.* PURGAT, affert excusationes, quae culpam facti minuunt. *Postulat ut suam purgationem, & satisfactionem accipias.* Paraphrastes Delph. Qui mihi videtur verbum *Purgo* satis latè accipere. Mirum tamen videri posset, nihil hic a Demiphone promitti, de vitae in futurum emendatione, nisi antea ostendisset mulier, eam nulla ratione sperari posse, ad quod Demipho nihil potuerat opponere.

75. Haec sibi loquitur Parasitus. MIHI ET PHAEDRIAE, Nempe ut ego immunis poenae abeam, ob argentum fraude extortum senibus, Phaedria autem istud reddere non cogatur, & simul paternam reprehensionem effugiat.

76. Incogitanter, inconsultè.

77. AB ILLO, Chremete. & callide totam summam imputat Chremeti, cum tamen Demipho tertiam partem dederit: scit enim Nausistratam super hac parte nihil jure posse constituere. ABSTULI, accepi. Heaut. IV. 8. 9. citante Vesterhovio.

Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit. 50
Ch. Hem! quid ais? *Nau.* Adeon' hoc [78] indignum tibi videtur, filius
[79] Homo adolescens, si habet unam amicam, tu uxores duas?
[80] Nihil pudere? [81] quo ore illum objurgabis? responde mihi.
De. Faciet [82], ut voles. *Nau.* Immo, [83] ut meam jam scias sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quidquam: [84] neque respondeo, 55
Prius quam gnatum [85] video. ejus judicio permitto omnia:
Quod is jubebit, faciam. *Ph.* Mulier sapiens [86] es, Nausistrata.

Nau.

78. Flagitiosum, nefarium.

79. Extrinsecus supplendum, *Cum sit.* HOMO vacat, ut Sallust. Catil. LII. 26. *Misereamini censeo: deliquere* homines adolescentuli. TU, Sub. *senex.*

80. Ita optimi Codices. Alii, NIHIL PUDET TE? *Vesterhov.*

81. QUO ORE.] Supra V. 7. 24. Juvenal. XIV. 56.
Unde tibi frontem, libertatemque *parentis;*
Cum facias pejora senex? Vesterhov.

82. Chremes sc. omnia. *Minell.*

83. Variè, UT JAM MEAM SCIAS (SCIAT) &c. *Vesterhov.*

84. Neque responso quicquam assevero. *Paraphrast. Delph.* Nihil decerno, nihil vobis confirmo.

85. Pro, *convenio.* EJUS JUDICIO &c. Eum facio arbitrum, & in causa patris, & in causa propria.

86. Edit. 1469. Omittit, ES. *Vesterhov.* Scitè satis; & tum pronuntiandum cum admiratione.

Nau. [87] Satin' id est. *Ph.* [88] Immo vero pulchre discedo, & probe,
Et praeter spem. *Nau.* [89] Tu tuum nomen dic quod est. *Ph.* [90] Mihin'?
Phormio: [91] vestrae familiae hercle amicus, & [92] tuo summus Phaedriae. 60
Nau. [93] Phormio, at ego ecastor posthac [94] tibi, quod potero, & quae voles,

Fa-

87. Plusc. Codd. SATIS ID EST? Malim cum edit. Bergii: SATIN' ID EST TIBI? *Vesterhov.*

88. Q. d. Non modo satis, verum etiam abunde, nam *pulchre* &c. DISCEDO, sc. ab hac controversia. i. e. Ea in meum honorem, meoque ex voto terminata est; de tali ejus exitu triumpho. * PULCHRE DISCEDO.] Cic. Fam. VIII. 6. *Quemadmodum exeat ex hac causa.* Vesterhov.

89. TU TUUM NOMEN DIC.] Bene TU pronomine utitur: quia non habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent: & quum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim. Tale est in Adelphis, *Qui vocare? Geta. hominem maxumi pretii, &c.* Donatus. Locus est Adelph. V. 6. 3. Ubi tamen paullo aliter legitur.

90. MIHIN'?] Ἀνακόλουθον, pro *Meumne*, sub. *Nomen.* Vesterhov.

91. VESTRAE FAMILIAE — AMICUS.] Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. *Donatus.*

92. TUO SUMMUS PHAEDRIAE.] And. V. 6. 6. Eun. II. 2. 40. Adelph. III. 2. 54. Supra I. 1. 1. *Vesterhov. Amicus*, iterum subaudiendum. *Donatus.* TUO blandè addidit, & benevolentiam captans. ut supra versu 50.

93. Vide Donati notam ad versum 59. AT modò est asseverantis: potest tamen subaudiri *Vicissim.*

94. TIBI, Tui causa. *Paraphrastes Delph.* Erga te. FACIAMQUE, pro, *Et fa-*

Faciamque, & dicam. *Ph.* [95] Benigne dicis. *Nau.* [96] Pol meritum 'st tuum.
Ph. Vin' primum hodie facere, [97] quod ego gaudeam, Nausistrata,
Et [98] quod tuo viro oculi doleant? *Nau.* Cupio. *Ph.* [99] Me ad coenam voca.

Nau.

faciam &c. I. e. dictis & factis me tibi benevolam praebebo.

95. BENIGNE DICIS.] Formula gratias agentium. *Vesterhov.*

96. Ita, per Pollucem! es promeritus.

97. I. e. Propter quod. *Minell.*

98. QUOD TUO VIRO OCULI DOLEANT.] Oculi dolere dicebantur illi, qui, quod nollet, videret. Plaut. Asin. V. 1. 4.
Pietas, pater, oculis dolorem prohibet.
Coelius ad Cic. Fam. VIII. 14. *Numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses.* Virg. Aen. V. 654.
At matres primo ancipites, oculisque malignis.
Ambiguae, spectare rates.
Plane uti Servator in Evangelio Matth. XX. 15. Ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; *An tuus* oculus malus *est, quod ego bonus sum?* Vide Parei Lexic. Plaut. v. *Oculi dolere. Oculorum fastidium* dixit Cicero, Fam. II. 16. Idem Fam. IX. 2. *Quod quosdam homines oculi mei ferre non possent.* Caussam exponit Idem, Fam. VI. 1. Oculi augent dolorem; *qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt.* Sed ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν vocant Graeci rem amatam, qua potiri non licet. *Vesterhov.* Nulla major aegritudo afferri potuit Chremeti, quam si spectaret secum accumbentem Phormionem, qui flagitia ipsius uxori detexerat. *Minell.*

99. Facetè ex persona parasitica, beneficii optio facta est, quod promiserat mulier. *Donatus.* ME AD COENAM VOCA.] Vide And. II. 6. 22. Eun. II. 2. 28. *Vesterhov.*

Nau. Pol vero voco. *De.* Eamus intro hinc. *Nau.* [100] Fiat: [101] sed ubi est Phaedria, [102] Judex noster? *Ph.* Jam hic, faxo, [103] aderit. Ω Vos valete, & plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

100. FIAT imperiose dictum. Ceterum his nomen praeposui Nausistratae, ex auctoritate Donati, quam secutus quoque est Minellius; item MSS. non pauci & Edd. vetusti, teste Vesterhovio: hic tamen Chremeti maluit tribuere.

101. SED UBI EST PHAEDRIA, &c.] Bene JUDEX, ad illum enim mulieris delata sententia est: ut quum ita agatur, tuta sint marito omnia. Et per εἰρωνείαν ridicule dicitur ab ea, quae irata erat. *Donatus.*

102. JUDEX NOSTER?] Nihil facetius, quam judicem capi adversus crimen voluptatis paternae, & amatorem filium, & fratrem Antiphonis, cui nubet furtiva filia. JUDEX NOSTER?] Terribilis scilicet censor paternarum deliciarum. Vides igitur hic omnino sublatam uxoris iracundiam. *Donatus.*

103. Praesto sit. *Paraphrastes Delph.*

FINIS PHORMIONIS.

P. TE-